ARISTOTELIS
omnia quæ extant Opera..

Selectis translationibus, collatisq; cum græcis emendatissimis, ac vetustissimis exemplaribus, illustrata, præstantissimorumq; ętatis nostrę Philosophorum industria diligentissime recognita.

AVERROIS CORDVBENSIS
in ea opera, omnes, qui ad hæc vsq; tempora peruenere commentarij.

Nonnulli etiam ipsius in Logica, Philosophia, & Medicina libri, cum Leui Gersonidis in Libros Logicos annotationibus, quorum plurimi sunt, à IACOB MANTINO, *in Latinum conuersi.*

Græcorum, Arabum, & Latinorum lucubrationes quędā, ad hoc opus pertinentes.

MARCIANTONII ZIMARÆ PHILOSOPHI, *in Aristotelis, & Auerrois dicta, in Philosophia Contradictionum Solutiones, propriis locis annexæ.*

BERNARDINI TOMITANI LOGICI, ATQVE PHILOSOPHI præstantissimi, in Arist. & Auer. dicta in primo libro Poster. Resol. Contradictionum Solutiones: necnon eiusdem libri locorū, qui obscutiores habentur Conuersiones, & Animaduersiones. in Auer. quæsita demonstratiua, argumenta, & magnorum commentatiorum grauiores sententiæ, certo ordine collectę. quæ omnia ex eiusdem Tomitani lectionibus excerpta fuere.

Superadditæ sunt huic operi Michaelis Pselli Metaphrasis secundi libri Poster. Emmanuele Margunio interprete, eiusdemq; Emm. in eund[em] [lib]ri.

Tabula M. A. Zimaræ lucidissima, ac erudi[ta]ssima.

Elenchus autem, qui in sequenti pagina cernitur, omnia nostra facit.

BIBLIOTECA COMUNALE

Venetijs apud Iuntas. MDLXXV.

INDEX
LIBRORVM OMNIVM,
qui in hoc Aristotelis, & Auerrois Opere
in decem voluminibus distincto,
continentur.

In quo compendiose traditur, quid noui additum sit, qui librorum fuerit ordo, quæ ue sint Interpretum nomina.

IN PRIMO VOLVMINE IN TRES PARTES DIVISO HÆC HABENTVR.

PORPHYRII Phœnicei Introductio, Seuerino Boetho interprete. fol. 1

ARISTOTELIS Stagiritæ Prædicamenta, eodem Seuerino interprete. 22

GILBERTI Porretani Sex Principiorum Liber. 62

Aristotelis de Interpretatione, eodem Boetho interprete. 68

PRIORVM Resolutoriorum Libri Duo. 1

Auerrois Cordubensis in Porphyrium, in prædicamenta, & in Librum de Inrerpretatione Cómentaria, a Iacob Mantino in Latinum conuersa. 1. 22. 68

Media expositio in Libros Priorum Resolutoriorum, a Io. Francisco Burana Veronensi, latinitate donata. 1

LEVI Gersonidis in Porphyrium in Prædicamenta Aristo. in Lib. de Interpretatione, & in Auer. Annotat. 1. 22. 68

In Secunda Primi Voluminis parte, hæc habentur.

Posteriorum Resolutoriorum Libri Duo. 11

Expositio Magna, siue Magna commentaria Auerrois, in

eosdem Libros, ab Abramo de Balmes, à Io. Francisco Burana Veronensi, & a Iacob Mantino Hebræo Philosopho in Latinum conuersa. Quas interpretationes, in studiosorum gratiam ita simul coniunximus, ac diuisimus, vt si quis eas ad inuicem conferat, quàm diligentissimè verbum verbo respondere videbit. ibidem

Expositio media in eosdem Posteriorum Resolutoriorum Libros, a Io. Francisco Burana in latinum conuersa. fol. 1

Epitome in Libros Logicæ Aristotelis, Abramo de Balmes versore. 36

Quæsita varia in Logica, iuxta ordinem Librorum Logicæ, eodem interprete. 75

Epistola vna, eodem interprete. 120

Arabum nonnullorum Quæsita, ac Epistolæ, Abramo de Balmes interprete. 120

In Tertia Primi voluminis parte, hæc continentur.

Topicorum Libri Octo. fol. 3

Elenchorum Libri Duo. 139

Expositio in octo Libros Topicorum, Abramo de Balmes interprete, cui annexa est illa super Quatuor primos Libros, a Mantino translata, quam super reliquos morte correptus explere non valuit. 3

Expositio in Libros Elenchorũ, eodem Abramo versore. 139

Ad hæc, in Volumine seorsum edito quasdam Animaduersiones, & Solutionum contradictiones in Posteriora Analytica, Bernardini Tomitani imprimendas curauimus, ne quid deesset, quod studiosorum vtilitati conferret.

Michaelis Pselli Metaphrasis lib. 2. Posteriorum Emmanuele Margunio interprete. In eũdem Emm. Marg. annotationes.

IN II. VOLVMINE.

Aristotelis Artis Rhetoricę Libri tres, Carolo Sigonio interprete. fol. 1

Rhetorica ad Alexãdrum, Frãcisco Philelpho interprete. 158

De

De Poetica, Petro Victorio, patritio Florẽtino interprete. 203
Averrois Paraphraſes in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. 169
Paraphraſis in librum Poeticę, a Iacob Mantino latinitate donata. 217
De Rhetorica demonſtratiua tractatus. 203
De Rhetorica perſuaſiua tractatus. 192

IN III. VOLVMINE.

Aristotelis Moralium Nicomachiorum libri Decẽ, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fol. 1
Magnorum Moralium libri Duo, Georgio Valla Placentino interprete. 162
Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintum, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis ſint. 194
De virtutibus libellus, Alexãdro Chamaillardo interpr. 223
Politicorum libri Octo, Leonardo Aretino interprete. 226
Oeconomicorum libri Duo, ſeu vnus in duas diuiſus partes Aretino interprete. 309
Eorundem Oeconomicorum libri Duo, Bernardino Donato Veronenſi interprete. Primi quidem dimidium è Græco ab ipſo translatum, reliquum vero, cum Græcum codicem non haberet, paraphraſi expreſſum. 322
Secundus vero, qui in Latinis alijs codicibus non niſi paucis legebatur, è Græco translatus. 327
Averrois in libros Decẽ Moralium Nicomachiorũ Expoſitio, diligentiſſime caſtigata, ac ſingulis ipſius textus capitibus aptiſſime ſubordinata: cum prius tranſpoſitè multis in locis legeretur. fol. 1
Paraphraſis in Libros Platonis de Republica, Iacob Mantino interprete. 335
Leonardi Aretini in Libros Oeconomicorũ explanatio. 311

Ante singula vero opera appositæ sunt ipsorum translatorum præfationes, & in Moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissimè quidem, ac non parum ad eorum, quæ in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.

IN IIII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Physico auditu libri Octo, ex optimis codicibus castigati: ac in summas, & capita diuisi. fol.1

Quibus addita fuit Simplicij lectio in libro Septimo, a textu decimo, vsq; ad vigesimumprimum, diuersa ab ea, quæ passim legitur. 313

AVERROIS in eos Proœmium, antea quidem difficillimũ, ita vt maximam publice legentibus & scolaribus angustiam afferret, nunc autem ad maximam redactum facilitatem, tum ex Iacob Mantini noua translatione, tum ex antiqua castigatissima. fol.1

Commentaria in eosdem magna, simul cum ipsius textu, ex plurium antiquorũ, doctissimorũq; virorũ collatione exẽplarium, emendata, ac non parum claritatis adepta. fol.5

Expositio media super tres primos libros, Iacob Mantino interprete: super reliquos vero Quinque morte præreptus eam intactam reliquit. 434

Quamplurimæ figuræ, proprijs insertæ locis, mirabili confectæ artificio.

IN V. VOLVMINE.

ARISTOTELIS de Cœlo libri Quatuor. fol.1

De Generatione, & Corruptione libri Duo. 345

Meteorologicorum libri Quatuor. 400

De Plantis libri Duo. 488

Omnes ex optimis exemplaribus recogniti, ac in summas & capita diuisi.

AVERROIS in libros de Cœlo cũ eiꝰ textu Cõmẽtarij. fol.1

Para-

Paraphrasis in eosdem, seorsum quidem posita, iuxta tamen ipsius cõmentarios diuisa, Paulo Israelita interprete. 272
In lib. de Gñatione, & Corruptione media Expositio. 345
In eosdem Paraphrasis, Vitale Nisso interprete. 389
In libros Meteorologicorum Expositio media, suis collocata locis. 400

IN VI. VOLVMINE in duas partes distincto.

ARISTOTELIS de Historia animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete. fol. 1
Decimus vero à Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 111
De Partibus aĩalium libri Quatuor, Theodoro interpte. 117
De aĩalium Incessu, Nicolao Leonico Thomço interpre. 204
De ordine librorum naturalium Aristotelis disputatio ex lectionibus M. A. Passari Ianuæ excerpta. 135
De Anima libri Tres, Michaele Sophiano interprete. 136
AVERROIS Paraphrasis in libros Quatuor de Partibus animalium, in singulis eorum partibus inserta Iacob Mantino interprete. 120
Commentarij in Tres libros de Anima. fol. 1
Commentum Quintum libri Tertij de Anima, vltra antiquam translationem a Mantino latinitate donatũ, quod antea difficillimum erat. 138
Trigesimum sextum etiam cõmentum eiusdem libri, ab eodem translatum, quod prius vix intelligi poterat. 174

Sexti Voluminis Pars Secunda.

De Sensu, & Sensibilibus. fol. 4
De Memoria, & Reminiscentia. 17
De Somno & Vigilia. 23
De Somnijs. 27

De Diuinatione per somnum . 38
De animalium Motu. 38
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete. 43
De Longitudine & Breuitate vitæ. 144
De Iuuentute & Senect. Vita & Morte,& Respiratione. 149
De Sanitate,& Morbo libri initium. 159
Paraphrasis in librum de Sensu, & Sensibilibus. 13
In Librum de Memoria,& Reminiscentia. 21
In Librum de Somno,& Vigilia, de Somniis, de Diuinatione per somnum. 31
In Libros Quinque de Generatione animalium, suis quibusque in locis collocata, Mantino interprete. 67
In Librum de Longitudine,& Breuitate vitæ. 147

IN VII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS problematum Sectiones duæ de quadraginta, Theodoro Gaza interprete,pleriſq; in locis ex collatione græcorum codicum emendatæ,quæ quidem problemata, cum prius essent confusa, in ordinem redacta sunt. fol.1
Quæstiones Mechanicæ Nicolao Leonico Thomæo interprete,nuper recognitæ, ac varijs figuris illustratæ. 98
De Mundo ad Alexandrum Liber, Guglielmo Budæo interprete. 110
De Admirandis Auditionibus Commentariolus, nuper a Dominico Montesauro Veronensi in latinũ cõuersus. 121
Physionomicorum liber, plurimis in locis diligẽter castigatus, atque in capita diuisus. 132
De coloribus libellus, a Simone Portio Neapolitano latinitate donatus. 140
De Spiritu libellus in capita distinctus. 148

De Xe-

De Xenophane, Zenone, & Gorgia, noua nuper Ioannis Bernardi Feliciani translatione ad integritatem & candorem maximum restitutus. 151

De lineis insecabilibus Liber, nunquam antea nec græce, nec latine impressus, vnà cum GEORGII PACHYMERII ea de re compendio, hactenus falsò Aristo. ascripto, fidelissime in latinum conuersò, Iulio Martiano Rota medico interprete. 158

Alexandri problematum libri duo, Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exemplarium græcorum veritatem emendati. 169

De Causis proprietatum elementorum Libellus Aristoteli ascriptus, nunquam antea impressus. 204

De Causis Libellus ex hebræo in latinum conuersus, Aristotelis, seu Auépace, vel Alpharabio, aut Proclo ascriptus. 211

IN VIII. VOLVMINE.

ARISTOTELIS Metaphysicorum libri Quatuordecim, à Bessarione Cardinale Niceno latinitate donati: denuo vero castigati, ac in Summas & Capita diuisi. fol. 1

AVERROIS in eosdem cum ipsius textu Commentarij, ex Antiquis, doctissimorumq; virorum exemplaribus castigati. fol. 6

Proœmium in Duodecimum librum, antea quidem à Paulo Israelita, nunc vero etiam à Iacob Mantino in Latinum conuersum. 286

Epitome in eosdē Metaphysicorū libros, Mantino interprete; Aristotelis textibus, vt eis respōdet, in margine citatis. 356

THEOPHRASTI Metaphysicorum liber. 396

IN IX. VOLVMINE.

AVERROIS Sermo de Substātia orbis, castigatus, ac Duobus Capitulis auctus, ab Abramo de Balmes Hebræo latinitate

tinitate donatis.
Destructio destructionum Philosophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebræo interprete, in Metaphysicis quidem in Sexdecim nunc diuisa Disputationes, duabus additis, cum prius ante hanc translationem non nisi Quatuordecim essent, præterquam, & in earum quãplurimis pleraq; interiecta sunt dubia, quæ prius non extabant: in Physicis autem in Quatuor, quas idem Latinis donauit. 15
Tractatus de Animæ beatitudine. 148
Cui addita est Epistola de intellectu, quæ idem est cum dicti libelli parte, eodem Calo Calonymos interprete. 155

IN X. VOLVMINE.

AVERROIS COLLIGET libri septem, nuper diligentissime castigati. fol. 1
Libri Quinti Colliget, Capita lvij. lviij, & lviiij. à Iacob Mantino ob rei difficultatem olim translata, cum antiqua translatione in lucem sunt ædita. 120
Collectaneorum item sectiones tres, tribus Colliget libris, Secundo scilicet, Sexto, & Septimo respondentes, à Ioanne Bruyerino Campegio elegantissime latinitate donatæ, post antiquam translationem ob studiosorum commodum appositæ sunt. 177
Commentaria in AVICENNÆ Cantica diligentissime emendata, vnà cum eiusdem Auicennæ textu in partes, tractatus, ac capita distincto, atq; castigationibus Andreæ Bellunensis exornato. 220
Auerrois tractatus de Theriaca nunquàm antea apud latinos visus, nunc primum ex scriptis Andreæ à cruce Chyrurgi repertus. 306

ARISTOTELIS VITA
EX DIOGENE LAERTIO,
LIBRO QVINTO DE VITA PHILOSOPHORVM.



RIstoteles Nicomachi Phæstiadisq; filius Stagirites fuit. Porrò Nicomacus à Nicomacho Machaonis filio Æsculapiiq; nepote originẽ duxit, vt Hermippus eo libro, quem de Aristotele scripsit tradit. Conuixit autem Amintæ Macedonum regi medicinæ, & amicitiæ gratia. Hic inter omnes Platonis discipulos maxime excelluit, voceq; gracili, vt Timotheus Athenienſis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus paruisq; oculis fuit, veſte inſigni, & annulis, ac tonſura vtens. Natus eſt autem illi & filius Nichomachus ex Herpylide concubina, vt Timotheus ait. Receſſit à Platone dum adhuc ſuperuiueret. Vnde dixiſſe illum tradunt. Aristoteles in nos recalcitrauit, non ſecus atq; in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in vitis, cum Athenienſium legatus ad Philippum profectus eſſet Aristoteles, Academicæ ſcholæ præfectum fuiſſe Xenocratem. Cum vero reuerſus eſſet, ſcholamq; ſub alio vidiſſet, elegiſſe in Lyceo, περίπατον, illicq; vſq; ad vnctionẽ deambulãdo cũ diſcipulis philoſophari ſolitũ, atq; inde peripateticũ appellatũ eſſe. Alij idcirco ſic vocatum aſſerunt q; ex ægritudine conualeſcenti, ac deambulanti Alexendro aſſiſtens, quædam diſſerere ſoleret. Vbi vero iam plures eſſe cęperant, ſedens docebat, dicẽs.

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propoſitam quæſtionem diſcipulos vnà exercebat ſimul, & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus eſt, Atarnenſium tyrannũ, quem alij quidem delicias ac luſus ipſius fuiſſe tradunt. alij vero ſibi affinitate iunctum tradita ei filia: ſiue nepote, vt refert Demetrius Magneſius in libris de poetis, ac ſcriptoribus æquiuocis, qui & Eubuli ſeruum Hermiam fuiſſe ait, Bithynium genere, quem & dominum ſuum enecaſſe. Porrò Ariſtippus in primo de antiquis delicijs libro, Ariſtotelem ait Hermiæ concubinam adamaſſe quam ille cum ſibi permiſiſſet, duxiſſe eam, & gaudio elatum immolaſſe

molasse mulieri, vt Athenienses Eleusinæ Cereri. Hermiæq; pæana scripsisse. qui ἔνδον, hoc est, intus scriptus est. Hinc in Macedonia apud Philippum vixisse, atq; ab eo Alexandrum filium erudiendũ accepisse, petisseq; instaurari solũ partium à Philippo euersum. Id vbi impetrasset, dedisse illis leges. In schola quoque leges tulit imitando Xenocratem, vt decendialem principem facerent. Vbi vero Alexandro instituendo satis visus est nauasse operam, eumq; sibi deuinxisse, commendato illi cognato Callisthene Olynthio, Athenas concessit. Eum audacius quam par erat alloquentem regem, & minime illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt uersu, admonente, ni talia loqui desisteret, mature periturum, quod & factum est: versus autem sic habet,

Qualia mi loqueris, vereor sis nate superstes.

Namq; Hermolao in Alexandrum insidiarum socius fuisse deprehensus, cauea ferrea circumduci, pædore atque squalore oblitus, leoni postremo obiectus est, sicq; excessit è vita. Enimuero Aristoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuisset, clàm in Chalcidem concessit, quòd ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, siue, vt Phauorinus ait, in omnimoda historia, à Demophilo, quòd hymnum in eum, quem prædiximus Hermia scripserit, quodq; hoc epigramma statuæ, quę in Delphis est, incidi curauerit.

Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus
Mulctauit violans ius q; nefasq; virum.
Nam neque collato oppressit certamine, verum
Insidiose hominis vsus amicitia.

Hic vero, vt ait Eumolus in quinto historiarum, aconitum bibens, mortuus est septuagesimo ætatis anno. In quem est nostrum hoc epigramma,

Nuper Aristotelem, læsa vt pietate nocentem
Detulit Eurimedon sacrificus Cereris.
Ille aconita bibens subterfugit. certe aconiti
Hoc erat iniustum vincere sacrificum.

Idem vero refert ipsum Platoni trigenarium se in disciplinã dedisse, sed profecto fallitur. Namq; septimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Est autem hymnus huiusmodi.

Virtus laboriosa generi mortalium, honestissimum vitæ humanæ incitamen-

eitamentum. Pro tua siquidem forma ò Virgo, expetenda est in Græcia mortis conditio, & grauium assiduorumq; laborum tolerantia. Talem nimirum insertis hominum animis fructum plane immortalem, & auro præstantiorem, parentibusq; ipsis, somnoq; dulcissimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Læde filiy multa perpessi sunt, qui quid possent, opere declararunt. Quin & tui desiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæq; formæ luculentissimæ gratia Atarneæ ciuem Solis priuauit lumine. Quo enim clarus spectatusq; rebus gestis? Hunc immortales mea auctiorem reddent musæ, quæ Iouis hospitalis decus augere solent,

Primam hanc orationem iudicialem pro seipso scripsisse, cum huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda historia author est, ac dixisse Athenis,

Et pyra nata pyris, ficusq; in ficubus extant.

Alii autem Apollodorus in chronicis, natũ illum anno primo, nonagesimæ nonæ olympiadis, perrexisseq; ad Platonem decimoseptimo ætatis anno, annosq; viginti apud eum fuisse commoratum. Tum uero uenisse Mythilenem principe Eubulo, quarto anno centesimæ octauæ Olympiadis. Verum Platone primo anno functo uita, sub Theophilo profectum esse ad Hermiam, mansisseq; annos tres. sub Pythodoto autem se contulisse ad Philippum secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandrum quintumdecimum iam annum ætatis agentẽ. Athenas uero concessisse secundo anno centesimæ undecimæ Olympiadis, atq; in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem, tertio anno centesimæ quartædecimæ olympiadis, morboq; perisse, cùm esset annorum ferme sexaginta trium. Quo etiam tempore Demosthenes in Calabris defunctus sit sub Philocle. Fertur autem obi Calisthenis insidias in Alexandrum, infensum fuisse regi, illumq; ad eum contristandum Anaximenem extulisse, ac misisse Xenocratis dona. Lusit in eum epigrammate Theocritus Chius, ut ait Ambryon, in libro de Theocreti uita, in hunc sensum,

Hermiæ eunuchi simul Eubuliq; sepulcrum
Mente uacans, uacuum struxit Aristoteles.
Timum quoque sic illum agit,
Sed neque Aristotelis lenitas miseranda loquacis.

Hæc uita philosophi fuit. Cæterum nos ipsius quoq; testamenta legi-

mus

mus in hunc ferme modum. Bene quidem ac rite erit. Quod si quid contigerit ita legauit Aristoteles. Curatorem quidem omnium, & per omnia iussit esse Antipatrum. Quoad vero Nicanor adolescat, curatores ac tutores instituit Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Cliotelem, & Teophrastum si voluerit, ac si curam suspiceres velit filiorum & Herpylidis, rerumq; omnium. cumq; puella fuerit matura uiro tradi illam Nicanori. Sin uero puellæ quippiam contigerit, quod absit, uitaq; prius quàm connubio iungatur, siue etiam postquam nupserit antequam filios procreet, excesserit, Nicanor dominus esto, vt de puero, & de cæteris digne nobis ac sese disponat. Curet autem Nicanor, & de puella, & de puero Nichomacho, nihil ut illis desit, patris ac fratris una implens munus. Quod si Nicanori quidpiam contigerit, quod absit, siue priusquam puellam duxerit, siue postquam duxerit, nondum filijs natis, quæ quidem ille instituerit, ea rata sunto. Sin autem uoluerit, & Theophrastus puellæ curam habeat. Sin alias, curatores habito cum Antipatro consilio, & de puella, & de puero disponant, vt eis uidebitur optimum. Curam autem habeant tutores, & Nicanoris mei, & Herpylidis memores. Namque erga me studiosa plurimum fuit, ceterorumq; omnium: & si virum accipere voluerit, curent, ne indigne nobis locetur. Dentq; illi præter ea quæ ante acceperat, de nostra substantia, talentum argenti, tresq;, si voluerit, famulas, & ancillam quam habet, & Pyrrhæum puerum. At siquidem in Chalcide habitare uoluerit, hospitium quod ad ortum est: sin autem in Stagyris, paternam domum. Vtrum vero horum maluerit, studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, vt & sibi honestè, & Herpylidi sufficienter instructa videatur. Curæ sit autẽ Nicanori, & Myrmecem puerum non indigne nobis ad suos referri, cùm eius, quas cepimus, facultatibus. Si autẽ & Ambracis libera, cumq; puella uiro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq; quam habeat, dari iubeo. Sed & Thaleti præter ancillam quam habet emptam, drachmas mille, & ancillam. Simo quoque absque priore pecunia, in puerum alium, siue puerum emi, siue pecuniam dari. Tichonem esse liberum cum puella nupserit, Philonemq; & Olympium eiusq; filiorum. Porro eorum qui mihi famulantur puerorum nullum uendi uolo, sed hæredes eos vti. Cum uero adulti erunt, pro merito dimitti liberos volo. Cu-

rent

rent item, vt consummentur, quæ Gryllioni sunt traditæ exculpendæ imagines. Vbi vero perfectæ erunt, suis imponantur locis. Nicanoris quoque ac Proxeni quàm sculpendam cogitabam, matrisq; Nicanoris. Arimnesti vero quæ perfecta est, suo statuatur loco, vt sit ipsius monumentum, quia sine liberis defunctus est. Matris quoq; nostræ Cererem in Nemea locet, aut vbicunque videbitur. Vbi vero tumulum fecerit, ibi & Pythiadis sublata ossa condat, sicut ipsa præcepit, fiat, & seruari Nicanoris votum, quod pro illo vouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui seruatori, ac Mineruæ seruatrici in Stagyris. Hæc testamẽtorum ipsius series fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas esse, Lyconémq; dicere, illum in pelui calentis olei lauari solitum, oleúmq; uenundare. Quidam vtrem calentis olei stomacho illum imponere consueuisse tradunt, & cum se ad quiescendum componeret, æream sphæram tenere in manu pelui subiecta, eo consilio, vt cum dormientis manu excussa sphæra in subditum æreum uas incidisset, sono illius excitus exurgeret. Eius esse præclaras istas sententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, vt cum vera, inquit, dixerint, non illis credatur. Cum sibi probo daretur, quòd flagitioso homine misericorditer tulisset opem, non, inquit, mores miseratus sum, sed hominem. Amicis ac discipulis ista consueuerat dicere, vbi cunque moraretur, Aspectus quidem a circunfuso aere lumen accipit, animus autem a disciplinis liberalibus. Sæpe numero cum in Athenienses inuehereur, aiebat illos frumenta & leges inuenisse, verũ, frumentis quidem vti, nõ autem legibus. Studiorum liberalium amaras radices, fructus autem dulces esse asserebat. Rogatus quidnam cito cõseneſceret, gratia, inquit. Quid sit spes, Vigilãtis, ait, insomnium. Diogene caricam porrigente, cogitans nisi acciperet, vsum esse, meditatus sumens, Diogenem ait, caricam simul cũ vsu perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens, atque puerili more in sublime eleuans cum dixisset, magnus Diogenes, eam illi reddidit. Tria dicebat pueris esse necessaria, ingenium, exercitationem, disciplinam. Audierat aliquando se a quodam maledictis esse lacessitum. Tum ille absentem, inquit, etiam verberet: Dicebat pulchritudinem, plus quàm epistolas omnes ualere ad commendationem. Plerique Diogenem ita statuisse asserũt, ipsum autem donum formæ dixisse: Socratem vero modici temporis tyrannidem, Platonem naturæ priuilegium, Theophrastum tacitam

deceptio-

deceptionem, Theocritum vero eburneum detrimentum, Carneadem regnum solitarium. Rogatus quo differrent docti ab indoctis, quo, inquit, viuentes a mortuis. Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum, inter aduersa refugium. Parentes qui liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores esse his, qui solum genuissent. Eos. n. viuendi tantum, illos etiam bene beateq; viuendi authores esse. Glorianti cuidam quòd magnæ esset vrbis ciuis, Noli, inquit, hoc attendere, sed an dignus sis magna, & illustri patria. Rogatus quid sit amicus, vna, inquit, anima in duobus corporibus habitans. Homines plerosq; dicebat ita esse parcos, ac si semper victuri essent: alios tam prodigos, ac si continuo morituri. Percontanti cur honesta forma præstantibus diutius congredimur, Cæci, inquit, huiusce interrogatio est. Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset, hoc, inquit, vt iniussus ea faciã, quæ pleriq; per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerẽt: Si excellentiores, ait, prosequentes tardiores nõ morentur. Loquaci homini cũ illum improbe probris multis obtulisset, dicenti, num te satis obtudi? Hercle, inquit, non tibi animum aduerti. Cauſanti cur ſtipem non bono homini dedisset, nã & ita contigisse ferunt: Non, inquit, homini dedi, sed humanitati. Rogatus erga amicos quales esse debeamus, quales, inquit, eos erga nos esse optamus. Iustitiam dicebat virtutem animi vnicuiq; secundũ dignitatẽ distribuentẽ. Disciplinam optimum esse dicebat viaticũ ad senectutem. Refert Phauorinus in secundo commentariorum illũ crebro dicere solitum: O amici, amicus nemo. Et ista quidem ad illũ referũtur. Conscripsit aũt & complura volumina, quæ vt summa ingenij illius vis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, subnectenda necessario existimaui. De iustitia libros quatuor, de poetis tres, de philosophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus vnũ, Nerinthus vnũ, Sophista vnum, Menexenus vnũ, Amatorius vnũ, Conuiuium vnũ, de diuitijs vnũ, Exhortationum vnum, de Anima vnũ, de præcatione vnũ, de nobilitate vnũ, de voluptate vnũ, Alexãder, seu de colonis vnum, de regno vnum, de doctrina vnũ, de bono tres, de Platonis legibus tres, de eiusdem reip. duos, Oeconomicus unum, de amicitia vnum, Quid sit tolerare siue tolerantia vnũ, de disciplinis unum, De his, quæ in contentionem cadunt duos, Solutiones eorũ quæ in contentionem ueniũt, quatuor, Diuisiones sophisticæ quatuor,

tuor, de contrarijs vnū, de speciebus & generibus vnum, de propryis vnum. Commentaria, ὑπομνηματικὰ tres. Propositiones de virtute tres, Obiectiones vnū, de his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum, vnum, de elementis tres, de scientia vnum, de perturbationibus irę vnum, Moralium quatuor, de principio vnum, Diuisiones .xvj. Diuisibilium vnum, de interrogatione & respōsione duo, de motu vnum, Propositiones vnū, Propositiones cōtentiosę quatuor, Syllogismi vnum, Priorum analyticorū nouem, Posteriorum analyticorum maiorum duo, de quęstionibus ad disciplinam pertinentibus octo, de meliore vnum, de idea vnū, Termini Topicorum septem, Syllogismorum duo, συλλογιστικὸν & diffinitiones vnum, de eligibili, & accidenti vnū, de ijs, quæ ante locos sunt, vnū, Topicorum ad diffinitiones duo, Perturbationum vnum, Diuisibilium vnū, Mathematicus vnum, Diffinitiones .xiy. Epicherematum duo, de voluptate vnum, Propositionum vnum, de volūtario vnum, de pulchro vnū. Quæstiones epicherematicæ .xxv. Quæstiones de amicitia duo, Quæstiones de anima vnum, Politicorū duo, Politicæ auditionis, sicut Theophrasti octo, de iustis duo, Artiū introductio duo, Artis rhetoricæ duo, Ars vnū, alia ars duo, Methodicū vnum, Artis Theodecti introductionis vnū, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine vnum, Enthymematum diuisiones vnum, de dictione duo, de consilio vnū, Collectionis duo, de natura tres, Physicon vnū, de Architæ Philosophia tres, de Speusippi Xenocratuq; philosophia vnū, ex Timæi Archyteq; disciplinis sumpta vnum, Aduersus Melissi dicta vnum, Aduersus Alnæonis dicta vnum, Aduersus Pythagoricos vnum, Aduersus Gorgiam vnum, Aduersus Xenocratem vnum, Aduersus Zenonis scita vnum, de Pythagoricis vnum, de animalibus nouē, Anatomorum octo, Electio anatomorū vnum, de compositis animalibus vnum, de fabulosis animalibus vnum, de nō gignendo vnum, de plantis duo, Physiognomicon vnū, Medicinalia duos, de monade vnū, Signa tempestatum vnum, astronomicon speculatiuus vnū, de motu vnum, de musica vnum, Memoriale vnum, Homericarū ambiguitatum sex, Poetica vnum, Naturalium secundū elementa triginta octo, Inspectorū problematum duos, Liberalium disciplinarum duos, Mechanicus vnum, Problematum ex Democrito sex, de lapide unū, Parabolæ unum, Inordinata .xij. Exposita generatim .xiiij. Iura unum,

✣✣ Olym-

Olympionice unum, Pythionicæ musices unum, Pythicus unũ, Pythionicorum argumenta unum, Dionysiacæ victoriæ unum, de tragœdijs unum, Doctrinæ unum, Prouerbia unum, Lex commendatitia unum, Legum, quatuor, Prædicamentorum unum, de interpretatione unum. Respublicæ urbium. clvij. Seorsumq; ad Philippum de populari, paucorumq;, & optimatum & tyrannorum rep. epistolæ. Selymbriorum epistolæ, ad Alexandrum quatuor, ad Antipatrum nouem, ad Mentorem unam, ad Aristonẽ unam, ad Olympiadem unam, ad Hephæstionem unam, ad Themistagoram unam, ad Philoxenum unam, ad Democritum uersus, quorum initiũ est, Sancte deum, Elegiæ, quarum est initium, Formosæ matris filia: Sunt in summa uersus omnes plus minus quadragesies quinquies mille, trecẽti & triginta. Hæc librorum illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est, Duplicem esse philosophiæ rationem, alteram uersari circa actus, appellariq; πρακτικὴν, alteram in intelligẽtia, & speculatione consistere, & θεωρητικὴν dici. Ad actionem pertinere ethicen, & politicen, qua in parte tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intelligentia Physicen logicenq; referri. Porro logicen instrumentum esse exactissimum. Eius cum geminam declinationẽ ac scopũ subiecisset, uerisimile ac uerum, ad utranq; duarum maxime rerũ uiribus nititur. Nanq; ad uerisimile seu probabile, oratoria, & dialectica, ad uerũ autem analytica, & philosophia usus est, nihil omnino omittens eorum, quę uel ad inuẽtionem, uel ad iudicium, uel etiam ad usum pertinerent. Enimuero ad inuẽtionis adminiculæ, atq; ad eas res, quæ speculationi, & arti inseruiunt, propositionũ multitudinem tradidit, ex quibus quæstiones probabilium epicherematum elicere affatim licet. Porrò ad iudicandũ analytica priora, & posteriora cõscripsisse, prioribus assumptionum iudicia permittens, posterioribus collectionis examen trades. Cæterum ad iudicandum ea quæ sub certamen cadunt, quęq; in interrogatione uersantur, & cõtentione sophisticorum argumentorum, atq; syllogismis, atq; his similibus. Veritatis uero iudicium earum quidem, quæ secundum imaginationem sunt actionum, sensum definiuit. Moralium uero, ubi de re publica, ac domestica, ubi de legibus agitur mentem, finem autem unum exposuit, uirtutis usum in uita perfecta. Felicitatẽ ait plenitudinem ex tribus maxime bonis constantẽ, ijs nimirũ quæ in animo sunt, quæ & priora

uiribus

viribus appellat, ijs quæ ad corpus attinēt, vt sunt bona valetudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his similia, atq; ijs quæ extrinsecus ueniunt, diuitijs, nobilitate, & claritudine, atque in hūc modum cæteris, quibus tertium locum assignauit. Virtutem ad beatā vitam sibi minime sufficere dixit, quippe corporis bonis, exterioribusq; indigere. Miserum atque infelicem fore sapientem, siue doloribus afficiatur, siue inopia, & cæteris huiusmodi incōmodis prematur. Vitiū autem ad miseriam atq; infelicem vitam sufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Virtutes aut non se inuicem sequi. Fieri enim posse, vt prudens, quispiam, ac iustus, idemq; intemperās atque incōtinens sit. Sapientē quidē non omnino perturbationibus vacare, verum perturbari modice dixit. Amicitiā æquitatem esse definiuit reciproca beneuolentiæ. Eius tres species esse tradidit. Esse quippe aliam cognationis, aliam amatoriam, tertiam hospitalē. Amorem non modo congressionis, verum & philosophiæ esse. Amaturum quoque sapientē, atque accessurum ad rempublicam, ducturumq; vxorem, & cū rege una uicturum. Tribus autem generibus vitæ constitutis, primo quod in speculatione, sequēti quod in actu, & tertio quod in voluptate consistit: Speculatiuum genus semper prætulit. Liberales disciplinas ad apprehensionem virtutis multam conferre sensit. In descriptione rerū naturalium præter cæteros rationem maxime secutus est, adeo vt minimarum quarumq; rerum reddiderit causas. Vnde, & naturaliū commentariorum complura scripsit uolumina. Deum sicut & Plato incorporalem diffiniuit, eiusq; prouidentiam ad celestia usq; pertingere, ipsum uero immobilem esse. Porrò terrena omnia ad cœlestiū congruentiam, ordinemq; disponit. Præter elementa ista quatuor esse, & quintum aliud, ex quo cœlestia consistant, eiusq; motum orbicularem esse uarium. Animā item incorporeā, primamq; esse ἐντελέχειαν, corporis nempe naturalis, & organici potētia uitam habentis. Est autem ea iuxta illum duplex. Entelechiam uero appellat, cuius sit species quædam incorporea. Altera ex his quidem secundum potentiam, ut est Mercurius in cera, informis quidem, sed idoneus ad percipiēda lineamenta, sicut item in ære statua. Secundum uero habitum entelechia dicitur ea quæ est consummatæ ac perfectæ Mercurij statuæ. Naturalis autem corporis dixit, nam sunt corpora alia quidē manu, & arte elaborata, ut sunt quæ ab artificibus fiunt, puta turres atq;

nauis. Alia vero sic à natura prodeunt vt arbores, & animalium corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliquid parati, & conditi, vt est ad videndum oculus, auris q; ad audiendum. Virtute autem vitam habentis, vt puta in seipso. Virtute autem vel potentia minus est secundum efficaciam. Secundum actionem autem, vt vigilans habere animam dicitur. Secundum habitum autem, vt dormiens. Vt igitur, & hic intelligatur, adiecit potentia. Multa igitur eiusmodi, & alia, & de alijs multis in hunc modum philosophatus est, quæ perlongum esset numerare. Cunctis enim in rebus summo studio atque industria fuit, inuentionisq; incredibili copia viguit, vt ex his quæ supra annotauimus voluminibus constat, quæ ad quadringentorum numerum ferè perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam sunt et alia complura, quæ ipsi ascribuntur volumina atque sententiæ. Verum enimuero octo fuere Aristotelis. Primus hic ipse. Secundus, qui Athenis rempubl. administrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes sanè quam elegantes. Tertius, qui Iliadem Homeri scripsit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit. Quintus, qui cognominatus est Mythus, Aeschinis Socratici necessarius. Sextus Cyrenaicus, qui de poetica scripsit. Septimus pædotriba cuius meminit Aristoxenus in Platonis vita. Octauus grammaticus obscurus, & ignobilis, cuius de pleonasmo ars legitur. Huius autem Stagyritæ philosophi complures quidem fuere discipuli, sed omnibus maxime præcelluit Theophrastus, de quo modo dicendum est.

ARISTO-

ARISTOTELIS VITA EX MONIMENTIS IOANNIS GRAMMATICI PHILOPONI ALEXANDRINI.



VIT Aristoteles genere Macedo, Stageirita, filius Nicomachi, qui Amyntæ Macedoniæ Regi medicam præstitit operam, ob eamque rem filium, quem suscepit, ut patris memoriam renouaret, Nicomachum appellauit, ad quē item Nicomachea scripsit. Matre Phæstide, qui ambo genus ab Æsculapio trahebant: cuius quidem rei fidem facit epigramma in Aristotelem his uerbis factum.

Matre creatur Phæstide, Nichomachoq; parente,
Stirpe Asclepiadon Diuus Aristoteles.

Post parentū obitum à quodam, qui publico Aternensium nomine peregrinos hospitio excipiebat, educatur: cuius dein officij memor nō modo filiū eius Nicanora enutriuit, & omni liberali institut doctrina, sed etiam ut uerum, & germanum tractauit. Quinetiā, ante mortē testamento cauit, ut filia Pythas in matrimonium eidem Nicanori locaretur. Cùm adhuc adolescens esset, omni ingenuarum artiū scientia excultus fuit, quod satis declarant commentarij, quibus res poeticas complexus est, & scripta, quæ in poetas edidit. Homericæ item quæstiones, & libri artis Rhetoricæ. Annos XVII. natus uoce Pythiæ, qua philosophari iubebatur, Athenas mittitur, ubi cum Socrate treis annos coniunctissime uixit, quo extincto, ad amicitiā Platonis se contulit, qui cum XX. annos magno familiaritatis usu coniunctus fuit, eamq; diligētiam, & industriā ad disciplinas percipiendas adhibuit, ut Plato illius ædes nō aliter appellarit, atq; ædes lectoris. Neq; uero fides habenda iis, qui existimant Aristotelem aperuisse Lyceu cōtra Platonem adhuc superstitem. Qui enim hoc potuisset? cùm Chabria, & Timotheus Atticarum copiarum duces opibus magnaq; potentia Athenis florerent, & Platoni arcta necessitudine coniuncti essent. Sed non desunt, qui tradant ab Aristotele Lyceum cōstitutum in humanis adhuc agente Platone, ut multas hominis sententias conuelleret.

Ad

Ad quos respondere satis habemus, non simpliciter quicquam contra Platonem statui, sed cõtra eos, qui Platonica decreta minus perspecta haberent. attamen siquid contra eum profertur, non absurdum iudicari debet, cũ in hac ipsa philosophandi ratione nihil discrepet ab ijs, quæ Plato senserit. illius enim uox est, magis conuenire nos de ueritate solicitos esse, quam de quauis alia re. Quinetiam ad Verbum ita scribit. Amicus quidem Socrates, sed ueritas amicissima. Et alibi. Socratis, inquit, parua cura agenda est, ueritatis aũt magna.

Hoc idem institutum Aristoteles tenuit, monimentaq; Platonica immutanda censuit, cũ & in huiusmodi consilio ab illo non discrepet, quippe qui ueritatis decus non contempserit, cum tamen mirifico studio, egregiaq; uoluntate Aristotelem fuisse erga Platonem constet ex Ara, quam ei consecrauit hac inscriptione.

Ponit Aristoteles pius hoc altare Platoni.
Quem laudare nefas ora profana foret.

Cum Platone multis officijs, & magna familiaritate. XX. annos coniunctus fuit, post cuius obitum ita euenit, ut Speusippus sororis Potones filius scholam teneret, docendiq; munus susciperet, Aristoteles autem in Macedoniæ urbẽ secederet, quo loci alumnum disciplinæ suæ Alexandrum conditorem habuit, magnaq; authoritate in eius regno præstitit. Nam apud Regem opibus, & gratia florentissimus fuit, plurimaq; opportune impetrauit. nam multa studia, & officia in singulos priuatim, & in uniuersos publice contulit. Declarant epistolæ cõmendatitiæ, quæ ad regem scriptæ ab illius nomine feruntur, & patria Stageritæ, quæ cum euersa esset, author fuit, ut ab eodem ipso instauraretur. Quapropter Stageritæ Aristoteli festũ celebrãt, quod Aristoteleum nominant, & mensem, in quo dies festo dicatus est, Stageritẽ appellant. Eressus quoq; Theophrasti patria, quam cum Alexander grauiter uindicare cogitaret, periculo liberata est. Dein cũ Speusippus è uita excessisset, Athenienses Aristotelem ad se inuitat, ac una cum Xenocrate scholæ Platonis præficitur. Xenocrates igitur in Academia docebat: Aristoteles in Lyceo. Ac nõ longo interuallo cũ Athenæ defecissent, Aristoteles in Chalcida nauigauit, illud usurpans. Non patiar Athenienses in philosophiam semel, ac iterum uos peccare. Iam enim Socratem è medio sustulerant. Nec dissimulauit iudicium suũ apud Antipatrũ, quam difficile, & multi operis esset,

Athe-

Athenis agere, carmen illud Homeri referens.

Inq; piris pira, ficis fici molle seneſcunt.

Ita peruerſitatem morum Athenienſium indicabat. Macedoniam reperyt, vbi gratia, & authoritate apud Reges, qui prouinciam illā tenebant, plurimum valuit, apud Alexandrum, & matrem Olympiada, apud Antipatrum, apud Philippum. Ad Alexandrum de regno librum ſcripſit, in quo præcepta de regno adminiſtrando ei dat. Quinetiam ſe comitem Regi adiunxit in intimos Brachmanas proficiſcenti, vbi etiam opus confecit, in quo memoriam CCLV. rerumpu. colligauit. Illum quoq; ſecutus eſt contra Perſas mouentem. Vbi cum bellum exortū eſſet, & Alexander mortem obiiſſet, in patriā reuertitur. Morum ſummam coluit moderationem, in Philoſophiā captū exceßit humanum, cum nullam partem eius diſciplinæ imperfectam explicatione reliquerit ſua. immo propria fretus ſolercia, cum pleraq; adieciſſet, uniuerſam philoſophiā caſtigauit, optimisq; inſtruxit præceptis. Magnam item acceßionem fecit ad artem diſſerendi, quandoquidem ab ipſis rebus normas, præceptaq; ſecreuit, & demonſtradi rationem cum uia inſtituit, nam ſuperioris memoriæ Philoſophi demonſtrare quidem, ac euidentibus probationibus uti ſciebant, ſed demōſtrare, ac euidentes probationes conficere ignorabat, atq; idem illis uſu ueniebat, quod Sutoribus, qui coria ſecare non queunt, calceis autē uti probe queunt. Rerum naturalium indagationi quintam addidit naturam. Diuinarum contemplationi, quamuis nihil eiuſmodi adiecerit, attamen ita docuit, ut nihil. quatenus cauſa ferret, prætermiſerit. Siquidem tantum abeſt, ut duntaxat, quæ intra orbē continentur, quemadmodum nonnulli exiſtimant, comperta habuerit, ut etiam quæ ſupra orbem habentur, probe tenuiſſe affirmemus. quod quidem idem ipſe Ariſtoteles probat vij. naturalis auſcultationis libro. Princeps, inquit, cauſa neque per ſe, neque ex accidenti mota cietur. Atque ex hoc nimirum planum facit Deum, neque corpus, neque patibilem eſſe. Vniuerſum uitæ tempus, quod uixit. lxij. annorum numero deſcribitur. cum enim. xvj. ageret annum Socrati operam dare cœpit, quo præceptore uſus eſt triennio. in intimis, & neceſſarijs Platonis. xx. annos fuit, a cuius obitu. xxij. annos uixit.

DE VITA AVERROIS EX LIBRIS CHRONICORVM A MVNDI ORIGINE EXCERPTA.

AVerrois quoque medicus, cognomento Commentator, philosophus quidem, & ipse apud Cordubam Hispaniæ vrbem hoc tempore floruit, vt ex Secundo libro eius, qui de Cœlo tractat, Commento 110. & 111. habetur. Fuit enim à natiuitate Christi anno MCL. vt asserit Conciliator, & Aegidius Romanus in suis quodlibetis Libro secundo, quæstione de vnitate intellectus. Vbi verba hæc habentur. Nam Commentator summus Auerroes, non est diu, quòd fuit. Nam dicitur filios suos in curia Federici primi, cognomento Barbarossa Imperatoris fuisse, qui temporibus nostris obijt. Fuit ergo dictus Auerrois tempore, quo fides Christiana erat valde dilatata. Constat autem quòd apud Christianos erat solennis mentio de statu animarum separatarum. Et ideo Auerrois, qui fuit isto tempore, potissimum debuit videre hoc inconueniens. Multa autem composuit, & adeo excellenter in omnes Aristotelis libros scripsit, vt Commentatoris cognomentum promeruerit: deinde de Substantia orbis, de Theriaca, librum quoque pulchrum de medicina Colliget appellatum, ac alia multa edidit. Auicennæ tamen ac medicorum æmulis dictus fuit, vt palàm in eius libris manifestum est.

MARCIANTONII ZIMARÆ

PHILOSOPHI CONSVMMATISSIMI

Tabula dilucidationum, in dictis Aristotelis, & Auerrois.



VENETIIS APVD IVNTAS.
M. D. LXXVI.



TABVLA CVM DILVCIDATIONIBVS IN DICTIS ARIST. ET AVERR.

A D. M. ANTONIO ZIMARA COMPILATA,

Qua, digressionibus passim ab eo insertis, via Peripateticæ veritatis, edocetur.

De litera A.



B, ꝓpositio in idiomate Arabico notat, tã cãm agẽtẽ, q̃ subiectũ, & oppositũ. 1. physic. cõ. 58. Vide qũo importet subiectũ. primo cęli. com. 20. vbi litera translationis Arabicę hz in tex. ꝙ corpꝰ glorioſum nõ eſt gñatum ab aliquo. Quod Cõm. põderans in cõ. dicit. Et dixit: neq; gñabile ab aliquo. & nõ dixit: neq; gña bile ſimplr. qm̃ hæc eſt dria inter dicentes, ꝙ hoc corpus eſt creatũ à prima cã: & opinãtes ipſum primã cãm. ſ. ꝙ dicentes ipsũ eſſe primã cãm, opinant ipſum nõ eſſe gñabile ſimplr. Et dicentes, ꝙ eſt cãtum à prima cã, opinant, ꝙ nõ eſt gñabile ab alio. i. ex alio. Et ꝙ ſi diceretur eſſe gñabile à nullo, & ĩ nullo tpe, poſſet hoc inſtitui ſm vocẽ, & ſm tranſumptionem. Gñabile vere, eſt terminatũ tpe, & gñabile ab aliquo. Et hoc nomen gñonis eſt vulgariter, quod Ariſt. intendit remouere à cælo. Vbi patet, ꝙ ly ab aliquo, dicit cãm mãlem. Ari. n. ibi demonſtrat, ꝙ cœlũ non eſt gñabile, qa non hz ſubiectum, neq; contrariũ. Et ex illo loco patet quantũ deuiauerũt à veritate Io. de Bac. & Greg. Arim. in 2. ſententiarũ. di. 1. q. 1. q tenent ex mente Ariſ. & Auer. cœlum & ſubſtãtias æternas nõ hñe cãm æternã effectricẽ. Et hz iſta qõ in via Peripateticorũ ardua ſit, & ambigua. Eudemus. n. & Alex. (vt recitat Simpl. in principio phyſicę auſcultationis) tenuerunt Deum ſm mentem Ariſt. nõ eſſe cãm efficiẽtem, ſed finalem tantum & formalem æternorum.

Opi. Eudemi & Alc. pro vna poſitione.

Digreſſio de cã efficiẽte in ſubiectis æternis ꝫ Io. de Bacco. & Grego. Arim.

Ammo tñ, Simp. & Io. Gram. op poſitũ tenuerunt, & multi ſapientes. Veruntñ quidquid ſit de Ariſt. vnum ſcio indubitanter, Auer. tenuiſſe de mente Philoſophi, ęterna eſſe cãta in triplici gñe cãç. etenim hic aperte teſtatur cœlum eſſe cauſatum à prima cã. Et ꝙ Ari. ĩ 1. cœli demſtrat cœlum nõ eſſe gñabile, illo modo gñonis quo generant iſta tpalia: quia hoc ſonat nomẽ gñonis, vere & non trãſumptiue ſumptum. Ariſt. n. abhorret metaphoras & tranſumptiones in doctrina demõſtratiua: vt ipſe ꝓcepit ĩ 2. poſter. analit. Et ideo Ariſt. nomen generationis vere & in ꝓpria ſignificatione intendit remouere à corporibus cœleſtibus. Et hoc appꝫ manifeſte ex ſuis eiuſdẽ Auer. in lib. deſtr. deſtr. in diſp. 3. in ſoſ. 18. dubij, vbi dicit, ꝙ Philoſophi aſcenderunt gradatim inueſtigare de ſupcœleſtibus corporibus, & apparuit eis ꝙ ſunt ingenerabilia, & nõ sũt ſicut inferiora corpora. Gñabile. n. inquantum gñabile, eſt pars huius mundi ſenſibilis: cuius gño nõ ſequeretur niſi prout eſt eius pars, eo quòd oẽ gñabile generatur ſine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & in tpe. Et inuenerunt ꝙ orbium corpora ſunt neceſſaria ĩ gñone inferiorũ corporum, prout ſunt agentia

Pro opi. cõtraria fuerunt Anm. Simpli. Philoponus, & alij. Quæ ad mẽtem Auer.

Tex. c. 22.

tia remota. Vñ si corpa cælestia generabilia essẽt mõ istius gñonis; idigerẽt alijs corpibus ꝓcedẽtib. ea, q̃ sisr essẽt ptes alteri⁹ mũdi. & ita essẽt alia corpa supcælestia. Et talia ẽt idigerẽt alijs, & sic ī infinitũ. Ec ce igit, ꝙ vult demõnẽ itelligi de vera gñone ī ꝓpria figũatione sũpta, q̃ idiget cã agẽte, & tmãli, & finali, tpe, & loco. Cõfirmat authoritate eiusdẽ ī 1. cœli. cõ. 105. vbi hz. Defendentes aũt Platonẽ dicunt, ꝙ assimilatio gñonis mũdi ex suis entis, gñoni figuraꝝ ex lineis, & supficieb⁹ à Platone, signãt ꝙ mũdus semp fuit apud Platonẽ, & ꝙ ipse nõ intẽdebat p hũc sermonẽ, nisi ꝙ partes ei⁹ sũt priores nã toto; nõ ꝙ ipse fuit gñat⁹ vere. Et si hoc itẽdebat nihil differt ab Aris. Sz tñ male fecit ī hoc qđ dixit mũ dũ eẽ gñatum, & nõ corruptibilez. Hoc. n. nõ intelligit ex gñone, nisi cũ difficultate. Et maxie cũ dixit, ꝙ efficit ex ñ ordine ī ordinẽ. Nã Plato dixit deũ, entia q̃ añ mundi gñonẽ mouebant motu inordinato, deduxisse ex nõ ordine in ordinẽ. Mõ talis gño q̃ fit ex priuatiõe ad habitũ, vi esse vera gño, q̃ est tẽporalis; & ita cũ difficultate ꝑt intelligi gño illa apud Platonẽ fuisse æternã. Aut igit male sẽsit, aut male docuit, quia abutebat vocabulo gñonis (vt dicit ꝑfatus Com. ẽt 1. cæli. cõ. 106.) Tz igit Com. cælum & intelligentias eẽ cãtas ab æterno à prima intelligẽtia; sed non p gñonem verã, q̃ fit cũ trãsmutatione & tpe, sed nobiliori mõ. Scięria. n. Dei glorioſi ẽ cã entitatis & veritatis oĩum entiũ, vt scribit Cõ. in 2. primæ philosophiæ. cõ. 4. Et ī 12. primæ philosophiæ. cõ. 51. De hoc vide notab. authoritatẽ in lib. destruc. disput. 3. in fol. 18. dubij, In fine. vbi scribit. Amplius declaratũ est à Philosophis, ꝙ illud qđ dat entib. separatis à mã finẽ, est illud qđ dat eis esse. Forma. n. & finis sunt vnũ & idẽ in hac specie entiũ. Ergo illud qđ dat finem entibus, illud met dat formam, & illud qđ dat formam est agens: ergo qđ dat finem huic etiam est agens. Apparet igitur ꝙ primum principium est omnium istorum principium. s. forma, & agens, & finis. Quid clarius?

Ab antiquo non prouenit nouum absolute, ſm Philosophos. ex disput. 12. in fol. tertij dubij.

Ab oĩbus excellẽtib⁹ Philosophis hodie existimat, ꝙ ab vno primo ꝓcedũt prĩcipaliter oĩa ẽtia mutabilia. Ex li. def. dis. 3. ī fol. 12. dubij. In medio.

Ab vno vtrum multitudo ꝓuenire possit. vide diffuse in lib. destr. in disp. 3. in fol. 12. dubij.

Ab vno agẽte nõ ꝓuenire nisi vnũ effectũ tm, propo falsissima ẽ, qua vtebat Auic. & Alpharab. Ex disp. 3. in lib. destruc. in fol. 23. dubij.

Ab vno simplici numero non posse ꝓuenir nisi vnũ simplex numero non quodãmõ vnũ in numero & quodãmõ plã. Et ꝙ illi⁹ vnitas sit cã eẽ pluralitatis; si isto mõ intelligãt nõ põt hõ euadere à dubijs Algazelis. ibidẽ in fol. 26. dubij.

Ab vno essentialiter non inuenit nisi vnum motum, sed intrant plura ipsum per accidens. 8. ph. com. 51. & elicitur ex textu.

Abstinẽtes, appetẽtes, & concupiscẽtes, non operantur ea quorum habent appetitum, sed sequuntur intellectum. 3. de anima. te. com. 48.

Abstrahẽtium nõ est mendaciũ. 2. phy.

phy. t. c. 18. idem 3. de anima. 35.

Anima concupiscibilis, per eandā virtutem prosequitur & fugit 3. de anima. tex. com. 29.

Aīa nequaq̄ sine phātasmate intelgit 3. de anima. tex. commen. 30

Anima est quodāmō oīa ea, q̄ sunt. 3. de aia. tex. cō. 37. Vide pro hoc pulchre Alex. in paraphrasi de aīa in cap. vbi declarat quō aīa est oēs res, & inquit. ponderans ly quodā modo, ꝙ aīa nō simplr idē est, sed solū quatenus excipit rerū species: quæ res ipsæ quodāmō sunt, quū per eandem spēs aīa id sortiatur vt sit. Neque vero coaceruatas sil'res aīam ob id esse cōcesseris: sed quia singulatim cuicunq; rei aīa sese similē pītare pōt: ea ratione res oēs quadātenus & est fit. Et intelligitur nō de oī aīa, sed de perfecta & absoluta (vt inquit) quę prēter sēsum, intellectum etiam obtinet.

Animæ partes quodāmō infinitę esse videntur 3. de anima. tex. cō. 41

Anima cōcupiscibilis mouet ad rē, quæ est in actu voluptuosa: aīa aūt rōnalis multoties prohibet, & hoc quia respicit nouissimum futurū, sed anima concupiscibilis nō inspicit contristationem contingentem in futuro. 3. de anima. cō. 53. & habetur ex tex.

Anima sensibilis impedit in maiori parte intellectum. 3. de aīa. cō. 61. & 2. de anima. commen. 151

Anima recipit formas contrarioꝝ in simul: & hoc nō solū inuenitur in anima, verum etiam in medio. Apparet. n. ꝙ per eandem partē aeris videns, recipit cōtraria. s. albū & nigrum. 6. Meta. cōmen. vltimo.

Anima est vna in subo & multa fm virtutes, & iō qñ vtit vna virtute d̄ bilitat' in vsu alterius virtutis. v. g. qñ vtetur cōprehensione extrinseca, debilitatur in cōprehēsione intrinseca. Cōmen. in cō. libri de diuinatione secundum quietem.

Anima brutalis qñ desiderauerit aliquā rē, ītata est facere sil'itudinem forę illi⁹ rei desideratę in illa dispōne desiderata, & pītare idolū illius rei: & iō q, desiderat mulieres vī coire, & hns sitī vī biber. s. iuxta finē.

Animę corpoꝝ cœlestiū nō sunt formę in materijs. s. quæ in materia acquirāt æternitatē ex formis īmaterialibus, vt dicunt incipiētes philosophari. Contingeret. n. vt illud qđ nō hēt naturā assendi ęternum acquirat ęternitatē ab alio, quod est impoſſ. 1. c. de Substan. orbis.

Anima cœli nō ē abstracta a corpore suo: & cū hoc separata est ab ipso inquantū ipsum nō indiget ipsa, quia est permanens per se, sicut est dispositio in aīalibus cū virtutibus naturalibus, & oportet vt illa anima sit in eo. nā oē motū ex

Cõtra ponẽtes itel ligẽtiã esse formã perficiẽs orbẽ formaliter.

se, mouẽt per virtutẽ existẽtem in eo. de Substan. orbis, cap. 4. Et ex hoc loco patet, qm̃ intelligẽtia nõ est forma, formaliꝛ pficiẽs orbem: vt dixerũt nõnulli: sed est foꝛa separata dans sibi motũ & appetitũ. & iõ Alex. ī Paraphrasi de aīa d. ꝙ ītelligẽtia ęquiuocę dr̃ esse forma respectu ęli, & aīa rīspectu corpis.

Anima ſm veritatem non attribuit corporibus cœlestibus, nisi æquiuocę. Ex lib. destru. disp. 13. in solutione primi dub.

Animã additã esse formis cõplexionalibus manifestũ est. 7. meta. cõ. 31. Cõsile. 3. de aīa. cõ. 5. ꝑtra Ale. vbi d. Et magis īopinabile de opinione Alex. est hoc qđ dixit, ꝙ primæ ꝓparationes ad ītellecta & ad alias postremas ꝑfectiones de aīa, sunt res ꝑfectę a cõplexiõne, nõ virtutes factę a motore extrinseco, vt est famosum ex opinione Arist. & oīum Peripatet. Ista. n. opinio, si est ſm qđ nos intelleximus est falsa. a suba. n. elemẽtoꝝ & a natura eorũ nõ põt fieri virtus distinguẽs aut cõprehẽsiua, qm̃ si eẽt poſe vt a natura eorum, & sine extrinseco motore fierẽt tales virtutes, tũc esset poſe vt extrema perfectio q̃ est intellꝛa, esset aliquod factũ a suba eoꝝ, vt color & sapor fiunt. Et ista opīo ẽ filꝛs opīoni negãtiũ causas agentes, & nõ cõcedentiũ nisi cãs materiales tm̃. Et sunt illi q dicũt casum. Vbi aduerte ꝙ vt scribit Cõmen. in 3. de aīa. cõ. 6. Oīs virt⁹ existẽs in corpore cõposito, aut attribuitur primis qualitatib⁹. s. formę cõplexionis, aut erit virtus existẽs in forma complexionali. Vbi ꝙ virtutẽ attributã primis qualitatibus, intelligas formas elementarias: q̃ ſm snīam Philosophi in 2. de gñatione, resultãt ex cõbinationibus quatuor qualitatũ primaꝝ, vt patet ibi. in tex. cõ. 16. Et scias ꝙ forma mixti pfecti est superaddita formis elemẽtariis, & distincta ab eis, alioquī nõ esset mixtio nisi ad sensũ: vt patet ex fine primi de gñatione. Et est aperta snīa Auer. 7. met. cõ. 60. Et in 3. cœli. cõ. 67. & 2. de aīa. cõ. 77. vbi d. ꝙ essẽtię rerum superaddiræ sunt elemẽtis. Idẽ 1. Meta. cõ. 12. Et multo magis aīa est forma superaddita, & distincta a formis elementorũ. sicut patet in 2. de aīa cõtra Emped. & antiquos. tex. cõ. 41. & infra.

Aīę sunt alię virtutes prẽter formas complexionales. Auer. 2. Collig. cap. 7. idem. 3. de aīa. cõm. 5. & 6.

Animæ esse, & anima idẽ, & circulo esse, & circulus. 7. Mecaphy. t. c. 35.

Anima dicere eẽ aīal. est falsum: & ꝙ est ꝛiatũ, est verum. 7. Meta. tex. cõ. 36. quod qũo sit intelligẽdum. vide ibidem in commen. 11.

Anima est quędam suba prima: corpus vero materia. 7. Met. te. cõ. 39.

Vbi nota p primam subſtãtiã intellexisse formã, & nõ subſtãtiam composităm singularẽ. sicut sumpsit in ꝑdicamẽtis, quandoq; ẽt prima subſtantia accipitur pro suba abſtracta. vt 7. Met. tex. cõ. 41. vbi dr̃ ꝙ in quibusdã idem est quodquid est cũ eo cuius est quodquid est, vt in primis subſtantiis.

Aīa dupliciter dr̃, alij nãq; vt animã. alij vero vt totũ. 7. Met. t. c. 19

Anima quia est existens in alio nõ habet perfectam diffinitionem. 7. Meta. tex. commen. 40

Animã & corpus asserẽtes esse duo diuersa: nõ possunt assignare causam

ſam, quę ſit cā ligamēti animæ cū corpore, ſed qui ponit ꝙ aīa eſt p-fectio corporis, & ꝙ nō exiſtit corpus ſine aīa, non ſunt apud ipſum duo diuerſa. 8. Meta. tex. cō. 16

Anima ita ſe hēt ad corpus ſicut figura ad cuprū, & albedo ad ſupficiē. oīa. n. ſunt perfectiones, & for mę ſubiecti. 8. Meta. cō. 16. Ex quo colligitur ꝙ cū aīa intellectiua ſm Ariſt & Auer. 2. de aīa. tex. cō. 21. ſit aliud genus aīę, & Auer in cō. dicat ꝙ rectius eſt vt ſit nō aīa, qđ nō eſt forma formaliter perficiens p inherētiam ipſum corpus, ſicut multi ex mēte Auer. dicere voluerunt, vt defenderēt vnitatem, īmo fatuitatem intellus eius. Aīa. n. ꝓprie eſt quæ ita ſe habet ad corp⁹, ſicut albedo ad ſupficiem: & 2 de aīa tex. cō. 26. bene dixerūt quicūque dixerūt aīam nō eē corpus, ne que ſine corpoꝝ eſſe Manifeſte aūt in 3 de aīa intellus nullius corpis actus eſſe aſſeritur. licet ſm fidē & veritatē ego teneā aīam intellecti uā eſſe formā ſubſtantialē hoīs & multiplicatā, atq; īmortalē. Vide ī contradictionibus nuper editis.

Anima cū corpe ſunt vnū, ſicut dicimus ꝙ prima materia cum foꝝa ſunt vnū. 8. Meta. tex. cō. vlt.

Anima non proprie diſponitur per ſcīam, niſi qñ fuerit ſciens in actu, & maxime qñ fuerit in ſua vltima perfectione. ſ. qñ vtitur ſcientia. 9. Meta. commen. 16

Aīas eſſe ſeparatas a materia: vtrū ſit opinio cōceſſa a Phis. Vide in lib. deſtr. diſp. prīa. inſolone. 7. dubij.

Anima vere ē ſimilis luci, quia ſicut lux diuidit diuiſione corporū lucentium, ſic eſt de aīa cum corporibus. Ex libro Deſtru. Diſpu. prima in ſolutione octaui dubij.

Animæ īuocatio eſt relatiua, & nullus ſapientiū dixit aliter niſi Auic. ſupra in ſolutione 22. dubij.

Anima inter cæteras foꝝas materiales purior inuenitur, & maxime ītellus. ſ. aīa ītellīua, đ qua fuit maximū dubium apud Philoſophos vtrū eſſet de materialibus formis. Ex diſpu. 10. in ſolone. 2. dubij.

Anima rōnalis qūo intelligit ex duplici natura eſſe cōpoſita īdiuidua & diuidua, vid Themiſt. 1. de aīa. cap. 12. ſup tex. 26. vbi pertractat opinionē Thimei, dicētis aīam eē cōpoſitā ex eodē & diuerſo. d. enī hoc eē ſiſſitudine & nō veſ, ꝙ hoc facit authoritas Auer. de duplici medio ſm cōpōnē, & ſm comparationē. 4. Cœli. cō. 26. ſic ēt. d. The. cū dī aīam ex duplici nā cōſtare, id ita accipiēdū eſt, vt rōnabilis aīę natura, minoris eſſe q̄ intellus, & pluris q̄ irrōnabiles potentiæ iudicentur: cū vtroq; tñ cognationem quandā hāe, qualē fere mixta & cōpoſita cū his ex quibus formātur.

Animæ ſermo eſt multū profund⁹: & iō deus appropriauit eū hoībus ſapiētibus, & multū profundis in ſcīa. Ex diſputationibus phyſicis. diſpu. 2. in foꝝ. 7. dubii. Et ē authoritas Philoſophi 2. de aīa. t cō. 4.

Aīæ cōtēplatio naturali ſcię conuenit, cū aīa ſit vltima ſora aīaliū. Ex 1. de partibus animalium.

Aīam ignē eē arbitrari, ſile ē ac ſi fārā aut aſciā fabrū, aut arte fabrilē eē idē arbitreris: qa op⁹ nō niſi īuētis ijs effici pōt. Ex. 2. đ ptib⁹. ca. 7

Aīa eſt corpore melior, aīarum inanimato ꝓſtet pp animā: & eſſe q̄ non eſſe, & viuere quā non viuere melius eſt. Ariſt. in principio ſcđi

de generatione aĩalium. Quod ẽt diuus Augustin. confirmat primo de trini. Viuẽtia nõ viuẽtibus, exi-
„ ſtentia nõ exiſtẽtibus, beata miſe-
„ ria præferenda eſſe iudicamus.

Anima ſenſualis & ĩtellectualis, potentia prius hñi q̃ actu neceſſe eſt. Ariſt. 2. de gñatione aĩaliũ, cap. 3

Aĩę vegetabilis facultatis ſeu virt⁹ in aĩalibus & plãis, ex alimẽto efficit incrementũ, vtẽdo caliditate & frigiditate quaſi iſtrĩs. mot⁹. n. in his cõſtit, & rõne aliqua vnũquodq; efficit. ſupra cap. 4. vide in contradictionibus.

Anima quodãmodo sũt oĩa plena. Ariſt. in 3. de gene. aĩa. cap. 2. Vbi declarat qũo calor viuificus eſt in aere, aq̃, & terra, oĩa aĩata gñans, hoc ẽt ſentit Auer. in 12. Met. cõ. 18. Vbi ſcribit, calor ſolis & ſtellarũ diffuſus ĩ aere & aqua, gñat aĩalia ex materia putri, & oĩa ſine ſemine nata. Vide ĩ ꝓtradictionib⁹.

Animę proprie dicunt, quia ſunt organicę, & nõ ſunt virtutes naturales: qđ ſi medici appellãt eas naturales, largo mõ, hoc eſſet veritas ſi ipſi crederẽt ꝙ ipſa eſt, ſm relationẽ, aut ſm operationẽ: ſed ſi ipſi credũt ꝙ ipſa ĩ ſui eſſentia ſit virtus propria ſolũ, iſtud eſt error. 2. Colli. cap. 7. Ex hoc ſcire potes, ꝙ eſt dña magna valde ĩter aĩam & intellm. hoc. n. eſt in quo taxat Ariſt. antiquos, vt Democ. & alios, qui nõ diſtinxerunt inter intellectũ & aĩam: & ex hoc fundamẽto paret ſolutio magni Achillis illius Põponacij ſuper ratione illa, ĩ primo de anima fundata in text. cõ. 12. vt alibi notaui diffuſius.

Anima nutritiua, quæ eſt ĩ embrione ꝑparata eſt recipĕr aĩam ſenſibilẽ, & ſtat cũ ea loco formæ & finis: & nutritiua eſt ei loco materiæ. Auer. ſnĩa in 2. Colliget. c. ij. de iuuamentis mẽbrorũ officialiũ deſeruientium ſenſui in gñali. Et aduerte ꝙ iſta ẽ ſnĩa oĩum Perip. Vñ lucidiſſimus Them. in 3. de anima. cap. 27. ſcribit. Sane ordo „
nãę & ꝓceſſus hic eſt, vt reſpectu „
ĩferiorũ ſupioribus vtat vice ſoĩatũ: reſpectu ſuperiorũ inferiorib⁹ loco materię. Et ex hoc bene intel Notandũ
ligere poteris frater mi, qũo ſemp viuus compoſui, vna ſolummodo eſt ſubſtãtialis forma: vt alias notaui tibi in Theorematibus. & ex iſto fundamento mirabiles qõnes ſoluuntur ĩ ſcia naturali. Et pondera & obliuioni non tradas hoc.

Animã afferentes terreri p humorẽ melancum nigrũ, ſicut terret hõ in obſcuro, dicũt in hoc verba cãtionũ: qa aliqua leſio nõ aduenit aĩę in obſcuro niſi priuatio ſenſati ſenſui viſibili: quia nõ videt aĩa ĩ corpore, vt poſſit dici, quia ſentiat terrorẽ nigredinis. Et magis fedũ eſt dicere vt videat extra, quia aĩa nõ eſt ĩtra, nec extra. 3. Collig. c. 40. qđ eſt de accñtibus triũ virtutũ.

Animæ habitus ſequuntur corporis complexionem. ſupra.

Animæ affectiones maiorẽ affinitatẽ hñt cũ corpore q̃ ſẽſationes. Dicit. n. Them. 1. de Aĩa. neq; n. cor „
pus tãq̃ inſtrm machinamentũq; „
affectionũ: ẽ qualia sũt ſenſibiliũ „
viriũ ſua organa, & in termunia ſẽ „
tiẽdi. ſed maior q̃dã affinitas ẽ corpori cũ pturbationib⁹ aĩ, q̃ ſẽſib⁹ cũ inſtrĩs. Et reddit cãm. hęc. n. ſi laceſſita, pauloq; affecta fuerit, minus ſẽtiẽdi legitimũ obrũpunt & ĩpediũt: corpis aũt mala ꝓmixtio

non

non impedit affectiones, sed promouet potius atque exhaurit. Et hoc nota animam magis esse abstractam in sentiendo quã in appetendo: & virtutes concupiscibiles sunt magis immersæ materię quã virtutes cognitiuæ.

Animę essentiam non constitui per modum. probatur 1. de Anima. t. cõ. 43. & 44. & vide ibi Themi.

Anima, cœlesti quadã natura particeps est. nam apud Platonem vehiculum illud rarum ac splendidũ nihil aliud quã ingenium è quo animus cõstet ostendit. Apud Ari. quoq; naturam quandam aię tributam inuenias, quæ quinto corpori proportione respondeat. quã & ad omnes animalium animas pertinere censuit. Them. 1. de Ani. c. 20. Vbi aduerte Platonem triplex animę vehiculum dedisse, vt refert Proculus in Thimęo, & etiã Simplicius in 1. de aĩa, videlicet sensibile, phantasticũ, & ęthereũ. Aristo. autem opinionem require in 2. de Gene. Animal. ca. 3. vbi inquit. Inest enim in semine omniũ
„ quod facit vt secũda sint semina.
„ videlicet quod calor vocatur, idq;
„ non ignis, non talis facultas aliq̃ est, sed spiritus qui in semine, spumoso q; corpore continetur, & natura quo in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum. Et aduerte ꝙ talis natura, quæ est in spiritu gignitiuo incluso in semine, est virtus informatiua, quę est a decidente semen & a sole. ingenitis vero ex materia putri, talis virtus est a sole tãtum: vt. d. Auer. in 12. Meta. cõ. 13. in calce commenti.

Animam magnitudinem aut corpꝰ eẽ, impugnatur. 1. de anima. tex. com. 47. contra Timæum. & vide ibi lucidissimum Themi.

Animam non esse armoniam corporis destruitur varijs rationibus ab Aristo. & Platone. Themi. 1. de anima. te. cõ. 54. & infra. Et est in Themi. ca. 23. vbi multas ratiões adducit, q̃ non addunt ibi ab Ari.

Animę diffinitio data ab Arist. nõ fuit data pro anima illa vnica singulari, quæ tam longe abest a corpore, sed ad perfectionem iũctam. quę organicis corporibus, ab illa sua singulis corporibus tribuitur. Them. 1. de aĩa. cap. 24. vbi tenet dari animam mundi, à qua proueniunt animæ singularium animalium. quã (vt asserit) manifestant animalia sponte nascentia ex materia putri. Vide tñ impugnationem ab Auer. 7. Met. cõ. 31. & 12. Met. commen. 15. & 18.

Anima quæ vitam vegetabilem prę stat, & quæ iracundiam & cupiditates continet, nõ ꝓt intelligi quarõne seorsum a corpore maneat. nam ea quæ princeps est, & quæ intellectus vocatur, forte potest abiuncta defendi, quę vim intelligẽdi animæ injcjat & infiuat. Attre liquas naturas inherere & quodã modo intexi corporibũs necesse ẽ, si prę stare vires & actiones suas debet. Them. 1. de Aĩa, ca. 24. Nota qũo potest in via Peripateticorum tueri per principium separatum hominem intelligere, qd tamẽ apud multos latinorum ne dũ difficile: sed impossibile visum ẽ.

Anima non irascitur neq; gaudet, sed animalia. 1. de Aĩa. text. com. 63. Vbi aduerte ꝙ Themi. inqt. ꝙ anima ita se habet in hoc, sicut

gladius

gladius qui icidit per aciē,& ſphera voluitur per figuram, non tamen incidit acies,nec figura voluitur.ita homo iraſcitur per animā, non tamen anima hominis iraſcitur.Et ibi vide pulchram differentiam inter animam & accidentia, quia (vt inquit) globus neq; ſeipſum quærit,neq; ſimul diuerſis cō uerſionib⁹ agi pōt. gladius quoq; neq; per ſe incidit,neq; multas ſimul ac varias cęſuras exercet: & anima ipſa eſt fons motus,ipſa præbet initium,ipſa ꝓcurat,ipſa ſe de motu vno ad alium refert, ipſa p ſe hanc tranſitionem facit non in tempore, ſed momento: vt viſio a candidis ad nigra, ab his ad rubida, a quibus ad viridia confertur. Eſt etiam alia differentia quam Themiſtius vt notā omiſit, quia anima facit hoc aliquid, ſed accidentia quale ſolum.

Anima videt ſolo motu locali mouere animal. 1.de Aīa.t.cō.83.qđ ſm Auer.eſt ex opinione antiquorum, ſm Themi. vero intelligitur etiam ſm Ariſt. nam ſolius mot⁹ localis anima videt ee dux & princeps, nam in cæteris motibus tuta ratio non trāsfertur ad animam. nam exteriora ad hoc ſuū habent momentum,ad ſenſum ſenſibilia, ad nutritionē auctionēq; alimēta.

Anima ē vna ſubiecto,quæ ſe tamē multis viribus ſpargit:ſicut pomū quod ſubiecto vinum eſt,varias tamen & diuerſas obtinet qualitates. 1. de Anima Themi. & Auer. tex. commen.92.

Animam intellectiuam cum Plato & Ariſt. vidiſſent vim quandam immortalem habere, cęteras vero caducas atq; mortales:alter in prima hominis ꝓſtitutiōe rōnabilē, ideſt mentis optimam portionem in propriū habitaculū condidit. Alteri extrinſeco accedere viſa ē. Themi.1. de Aīa 39. quod ideodicit,quia Plato in Timæo collocauit partem intellectualem in cerebro, appetitiuam vero in corde, iraſcibilē in iecore. Ariſto. vero in 2 de Generatio. Aīalium,mentem de foris accedere opinatus eſt,quę nullius organi corporei actus eſt.

Animā non habere partes in diuerſis membris exiſtentes impugnat contra Platonem in 1. de Anima a tex.c.90.vſq; ad finem primi lib.

Anima cognoſcimus aīal & cadauer, vtpote per quā & adſit & abſit animantibus vita. Themi.2.de Anima.ca.3. Rectum enim vt dicit. 1.de Aīa, ē iudex ſui & obliq.

Anima, neq; cadaueris, neq; ſeminis ꝓfectio eſt alterū,quia deſiit viuere,alterum vero quia nondum in vitam promotum eſt Item alterum nō pōt amplius vitam habere: alterū pōt quidem,ſed nōdum habet: pōt vero quia fieri organū poteſt, & vitam accipere. Themi. 2.de Anima.ca.6 T.cō.5.

Anima,vtraq; perfectione deſcribitur, ſed prima diffuſius. Themi. 2.de Anima.ca.6.

Anima eſt forma formarū: nec propterea omnia eſſe dī quia formas omnium cognitione cōplectitur: ſed etiam ꝓpea ꝙ materiæ formas exhiber, & vult⁹ imponit. Ipſa.n. eſt anima quæ materiā rudem, ſignificatione & impreſſione formarum inſignit. Nā & viuacitas omnis & vigor qui plurimus in materia cernitur,ab anima videtur ortum habere, atque hoc in aīalib⁹ Cap.5.

quidem

quidē conſpicuum incontrouerſumq; eſt: ſed in plantis & elementis obſcuris. Themi. 3. de Anima. cap. 52. hāc authoritatem allegat Commenta 7. Meta. comm. 31. Et conſidera ꝙ poſitio Auicen. ponētis colchodeam, ſeu datricem formarum, hinc ſumpſit originem.

Animæ diuiſio ſecūdum Platonem erat ſecundum partes, locis & ītercapedinibus differentes. ſed ſecundum Ariſt. eſt per poteſtates, ſola diffinitione & ratione diſtantes, vt eſt diuiſio pomi in cādorem, odorem, & dulcorem, Themiſtij ſentētia in. 3. de Anima cap. 56. & idem habet ipſe in 1. de Anima. cap. 3. idem Commentator. 1. de Anima. commento. 89.

Anima de qua agit Ariſtot. in libris de Anima, eſt quæcunq; verſatur in corpore, quod generatur & interit. Alexan. in principio enarrationis de anima. Hinc patet error

T.cō. 5. eorum qui volunt diffinitionem datam de anima competere intelligentiæ mouenti orbem. Vide etiā contra iſtam opinionem iſtorum Them. in 1. de Anima. cap. 10. cōtra illos qui volebant animæ diffinitionem competere animæ mundi. Item nota ex Themiſtio ex. 2. de Anima. ca. 5. vbi vult corpus organicum poſitum in diffinitione animæ eē corpus quod generatur & interit, cui ad vitam cibi præſi-

Cap. 5. dio ſit opus. Idem notat Simplicius ibi & Ammonius & omnes qui ſapiunt. Idem expreſſe notat Alexā. ibidem in illo capite vbi agit quot & quæ ſint animæ. vbi vult talem animę diffinitionem ſolis animabus quæ generantur & corrumpūtur competere & ibi expreſſe dicit Alex. ꝙ anima deorū ſi anima dicenda eſt per rationis cognomen anima nuncupari poteſt.

Anima corpus non eſt: ſed aliquid corporis. Ari. 2. de Anima. t. c. 26. Vbi aduerte ꝙ cum pluribus modis aliquid eē in alio dicatur, vt patet ex 4. Phy. t. c. 23. Anima nullo illorum modorum in corpore dicitur niſi eo modo quo forma eſſe dicit in materia. Et vide ſuper hoc Alex. pulchre ī ſua paraph. de Anima. cap. 3. vbi probat animam eē formam corporis. Et ibi nota quia Ariſto ipſam in 2 de aīa enthelechiā appellat eo: qa, vt inquit, eī⁹ cauſa ſit vt ea res cuius eſt in fine ac perfectione conſiſtat.

Anima non eſt actus corporis, ſicut nauta nauis. Ale. in paraphra. de Anima. ca. 5. vbi probat ꝙ nullū ex ſimplicibus corporibus ſit anima. cogita de anima intellectiua ſecundum viam Auer. & Themi.

Animam Stoici ſpūm quendam ex igne & aere compoſitum faciunt. Itēq; Epicurei, qui ex quibuſdam corporibus inter ſe differentibus animam cōpoſitam faciunt. Ale. in paraphra. de Anima c. 7.

Animę ptātes plures eſſe & finitas. Vide ꝓ hoc Alex. pulchre in ſua paraph. de Aīa. c. 8. vbi agit de partibus animæ. Et ibi nota rōnes contra illos qui aſſerunt aīam ſm quamlibet poteſtatem eſſe in qualibet parte corporis: licet non operetur in qualibet pp organi defectum. Quam opinionem nititur defendere Ioā. Gādauenſis. q. 7. in 2. de Anima & male.

Cōtra opīnionē Io. del Gandauo.

Anima animalium non eſt ſimiliū partium, ſicut aīa ſtirpiū. Ale. ſupra ca. 10. vbi reddit cām pp quid

partes

partes plantarum deciſæ viuunt: non autem animalium.

Animæ poteſtates diximus vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſm locum, cogitatiuū. Ariſt. in 2. de Anima. tex. com. 27

Vbi aduerte q̄, textus græcus habent dianoiticon, vbi cōiter interpretes tranſtulerunt intellectiuū, ſed vere cogitatiuum dicitur, nam diania eſt in parte ſenſitiua, vt notat Simplicius in 2. de anima. in expoſitione tex. 29. vbi philoſophus dicit quod, quibuſdam autē ineſt cogitatiuū & intellectus. vn de aīaduerte q̄ inter potentias aīę quę ſimul ſunt in eadem eſſentia coniunctę, intellectus particularis qui dī paſſiuus 3. de aīa, coniungitur in hoīe cū alijs potentijs minus perfectis. quia in mortalibus vbi inuenitur potētia perfecta, ibi etiam inuenitur imperfecta. ſed intellectus per quem homo vl'iter diſcurrit eſt abſtractus & deforis accedit: & iſte non eſt de potentijs illius aīę, a qua emanant alię potentię, quare ille vī eſſe aliud genus aīæ, & hoc ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuum a corruptibili. Vnde etiam in 2. de anima tex. com. 18. anima his videtur eſſe determinata ſeu definita, vegetatiuo ſenſitiuo, dianoitico, & motu, vbi per dianoiticum intelligit cogitationem. inquit enim lucidiſſimus Themi. in commen. ſuper libro de Memoria & Reminiſcentia. lib. 2. ca. 14. dianoca nihil aliud eſt quā cum imaginatione actio intellectꝰ coniuncta. Vnde nota bñ hoc: quia multi sūt grauiter decepti in hoc. & Petrus ille Pomponaciꝰ eſt vnus de illis, in libro ſuo d̄ animę mortalitate. Et hoc notat Cōmē. in 2. de anima. commen. 20. & 21. qui vult Ariſ. ſoluere illas duas qō nes, quarum vna fuit, vtrum potētiæ aīæ ſint diuiſæ ſm magnitudinem. ſecunda autem erat, vtrum omnes ſint aīa aut partes & potentiæ aīæ. Et ſoluta prima in tex. cō. 20. ſecunda ſoluitur in 21. & 22. Nam de intellectu & perſpectiua potentia Ariſtot. d. q̄ nihil adhuc manifeſtum eſt, ſed videtur eē aliud genus animæ: & illud ſolum cōtingere ſeparari ſicut perpetuū a corruptibili. Et ibi notat Cōmē. q̄ intellectus ſm Ariſt. per quem homo ſpeculatur & cogitat, non ē anima nec potētia animę, reliquę autem virtutes aīæ manifeſtū eſt q̄ ſunt potentiæ animæ & inſeparabiles. Idem habet infra tex. cō. 32. vbi Ariſt. d. enumeratis oībus virtutibus animæ, & dixerat q̄ vbi ſunt perfectiores, ſunt ēt imperfectiores in mortalibus, & nō econtra. Tādē excipit a numero potentiarū animæ intellectum ſpeculatiuū inquit enim. De intellectu ſpeculatiuo alia ratio eſt. vbi luciſſimus Themi. notat, mētē qua cogitamus & ſapimus nō inire cō munē rōnem cū alijs virtutibus. neq; enim potentia aut pars animæ eſſe pōt vt cæterę, ſed ſubſtātia quędā, intelligitur longe præclarior, melior, pulchrior, quæ tamen in naturam inferiorē ignobiliorem q; ſe inſerta receptaq; ſit.

Vbi nota contra illos, qui ponūt intellectum eſſe potētiam animę, & de ſecunda ſpecie qualitatis, & nō eſſe ſubſtantiam. Vtrunque. n. ſm peripateticos falſum eſt, quia neq; anima, neq; potentia animę eſt,

Supra in digreſſiōe cōtra Pōponaciū.

est, sed est superior natura quã sit anima, sicut anima est supra naturam, sicut intellectus supra animã, & Deus supra intellectum apud Peripateticos. nec etiã qualitas ẽ, sed substantia. Vnde omnes expositores excepto Alex. & Peripateticis antiquis notant istud.

Anima proprie corpus mouere nõ dicitur. Alex. in paraphra. de Aĩa. in cap. de impulsu & virtute impulsoria. vide in contradictionib.

Animæ principatus ſm omnes sui potestates, in corde est, vel ī ꝓportionali cordi. Aristo. in 3. de Partibus Aĩalium. c. de corde & Alex. diffuse in paraph. de Aĩa cap. vlt.

Animam hominis in pueritiæ tate nihil a beluarum aĩa differre prope dixerim. Aristo in 8. de natura Animalium. cap. 1. Facit pro tenentibus animam hoĩs esse mortalem. Sed tu dic, ꝙ isti non faciũt dr̃iam apud Aristo. inter animam & intellectum. & hoc est maxim⁹ error vt alibi notaui.

Anima sensibilis non est nisi ad qualitates. 3. Colliget. c. 31.

Supra in digressiõe cõtra Põponaciũ.

Animatũ fere equiuoce dr̃ de istis q̃ sunt hic, & de superioribus. 2. Cœli com. 6. & 71

Animatum nobilius est inanimato necessario. 2. Cœli. cõ. 61. & textu.

Animata quædam & sententia nõ mouẽtur localiter, vt spongia maris. 1. de Anima, cõmẽ. 83. & 2. de Anima. com. 16.

Animatorum semper in eo qd̃ consequens est, in potentia est id qd̃ prius est: vt in figuris trigonũ in tetragono. 2. de Anima t. & cõ. 31

Animatum corpus ex aere aut aqua constare impossibile est. 2. de Anima. tex. com. 112. Idẽ. 4. Metheorum. tex. cõ. 26. ꝙ 2. de Generatione tex. com. 50

Animatorum nobilissimum nõ potest inanimatum esse, neq; ẽternũ potest vilius esse corruptibili. auctoritate Alexã. in paraphrasi Meta. Auer. tract. 4. Colli. 3

Animatũ differt ab inanimato sensu & motu. 1. de Anima tex. com. 19. idem 2. de anima. 16. quo ad sensum, & 1. de Anim. 14. quo ad motum.

Animata alterantur alteratione spirituali existẽte in sensibus: & alteratione corporali existente in sensibilibus 7. Phy. com. 11.

Animalia & vegetabilia sunt viliora corporibus cœlestibus 2. Phy. cõ. 46. 2. Cœli. tex. cõm. 50. & 61.

Animal est paruus mundus. 8. Phy. tex. com. 10. idem Galenus 3. de vtili. particu. ca. prope finem.

Animal dicim⁹ ipsum seipsum mouere, quia non videm⁹ ipsum moueri ab aliquo extrinseco. secus autem de rebus inanimatis 8. Physi. tex. commen. 17

Animalia & inanimata, licet vtrũq; indigeat in rei veritate motore extrinseco: tamen est latentius in rebus habentibus animas 8. Physic. commen. 17

Animalia dicuntur mota ex se, inanimata vero non: quia animalia existimantur posse moueri & quiescere ex se, quod non inuenitur in eis, quę mouent naturaliter, supra.

Animal quod mouetur ex se assimilatur toti mundo. supra tex. cõ. 17

Animalia semper habent motũ naturalem intrinsecũ ab anima nutritiua per calorem naturalem, & etiam alterata continente 8. physico. commen. 20

Animal

Animali non accidit appetitus, nisi ex imaginatione. supra. & 2. de Anima. tex. com. 20

Animalis quies in somno, est perfectissima quies quę fit post motum & expergefactio ab eo est perfectissimus motus post quietem perfectam. 8. Phy. com. 20

Animal cum sit motū ex se, est motum naturaliter, quia mouetur p principium intrinsecum, & tale est natura. 8. Physi. tex. com. 17. Ex quo patet ꝙ anima vt est ptĩcipiū intrinsecum respectu motus exiſtētis in animatis, natura dici potest. Ita etiam notat Simpli. authoritate Alexan. in 2. Physico. de diffinitione naturæ.

Alia ētna tura dici potest.

Animalis proprium est & animatorum ipsa a seipsis moueri, & facere stare posse ipsa secundū seipsa. 8. Physi. tex. com. 29. Idem ibidē. tex. commen. 17

Animal mouetur motu processiuo cum phantasia & appetitu. 3. de Anima. tex. com. 44

Animalia multa immobilia sunt. 3. de Anima. tex. com. 45.

Animalia non indigēt in principio sui motus causa extrinseca, sicut inanimata, supra.

Animal corruptibile non continue mouetur ex se, quia corpus ei⁹ mouetur ab extrinseco. 8. Physic. tex. commen. 20. & 51

Animal generabile quandoq; mouatur per partem instrumenti, & quandoq; per totum instrumentum. verbi gratia, quādoq; mouetur per partem caloris naturalis, & quandoq; per totum, & dum mouetur per totum mouet per duas potentias. 2. cœli. cō. 36

Animaliū omnes impotentiæ præter naturam sunt: vt senectus & decrementum, supra tex. cō. 37

Animalib⁹ quę sunt hic accidit trāsmutatio & corruptio propter duo, tum quia sunt cōposita ex elementis contrarijs: tum quia elementa ex quibus constant nō sunt in suis locis proprijs. Vnde pp contrarietatem transmutantur adinuicem. & quia non sunt in suis locis appetunt separationē, & reuerti ad sua loca naturalia. 2. Cœli. cō. 37. & habetur ex tex. Ex quo patet quantum deuiauerit Tho. de Garbo in summa sua a veritate, qui tenet ꝙ si humanum substantificum posset ęque perfectum reparari, ꝙ possent vnà homines perpetuari, Paralogizat enim per fallaciā cōsequētis: nam sunt alię causæ mortis naturalis, vltra illā. Elementa enim exiſtētia in aīali natural⁹ appetūt separationem, & reuerti ad sua loca naturalia: & ille appetit⁹ frustra ri non pōt, cum sit a natura. Deus aūt & natura nihil frustra faciūt. Oporteret igit⁹ ꝙ qñq; ad actū reducatur: dissolutio autem illa & separatio necessario inferret corruptionē ipsi cōposito, vt manifestū ē. Aīalium gñabiliū motus variari potest in velocitate & tarditate, ex sola apprehēsione, qa mouet ab extrinsecis: aīal aūt cœleste hoc ñ patitur, quia extra ipsum nihil ē qđ moueat ipsum 2. Cœli. cō. 37

Contra Th de garbo.

Animal cęleste semper habet imaginationem in actu: sed animal corruptibile quandoq; in potentia, & quandoq; in actu. supra.

Animalium progressiuus motus in medio intenditur. 2. Cœli. 35

Animal legatum, & animal diuinū non ligatum non dūr vnum nisi

equino-

equiuoce, sicut etiam nõ dñt vnũ motum nisi equiuoce 2. Cœli.cõ. 71. Consimile supra cõmen. 60. & ibi moderatꝰ loquitur, quia d. ꝙ dicuntur fere equiuoce.

Animalia, quę non inueniuntur in tota habitatiõe terrę nisi ī aliquo loco, propria sunt illis locis. Et cã in hoc est conuenientia illorum locorum in complexione cõuenienti illis animalibus, & hoc dat vt ñ sint valde remota adinuicem. naturæ. n. remotorum locorum sunt diuersæ. 2. Cœli. tex. com. 111

Animalia sunt nobilissima corporũ generabilium & corruptibilium, & anima ẽ nobilior omnibus, quę sunt in animalibus. 1. de Aīa. cõ. 2

Animal vſe, aut nihil est, aut posterius est. 1. de Anima tex comm. 8. quomodo sit intelligendum, vide pulchre Alexand. in libro naturalium quæstionum.

Animal quodlibet dicit viuere dũ nutritur. 2. de Anima. t. c. 14

Animal nõ potest esse sine sensu. 2. de Anima. tex. cõm. 15. idem. 3. de Aīa. tex. cõ. 60. & 2. Cœli 61 & 12. Metaph. 36. intelligitur de animali generabili.

Animal est per sensum primum. 2. de Anima. tex. c. 16. Intelligitur in mortalibus. huius autem signũ est spongia maris quæ dicitur animal, & tamen nõ hẽt nisi sensum tactus, & nõ mouetur, & multa ex habentibus testam dicuntur animalia, & non solum viua, quæ tamen non mouentur.

Animalis anulosi quęlibet pars habet naturam sensibilem, imaginatiuam, & desideratiuam & motiuã ſm locũ. 2. de Anima. t. com. 20.

Animalia diminuta nõ habent imaginatiuam in absentia sensatorũ, sicut animalia perfecta. supra. commento 20

Animalium quędam habent quinque sensus, quædam habent quosdam, vt talpa, & quędam habent vnum. s. tactum, vt spongia maris. 2. de Anima. com. 23

Animal inuenit quod nutritur ex rebus carentibus sapore, & nutrit a suis radicibus sicut planta: vt est spongia maris, supra cõ. 31.

Animal quodlibet habens os, habet aliquem gustum. ibidem

Animalium complementum & finis eorum qui intendebatur in generatione, quem cum natura potuit pertingere stetit: est modus animalium, habens virtutem cogitatiuam, idest intelligibilem. Ex. 2 de Anima. commento 32. ex quo patet hominem finem esse omniũ generabilium.

Animalia carentia sanguine non habent vocem, ex habentibus autem sanguinem, pisces. 2. de Anima. te. commento. 87

Animalia excedunt nos, non in cõprehendendo differẽtias odorum, sed in comprehendendo eas a remoto spatio. 2. de Anima. comm. 92. Idem Aristot. 5. de Generatione Animalium. cap. 2. vide etiam pro hoc in fine libri de Sensu & Sensato.

Aīal quodlibet quod est innatũ eẽ ī aere aut aqua, non sentit aliq̃ qualitatem caliditatis aut frigiditatis in eis, si fuerit in simplicitate quã dicunt habere: quia est locus eius naturalis: & locus est similis locato & sensibile debet esse contrariũ ante passionem. 2. de Anima commento 115

Animal

Animal non sentit calorem aut frigus in aere aut in aqua, nisi quando cum eis admiscentur corpora calida aut frigida, quæ sunt extranea ab aere & aqua naturali ibid.

Aialia quæ generant sibi similia, p fecta sunt 3. de Aïa. tex. com. 45.

Animalis corpus simplex esse non potest 3. de Anima. tex com. 66

Animalia solo tactu priuata necessario moriuntur. ibidem.

Animal non est necessarium habere alium sensum a tactu 3. de anima tex. com. 67

Animal habet alios sensus tactu, ñ pp esse, sed propter bene esse 3. de anima. tex. com. vltimi.

Animal per virtutem quã Auicẽna vocauit existimationẽ fugit naturaliter nociua, licet nunquã senserit ipsa. Ex commento libri de Memoria & reminiscentia.

Animalia & vegetabilia longe vitę, hẽnt plus de calore quã de frigore & plus de humido q̃ de sicco. & ideo animalia & vegetabilia ī quibus dominatur caliditas & humiditas, & similiter virtutes actiuæ, sunt longę vitę. Ex libro de causa longit. & breui. vitæ.

Animalia marina sunt longioris vitæ quam agrestia. ibidem.

Animal dictum de animali cœlesti & corruptibili, non dicitur ęqui uoce, sed ſm prius & posterius, & in talib⁹ naturis necesse est vt pri⁹ sit causa posterioris 2. ca. de Substãtia orbis. vide in concordãtijs.

Animal non fit in ipsa digestione, sicut quidam aiunt, sed in segregatione putrefacta in inferiori vẽtre deinde ascẽdit sursum. 4. Metheororum. tex com. 28

Animalia solum ī terra & in aqua sunt: in aere autem & igne sunt quia corporum materia hęc supra tex. commen. 19.

Animalia habẽtia memoriam sunt prudentia: & sunt disciplinabiliora non potentibus memorari. Ex prohemio Meta.

Animalia prudentia, sine adiscere sunt quęcunque sonos audire nõ possunt. ibidem.

Animalia non habentia inuolucra in intestinis, sunt voracia, & insatiabilia, & omnino cibo dedita, sicut plãtę. Gal. 4. de vtili. parti. ca. 17. auctoritate Platonis & Arist.

Animalis partes qñ anima separatur equiuoce dicuntur 7. Met. tex. com. 35. 37. & 39. & primo de par. animaliam. cap. 1. & in fine quarti Meteororum.

Animalia quędam diuisa viuũt: sed tamen potentia omnia erunt quãdo fuerit vnum & continuum natura, sed nõ vi, aut copulatione. 7. Meta. tex. cõ. 36. & in commento redditur causa. vide etiam in 2. de Anima. com. 10. & tex.

Animal primo significat formam, & secundo congregatum. 8. Met. tex. commen. 7

Animalia non vident vt visum habeant: sed vt videant visum habẽt. 9. Meta. tex. cõ. 15. ibi enim dicitur q̃ potẽtia est propter actum & non econtra.

Animalia genita ex putrefactione, generãtur ex corporibus orbium & ipsa corpora dant eis vitã, quia viua sunt ex dispu. 9. in solu. & 2. dub. idem. 12. Meta. cũ. 13. & 18.

Animal nõ sanguineum diuiditur in quatuor genera manifesta, in crustata, testata, insecta, et mollia. ex primo de par. aïaliũ. ca. 3. & 4.

Animal

Animal secundum totum, & non secundum partes animal est. Cõmẽ. in 2. de Partibus. cap. de carne.

Animalium actiones qñq; fiũt per membra superaddita, vel melioris notæ gratia: vel ex necessitate contingente ipsis ex aliquo accidente superueniente. ex 2. de partibus. cap. de carne.

Animalia quę non sunt vtrinq; dẽtata, & cornua habent, seuum plurimum habent. 2. de partib. ca. 5.

Animalia vtrinq; dẽtata & cornua habentia, vice seui, adipem habent. ibidem.

Anĩmalia testata, testã habent propter duas, supra cap. 8

Animalia insecta habent naturam corporis mediam inter carnem & neruum, supra.

Animalia quędam exanguia, vt apes, & formicę, prudentiora sunt quibusdam sanguine prædítis. Et vide causam in 2. de parti. ca. 4

Animalia exanguia tumidiora sũt sanguineis, supra.

Animalia magni incremẽti sũt minus fœcunda, parua fęcundissima sunt. 1. de Gene. animal. ca. 18

Animalia sanguine carentia, neq; venam, neq; pulmonem, neq; vesicam, neq; renes, neq; epar habẽt. & hoc indicat ipsa nutriti cordat que sentire. Est tamen in istis animalibus membrum cordi proportionatum, in quo sensus fũdatur. Auer. in 4. de parti. cap. de molli, crustaceo, testato, & generĩ insectorum. & elicitur ex sententia Arist. ibidem. cap. 5. in principio.

Animalia quædã sunt media inter plantas & perfecta animalia, scilicet sanguine prædita ibidem. Et nota quòd ista a grœcis zoophita appellantur. Et nota secũdũ Themi. in 2. de Anima. in expositione tex. 113. quòd ista animalia zoophita, quædam habent tactum tãtum, quædam etiam gustum: quędam etiam habẽt olfatũ. Sed Simplicius in eodem loco videtur dicere oppositum, videlicet q̃ zoophita nullũ habẽt alium sensum præter tactum. Dic q̃ Themi. largius intellexit, vt comparatio fiat inter plantas & animalia habentia omnes quĩq; sensus, omnia talia zoophita dicuntur, sic alia, sed Simplicius strictius.

Animalia insecta plures pedes hñt & priores maiores habent posterioribus. Vide causam in 4. de partibus. cap. 6. de insectis.

Animalia omnia sanguine prędita, excepto homine, formam gerunt pomilionis. est autem pomilio cuius pars superior magna est, inferior vero parua quæ pondus sustinet, motumq; exercet. ex 4. de partibus. c. 9. Et ibidem ea de causa dicitur animali dementiora esse homine, & inter homines pueri viris, & inter viros, pomiliones mente deficiunt.

Animalia ouipara mammis carẽt, quia non habent lac. mãma enim lactis coniectaculum est, & tãquã vas lactis est. In ouo autem lacte⁹ ille humor ingenitus continetur ex 4. de partib. ca. 10

Animalia quędam sũt, vt aquatilia & terrestria: & quædam cũ volucribus & pedestribus cõicant ex 4. de partib. ca. 11. prope finem.

Aĩalia sanguinea non pñt moueri pluribus pedib⁹ quã quatuor. Ista enim est proprietas aĩalis exãguis supra. & Auer. ibid ca. de piscib⁹.

Animalium partes reſpectu totius vt materia, ſunt partes diſſimilares, diſſimilarium verò ſimilares, ſimilarium verò vocata elemẽta. ex 1.de Gener.anim.cap.1. Conſimile. in 2.de partib. cap.1.

Animalium quędam ex coitu maris & fœminę procreantur, quædam vero ex putri materia, atque excrementis. ſupra.

Animalia ex putri materia genita, generant quid diuerſum, qđ non eſt mas neq; fœmina, ſupra.

Aĩalium ſanguine carentium ſunt quatuor genera. ſ. cruſtatũ, molle, inſectum, & teſtatũ. Auer. 1.de Gener.anim. exanguium.

Animalia tanquam plantæ diuiſa ſunt & dum coeunt ſicut plantæ euadunt. fiunt.n. vt vnũ animal. in plantis enim mas a fœmina diuiſa non ſunt. Ariſt. in 1.de gene. anim. cap. vlt. in fine.

Animalium, alia perficiũt partum forasq; mittunt ſibi ſimile: alia vero nondum explanatum ſuamq; formam adeptum pariunt, quorum ſanguinea ouum pariunt: anguia vero vermem. ex 2.de genera.anim.cap.1.

Animal eſt pars animę ſenſualis. 2. de gener.animalium.c.3. & in 2. de anima. tex.com.17.

Animalia quæ non ex coitu generantur, non generant neq; marẽ, neq; fœminam. ex 2.de gener.animalium.c.4.cõtra latinos, in opinione ſua de genitis ex putredine, vbi iniuſte Auerr. reprehendunt. Idem etiam habetur. 1.de Gener. anim.ca.1.

Animalia quæ nõ vnigena coeũt, quod ea faciunt quorum tempus par, & vteri geſtatio proxima, & corporis magno nõ multo diſcrepãs: hęc primos partus ſimiles ſibi edunt cõmuni generis vtriuſque: quales ex vulpe & cane generantur, aut ex pdice & gallinaceo. ſed tempore procedẽte diuerſi ex diuerſis ꝓueniũt, demum forma fœminæ inſtituti euadunt. Ariſt. in 2.de gener.anim.cap.4. Idem repetit & clarius in cap. ſequen. videlicet cap.5. vbi reddit cauſam quare in prouerbio eſt. Africã ſemper aliquid noui afferre.

Animalium quartum genus nõ in iis locis quærendum eſt, quãquã aliquid eſſe exigit ordine ignis, id enim quartum corpus enumeraſ. Verum ignis ſemp formam non propriam habere videtur, ſed in alio corpore. aut enim aer, aut fumus, aut terra eſſe videt qđ ignitum eſt: ſed genus hoc apud lunam quærendum eſt. hoc.n. quartam illam diſtantiam adipiſci videtur. ſed de his aliàs Ariſt. ſentẽtia in 3.de gener.anim. cap. 11.

Vbi animaduerte, vt dicit Ioan. Philoponus in iſto loco Ariſt. dicit hoc ex intẽtione Platonis, qui poſuit in æthere animalia ignea, rationalia, multũ diuturna, quæ tandem morti ſunt obnoxia. ſed Ariſt. nõ aſſentit ei. Iſtud etiã genus aĩalium videtur innuiſſe Ariſto. in 2.de anima. t.cõ.29. vbi dicit quibuſdam autem cogitatiuam, & intellectum, vt hominib⁹, & ſi quid aliud genus aĩalium eſt melius & honorabilius, vt notat ibi Ammonius & Simpl. in vna expoſitionum, quia tres ponit. Et hoc notat etiam dominus Alber. philoſophum illud dixiſſe ꝓpter opinionem Platonis, nõ ꝙ illa ſit

Ariſt.

Arist. opinio. Nam Arist. in fine tertij de anima. demonstrat non posse dari animal ex elemẽto simplici constitutum.

Animalia testata sponte nascuntur, 3. de generatione animalium. c. vltimo in fine.

Animal nullum in loco ignis existẽtis in ꝓcauo lunę generari potest, & vide causam, in 3. de gener. animalium cap. de generatione apũ. ab Auer. prope finem. Arist. enim illud dicit alibi esse declaratum.

Animalia multa testibus carẽtia generant mares & feminas, velut ea quæ carent pedibus, vt piscium genus atque serpentum. Arist. in 4. de gene. animal. ca. 1

Animalium quædam superfœtant, quædã vero nequaquã. supra. c. 5

Animalibus omnibus partus fit ꝓnis caput conuersis. Et vide causam 4 de genera. anim. ca 9

Animalium alia vnicolora, alia versicolora, alia toticolora sunt. 5. d genera. anim. ca. 6

Animalium diuisiones diuersas, tequire. 1. de histo. anima. ca. 1

Animalia insecta illa appellant quorum corpus incisuris prẽcingitur, aut parte tantum supina, aut etiã prona. Aristo. 1. de histo. aãal. c. 1. & in. 4. lib. etiam. ca. 1

Animalia vno initu plura concipere possunt. Et vide causam. in 4. d generatione animalium. c. 4. vbi impugnatur opinio antiquorum asserentiũ hoc prouenire ex multitudine locorum & acceptabulorum, & ẽ opinio quam multi vulgares philosophi & medici tenent hodiernis temporibus.

Animalia habentia partem qua excrementum humidum emittitur, habent etiam illam per quã emittitur excrementum siccũ. sed non omnia quę hoc habẽt, illud habere dicimus. 1 de hist. animalium. capi. 2. Vnde quęcunq; animalia habẽtia vesiccam habent aluum, sed non econtra.

Animalia quęcunq; ambulant, pedes pari numero possident. 1. de histo anim. cap. 5.

Animal effemerũ, quod a vita die vno describenda ita appellatũ est, pedibus quatuor pẽnisque totidẽ mouetur, supra. Vide etiam d hoc in. 5. de natura animalium. c. 19. in fine. Inde forte medici, gen° febris effimeram nuncupauerunt.

Animalibus testa operiis deest discrimen saxus. Arist. in 4. de natura animalium. ca vlti.

Animalia cum stirpibus commune habent vt alia ex semine alia sponte nascantur. 5. de natura animal. c. 1. Et 1. de generatione animalium cap 1.

Animalia spõte nata, si sexus discrimẽ maris & fœminæ obtinent, ijs coeuntibus gignitur quidem aliquid, sed ex quo nihil amplius gigni possit. ibidem.

Animalibus qui ex vermibus ꝓueniunt, & omnibus vermibus commune est vt primordium generationis, aut a sole, aut a spiritu præstetur. Aristote. in 5. d natura animalium. c. 19. Idem Auer. 12. Metaph. com. 18

Animalia quędã nascuntur in ijs ẽt quę nullam putredinem recipere posse existimantur, vt in niue vetustiore & in igne. Aristo. sententia. in 5. de historia animalium, cap. 19. Et considera bene quæ notauerim in contradictionibus nu-

per editis.

Animalibus omnibus cõmune est, vt cupidine voluptatęq; rei venereæ maxime gestiant incitenturq; 6. de animalium c. 18

Animalia imbecillioravtrauis rõne prius discedunt. s. vel propter ęstus vel propter frigus: nam scombri priusquam tunni, coturnices ante quàm grues. alteranim Augusto altera Septembri mẽse incipiunt, 8. de natura animalium. ca. 12

Animalia habere quandã vim naturalem in quauis animi affectione videntur. hoc est prudentia, stultitia, fortitudine, ignauia, clemẽtia, acerbitate, & reliquis habitibus generis eiusdem. 9. de natura animalium. cap. 1.

Animalia alia ab homine. quę. s. auditu non carent, non modo strepẽdi, verumetiam significandi differentias possunt dignoscere, supra.

Animalia multa vt spõgia marina & multa alia bruta, non videntur indigere cerebro & neruo magno descendente a cerebro, & propterea talia incisa viuũt. 2. Coll. c. 11.

Animalium corpora calidiora sunt terrę nascentibus: & propterea nõ inuenitur in terrę nascentibus calor in actu. 5. Colliget. c. 24. Vide in contradictionibus.

Animalium complexiones diuersifi cantur in vna specie propter passiua, & propter aquã. supra. ca. 30

Animalia sanguinea sunt calida & humida, sed exãguia sunt frigida & sicca. supra.

Animalia ouatilia sũt calida & humida. & q̃n frigida & sicca. supra.

Animalia quæ nascuntur in aqua, sunt frigida & humida. supra.

Animalia volatilia sũt magis aerea ambulatinis. supra.

Animalia anhelantia sunt calida, non anhelantia frigida.

Animal si quod ex aere solo constaret, quamuis visus abauditu abeo non distaret, propterea quòd toto se & videret & audiret: argumẽto tamen sensilium negari non posset duos esse sensus. Themistius. 2. de Anima cap. 39. Inde elice ex mente Peripateticorum, non esse necessarium semper diuersorum sensuum diuersa esse organa secũdum rem: nã, vt ibidem dicit Themistius in eadem parte linguę est tactus & gustus.

Animalia cætera præter hominem delectari & contristari vel dolere possunt: quod genus non nisi præsentibus & instantibus rebus contingit, quæ voluptatis & quæ doloris inuehunt sensum: non autem possunt confidere, timere, & sperare. Nam audacia mentis, & spes statim ostendunt se rationalis animæ ditioni subesse: quia futurum & consequens tempus videtur respicere, quod bruta non possunt. Themi. 3. de Anima. c. 38.

Animal depictum, & animal est & imago: & licet sint eadem subiecto, differunt tamen cognitione, & ratione. Ex libro de Memoria & reminiscentia.

Animal in vtero nutritur vt planta nõ vt animal: nam anima sensualis posterio quadeuenit. Themistius in libro de Somno & Vigilia. cap. 13. Et videtur esse sententia Aristotelis, in 2. de Generatione Animalium. cap. 3. Vide de hoc diffuse Ammonium super 2. de Anima, in expositione textus tertii. vbi dicit naturam gradatim ab inanimato

nimato transire per gradum vegetabilem, qui constituit plãtam, ad gradum medium, qui constituit zoophita, & tandem ad gradũ perfectum, quando vere animalia dicuntur, vnde embriones alligati matricibus cum nutriãtur per vmbilicum & non per os, & moueantur ad motum matricis cum qua sunt alligati, dicuntur esse zoophita. sed quando in lucem veniunt, & possunt propriis instrumentis nutriri & sentire, & præcipue ingredi, tunc vere animalia dicuntur. Vide etiam Alexandrum in paraphrasi de Anima. cap. 10. vbi reddit causam quare a stirpib⁹ abscisæ partes viuunt. vbi dicit quòd animal in vtero non dicitur simpliciter animal, neque simpliciter viuere: quia nutrimentum sumit veluti pars, licet per propriam virtutem fiat nutritio in eo. Idem Alexander in eodem libro in cap. de vi impulsoria dicit. In animalibus a primis generationis exordiis vis altrix inest. alimento enim vtitur iam effectum animal, & in vtero degens viuit. & hac sola potestate vtitur. Sensualis autem anima mox animalibus dum nascuntur innascit. Contractio enim & extensio nõnullarum partium, quibus id quod ī vtero est sæpius vtitur, ex peculiari, & addicto sensu non est: sed velut animati portio, per has affectiones motu agitatur. Et nota quòd, vt notat Philopon⁹ in commento super libro secundo de Generatione Animalium: hoc nõ debet intelligi quòd anima sensitiua quo ad actum sit posterior in fœtu vegetatiua, immo est vna anima secundum essentiam. sed prius apparent opera vegetatiuæ quam sensitiuæ. ita etiam tenet ibi dem Albertus Magnus.

Animalium, quędam habent tactũ tantum, vt spongia marina & vrtica marina, sed non habet gustũ: quia spongia maris nutritur per radices ex rebus carentibus sapore, sicut plantæ. Quædam autem habent vltra tactum gustum, vt aiunt, vt ostrea, & cocleæ: nã videmus talia pasci rebus sapidis, & in istis cernitur membrum simile ori, & ventri proportionale. In quibus autẽ os, aut ori proportionale est in animalibus, necesse est gustum inesse. talia autem olfactu carent. non enim esca talia venãtur, Purpuræ vero, & murices vltra gustum, habent olfatus sensum. nam videmus talia sequi escã, & venantur piscatores talia per escã. non autem habent auditum, quia nihil a sonis patiuntur huiusmodi. Nonnulla vero animalia vltra hos tres sensus habẽt auditus sensum, vt talpa quæ caret visu. Animalia vero perfecta habent vltra istos, visum, qui est perfectissim⁹ sensuum. Vbi cum in potẽtiis animæ, semper perfectior, & posterior inferat priorem, & non econtra: sic omne habens visum habet auditum, & omne habẽs auditum habet olfatum, & omne habens olfatum habet gustum, & omne habens gustum habet tactũ, sed non econtra. Ammonius in 2. de Anima super expositione tex. 31. Et ex hoc scire potes ordinem naturæ. quòd quæ dispersa sunt in imperfectioribus, vnitiue continentur in superioribus, & nobiliori modo. Et hoc est quod ple-

runq; dicit Dionysius in libro de diuinis nominibus.

Animalia habentia vnam potentiã animæ tantum, non proprie animalia, sed animata viuentiaq; nũcupantur. Themistius in secundo de Anima. tex. commento 23. vbi Arist. dicit, quòd quædam habẽt vnam tantũ. Et ita notat Ammonius in illo loco, asserés animal ibi accipi pro animato.

Animalia quædam magis immortalitatem participant, quædam vero minus. Illa enim quorum generatio est continua, magis participant sempiternitate, quæ vero statis temporibus & descriptis, modo cõparent, modo vero penitus abolentur minus. Themist. 2. de Anima. cap. 14. in expositione. textu 34. & 35

Anaxagoras, partes similares, & intellectum diuinum principia statuit. 1. Physico. tex. com. 32. & 33. & Themist. ibidem.

Anaxagoras posuit intellectũ (qui est Deus apud ipsum) segregare elementa quæ erant in mixto. 8. Physicorum, comm. 2. & 3. de Anima. tex. commen. 4

Continens est nobilius contēto, & alterum est quasi priuatio, & alterum quasi forma 4. Phy com. 49.

Continens honorabilius est & finis cōtento & finito. 2. cœ. te. com. 74

Continens est simile formę, & contentum est simile materiæ 4. cœli com. 23. & habetur in te. idem 2. cœ. 74. & sēdo de Generat. 30. idē 4. cœ. tex. com. 35. 37. & 39.

Contentum non semper mouetur ad cōtinens, sed ad cōtinens illud in quo fuerit ī loco naturali. 4 cœli te. com. 22. & cō. 23. in calce cō.

Contentum se habet ad continens sicut materia ad formam: & quēadmodum materia perficitur per formam, ita contentum perficitur per continens 4. Physi. com. 49. & 4. cœli. tex. commen. 35.

Cuntiguatio mathematica dīt a cōtiguatione naturali. 5. Phy. cō. 22.

Cōtinuitas essentialiter impossis est in omni motore primo, quia non est corpus. 8. Physi. comm. 44

Cōtinuatio in naturalibus fit qñ vltima sunt vnum, ablq; hoc q̄ vltimū cōe corrūpat: & hoc pōt cē vel fm imaginationem vel fm esse, 5. Ph. cō. 39. Sed de hoc vide ī cōcor.

Continuatio primo nō inuenit nisi in magnitudine 2. de Generat. t. cō. 61. idem 6. Phy. tex. com. 4.

Continuatio in motu primo est ex moto, non ex forma, aut termino, supra. Vide in concordantijs.

Continuatio cœli cum principio se parato est semper, sed cōtinuatio cū principio .qd est ī nobis nō est semper. Illud. n. qd cōtinuatur de cœlo est ęternum, sed qd cōtinuatur de nobis est generabile & corruptibile. 12. Meta. com. 38.

Continuatio in magnitudine prīo repit, & pp magnitudinē inuenitur in motu, & pp motū reperit ī tpe. 6. Phy. cō. 72. ibid. t. 5. & 39.

Continuatio in motu locali est manifesta p se, quia impose est imaginari aliquā parte eius fieri subito, sed in cęteris motibus est quæstio non parua commenta. 6. Phy. cō. 74. vide 8. Phy. tex. commen. 23.

Cōtinuationis cā in indiuiduis est forma, & ideo forma dicit magis vnum q̄ continuatio, quia forma est cā cōtinuationis. 10. Meta. c. 1.

Continuum est diuisibile in infinitum. 3. Physi. tex. cō primi & 31. & 69. idem 1. cœli. tex. com. 2.

Continuum est in cuius medio est aliqs termin⁹ cōis duab⁹ q̄ti. 3. Ph. c. 1. & ī p̄dicamētis ī c. de q̄tate.

Continuum habet aliqua accidentia propria continuo, & habet alīqua propria numero 4. phy. 108.

Cōtinue mouetur qd nihil aut pauciſſimum deficit rei, sed non tempori 5. Physi. tex. com. 23.

Continua sunt, quorū vltima sunt vnum 5. Physi. tex. comm. 20. & 6. Physi. in principio.

Continua in naturalibus sunt quorū vltima sunt vnum naturaliter. 5.

Cōtinua in mathematicis quorū vltima sūt vnū fm imaginationē. 5.

Cōtinua in artificialibus sunt, quorum vltima sunt vnum fm artificium. Auerr. 5. com. 26.

Cōtinuum est posterius natura tangente, 5. tex. com. 29.

continua

Continua neceſſe eſt vt continuent anteq̃ fiant continua. 6. Phy. cō. 1.

Continuum componentia diuidun tur in vltimum & in hunc vltimū 6 phyſi. tex com. primi.

Continuum nullū ſm ꝙ continuū eſt ipſum ſeipſum mouere poteſt. 8. Ph. t. c. 30. & 1. de Gener. t. c. 78.

Continuum cū ſit diuiſibile in infinitū, ita ſe habet, ꝙ facta diuiſiōe in aliquo pūcto primo, ſtatim deſtruitur poteſtas diuiſionis in alio puncto. 2. 1. de Genera. te cō. 9. vi de cauſam 8. Phyſi. commen. 67.

Continuū eſt quaſi genus corporis. quia continet ſub ſe corpus, lineā, ſuperficiem, locū, & tps cō. 1. cę. cō. 2. Vult dicere ꝙ non eſt verum genus oīum iſtorum vniuocū, qa non vr ꝙ quantitati permanenti, & ſucceſſiuę ſit aliquid ꝓximum genus vniuocū, quia continuitas iſtis nō eadē tōne competit. nam q̃dam ſunt continua & quanta ex iſtis per ſe, quędā vero per accidēs, vt patet 5. Metaph. in ca de quanto, & eſt in tex. comm. 18.

Cōtinuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. 1. cęl. t. commen. 2.

Continui diffinitio & ſi ſupponat a geometra, naturalis, tñ nititr ꝓbare. 1. cęl. 4. idem. 3. Phy. com. 31.

Continui cōſideratio vt eſt in materia, eſt propria naturali, & conſideratio eiuſdē an ſit cōpoſitū ex īdiuiſibilibus, eſt magis ꝓprie ī ſcīa libri de cœlo q̃ in ſcia lib. Phy. 3. cę. c 5. Vide conſimile pro primo dicto in 2. Phy. cō 18. 19 & 20 & 3. Phyſic. 60 & 4. Phyſi. cō. 72. Pro ſecūdo dicto vide conſimile de infinito, cū tractetur in 3. Phyſi. & in 1. cœ. tñ magis proprie in li. cœ. ſicut teſtat cō. 1. cœ. c. 33. & 54.

Continuū conſideratr a mathematico, vt ē ſeparatum a materia. 3. cę comm. 6. & 1. cœ. commen. 1.

Cōtinui diuiſio ē demonſtrata duobus modis ī naturali Philoſophia & ſm cām, & p viā ſimilitudīs. 3. Cę cō. 7. Vbi bene pōdera illā doctrinā, quia multum tibi proficiet ꝓ auſcultatiōe 6. de Phy. auditu.

Continuū vnūqđq; eſt vnū ens im paſſibile. Similiter āt, & nō appropinquātia ſibiipſis neq; alij;, q̃ facere nata ſunt & pati 1. de Gene. t. c. 77 vñ elicit ꝙ agēs & paſū dnt eē diſtīcta loco & ſubo, & dnt eē approximata, ſi dēt actio ꝓuenire.

Contrariū dr cuius motus vn' ſm ſe, & nō poſſe aliter, vnus aūt cuius indiuiſibilis. 4. Meta. tex. com. 8.

Continua ſunt, nō quæ tactu ſunt vnum. ibidem

Continua ſunt, ēt ſi flexurā habeāt ſed adhuc magis cōtinua quæ flexuram non habent. ſupra.

Continuum & vnum, natura, magis eſt, q̃ id qđ arte conſtat, ſupra.

Continuum naturaliter, eſt magis vnum, q̃ illud qđ ē vnū p cōtactū aut ligamētū. 10. Meta. 1. c. primi.

Cōtinuū tortuoſum nō mouet ſm oēs eius ptes motu ęquali, ſicut cōtinuū rectum. 10. Met. t. c. primi.

Continuum & conſequenter differunt. 11 Metaphy. cap. vlti. & in 5. Phyſi. tex. commen. 12.

Contingentia prouenit a materia. ex 2. de Gña. tex. commē. 51. & 7. Metaphy tex. commen. 22 & 53.

Contingentis æqualiter natura eſt natura materiæ, non natura formę. 2. Phyſi. comm. 48.

Contingens vt in pluribus differt a neceſſario in hoc, ꝙ in natura eī eſt vt actio eius impediri poſit in

bus

pauciorib⁹. contra Auic.2.Phyſico.commen.48
Contingere ab eſſe: nihil differt in perpetuis 3.Phy.tex com.32
Contingenti conceſſo nul'ñ inconueniẽs poterit accidere 6.Ph.t.c.9
Contradictionis nihil eſt medium 5.Phyſi.te.com.26.& 4. Meta.te. com.27. idem 1.Poſter.
Contradictio aliquando ſm ſer monẽ,aliqñ ſm rẽ.habetur illa diſtinctio p Auer.6.Phy.com.19.de ratione Zenonis quam aliter ſoluit Philoſophus ī 6.Phy & aſtī 8
Contradictio eſt prīa oppoſitio 10. Metaphy.tex com. 15
Cõtradictoriorũ,ſi alterũ eſt ỹpoſe, reliquũ ẽ neceſſariũ 9 Meta.c.17
Contrarietas qñq; dī de oppoſitis ſm priuationem & habitũ 1. Phy. 2.41.& 43.& 10.Meta com.9
Contrarietas vna in vno genere eſt 1.Ph.t.c.50.& 55.& x.Meta.t.c 15
Contrarietas minus eſt in medijs q̃ in extremis 1.Ph cõ.54.& 5.Phy. com.52.& 3.Phy.com 49
Contrarietas in loco nõ inuenitur in omnibus tranſmutationib⁹, & in quib⁹ inuenit̃ non manifeſte ī uenitur 6.Ph.cõ.92.idem 5. Ph.c. 9.& 8.Ph.c.16.& 61.& 4.cœ.c.33
Contrarietas naturalis in loco non eſt nota per ſe 8. Phy.com.16
Contrarietas exiſtit in locis contrarijs pp diuerſitatem extremorũ in linea recta, & illa eſt prima cauſa eius 8. Phy.com.76
Contrarietas non inuenitur in motibus circularibus niſi ratione diametri. diameter.n.eſt linea recta, & contratietas non inuenitur niſi in duobus extremis lineę rectæ 1. cœ.tex.com. 87.& 28
Cõtrarietas,aut oppoſitio,autq̃ocũq; volueris nominare, eſt ī motoribus cœleſtibus,q̃ eſt inter motorẽ & rem motã tãtũ, & ideo eſt proportio terminata 2. cœ. com. 63 Vide 7.Phy 35
Contrarietas q̃ eſt in forma & qualitate,equiuoce inuenit̃ & in loco qa contraria in qualitate sũt duo in forma,& nõ duoī ſubiecto,ſed contraria in loco ſunt duo in forma & duo in ſubiecto 4. cœ c.38
Contrarietates ſm tactũ ſolũ eſſntũ conſtituunt,hę aũt ſunt calidum, frigidũ,humidum,& ſiccũ,graue, & leue 2.de Generat tex. c.8. & 9
Contrarietas dī duob⁹ modis. actu potentia. 4. Meta.te.c. 20
Contrarietas in rei veritate inuenitur in illis primo q̃ ſunt in loco,& ideo accepta eſt diſtantia in diffinitione eorum cum dī, contraria ſunt q̃ ſub eodẽ genere poſita maxime diſtant 8. Meta.cõ.4. & 10. Metaph.com.13.& in prędicamẽtis. i cap.de quantitate.
Contrarietas eſt differentia quædã 10.Meta.tex.com.12
Contratietas eſt multiplex 10.Meta.tex.com,13 & 14. & 11
Contrarietas prima eſt habitus & priuatio ſ. tex. com. 15
Contrarietas quęlibet habet priuationẽ alterius contrariorũ, ſed nõ ſimiliter omnia. ſ.tex.com. 16
Contrarietas eſt completa diuerſitas,q̃ non intelligit̃ niſi inter duo quæ ſunt eiuſdẽ naturæ ſ t.cõ.24
Contrarietas quęcunq; in rõne ſpeciei faciunt dīam , ſed in cõceptis cum materia non ſ.tex.com. 25
Contrarietas in ſcīa diuina cõmunius ſummitur q̃ in logica,in diuiſione oppoſitorũ: quia ibi fuit dictũ,contratia eſſe illa quæ ſunt in eo dem

eodē genere. Ex Paraphrasi Met. tractatu 1.cap.de oppositis.
Contrarium non recipit suū cōtrariū 1.Phy.tex.c.51.& 54.57.& 8. Phy.com.4 & 12. Meta.com.53. & 5, Phy 14.& 1.Cœ.106
Contrarium non mutatur in suū contrarium 1.Phy.c 42.& 51
Cōtraria sunt adinuicem corruptiua 1.Phy.tex.com.81
Contrariorū semper vnū est ptiuatio alterius 2.Ph c.15.idē 10. Me. te.c.15.& 16.& 7.4. Met.27.1.de Generat.18.2.cœ 18.2.de Gener. 32.5.Metaph.c.17.12.Meta.c. 22. 3.de Anī.25.4 ph.49.& 118
Contraria debent esſt equipotentia 3.Phy.tex.com.42
Contraria esse in eodem genere est propositio famosa, & verificatur in prima Philosophia 5.Phy.com.8.
Contraria & media in tribus prędicamentis sunt, in quibus est vere motus 5.Phy.com.9.& te.cō.10.
Contrarium fm locū est qnod fm rectitudinem distat plurimum 5. phy.tex.commen.24
Cōtrariorū diffinitio principaliter dr̄ de his quę sunt in loco : deinde fm similitudinē dr̄ de his q̄ sunt tī q̄litate 5.ph.c.59.idē 1. Me. t.13
Cōtraria impossē est simul esse fm totum, sed fm partes non inconuenit.6.phy.tex com 83
Contraria q̄ inueniunt in alteratione sunt propriē & principaliter 6. phy.com.91. vide 4. cœ.com.38
Cōtrario generari ex cōtrario intelligitur dupfr,vel ex subiecto,vl ex termino. Colligit ex 8 ph.cō.4
Contrarium fieri ex contrario est per accidens.5.8.physi.4
Cōtrarijs oībus est hoc cōmune ꝙ q̄dā sunt determinantia,& quędā determinata 1.phy.te.c. 49. Arist. enim assignat ibi qūo antiqui ponentes principia rerū naturalium esse cōtraria, cōueniebant fm qđ eadem dicebant esse principia fm analogiā, nā quilibet in positione propria posuit principia determinantia & cōtinētia alia. & vt Ale. ibi exponit,principia determinantia & cōtinētia sunt q̄ sunt formaliora , q̄ autem sunt materialiora sunt cōtenta & determinata. sicut impar,amicitia,rarū, magnū, calidum,sunt determinantia:oppositā aūt ijs sunt determinata. nam formæ est cōtinere,vt patet 4.phy. te.c 49.& materię contineri,& determinatio est a forma 1.cap. de subst.orb.& 1.cœ.c. 72. vnde ista propō habet in textu, ꝙ cōtrariorū alia continent alia continent. Verū melius est dicere vt Simpl.& Auer.in cō.49. ꝙ hoc refertur ad diuersas cōtrariorū oppositiones. nam cōtrariorū quędā sunt priora, q̄dam sunt posteriora : sicut q̄ posuerūt par & impar esse prima contraria oēs alias cōtrariorū oppositiones reducebāt ad istam . & similiter qui posuerunt magnum & parū. Vnde hoc nō debet referri ad alterū membrū alterius contrarietatis, quia nō esset ad propositū Philosophi ibi, cum iam dixerit principia nō esse ex alterutris , neq; cōtraria prima,sed hoc refertur ad posteriora. Vnde ista determinatio est respectu aliorū, & nō respectu suimet, cum nullā adinuicem videant habere cālitatē ex pte qua sunt contraria, vt dr̄ī tex.
Cōtrariari pñt plura vni,aut q̄ cōtrarietas īter ea nō est maxima:sicut sunt media cum extremis:aut quando

qñ idem habet plura contraria diuersis modis. Auer. est limitatio in 8. Phys. super tex. commen. 62.

Contrariorũ si alterũ determinatũ est, & alterum determinatũ erit. 1. cœ. te. cõ. 44. Vbi animaduerte ꝙ cõmẽtator declarat hoc duplici ratiõe. prima est ex descriptione cõtrariorũ & secũda est ducẽs ad incõuẽiens, quia tũc propositio vni⁹ ad reliquum nõ esset sicut reliqui ad primum, quod est impossibile: quia notũ est per se ꝙ qualis ẽ propositio ignis ad aquã i ꝓtrarietate, talis est aq̃ ad ignẽ. Vid in cõcord.

Contrariũ, cum adiunctũ fuerit alteri contrario, manifestius reddit: & præcipue cũ fuerit auditum vilius contrarium 1. cœli. tex. com. 101. & 2 cœ. tex com. 29. & 40.

Cõtrariorũ si vnum fuerit in natura, & reliquum 2. cœ. tex. comm. 18. Vide in concordantijs.

Contrariorum, illo existente qđ est sicut priuatio, dignius ẽ vt sit illud qđ ẽ sicut forma: sicut si graue est, dignius ẽ vt sit leue & si quies est, digni⁹ est vt sit mot⁹ 2. cœ. t. c. 18.

Contrariorũ aliud est vt habitus & fora, alid vero sicut ꝓtiuatio. 2. cę. 18. 1. đ Gene. 18. 2. Ph. 15. 10. Meta. 7. & 15. 4. Met. 27. & 12. Me. 22

Contraria nõ possunt attribui eidẽ agẽti eodẽ mõ 2. cœli. cõ. 29. idẽ 2. Phy. te. com. 30. & 5. Meta. 2.

Contrario vno existente in aliquo genere, necesse est inueniri & reliqnũ. 1. đ. Gen. t. c. 65. idẽ 2. cę. t. c. 18.

Contraria sunt naturę diuersę & cã huius est, quia subiectum eorũ est duo in potentia 1. de Generat. cõ. 74. & elicitur ex textu.

Contra q̃ contrariantur alicui eadem contrarietate, sunt eiusdẽ speciei 2. de Generat. com. 36.

Contrarie qualitates prię sunt quatuor, & ad illas oẽs alię reducũtur ex 2. de Generat. tex. com. 15.

Contraria nõ innata sunt coniungi 2. de Gen. t. c. 16. Facit ꝑ opione tenẽtiũ ꝙ fm nullũ grad ũ ꝓiugi pñt. alioquin ex cõbinationib⁹ quatuor qualitatũ primarum nõ sufficienter Arist. venatus eẽt numerũ quatuor elemẽtoꝝ, cuius tñ oppositũ tenet Auer. & antiqui Peripatetici. nisi eẽt ꝙ cõtraria refracta ad mediũ non sunt dispõ simplicis sed mixti potius, vt elicit ex fine 1. de Gener. & ex 2. de Gener. t. cõ. 48. & 3. Cœ. cõ. 67. vide ibid.

Contraria tactus non videnť habere genus qđ dicať de eis nisi equiuoce 2. de Anima com. 108.

Contraria sunt alia in specie a mediis 3. de Ani. c. 4. Vbi dicit ꝙ pallidũ nõ differt ab albo fm magis & minus, sed fm formã & qualitatẽ: Sed 10. Meta. c. 23. vñ dicere oppositum. Vide in concordantijs.

Contraria quodammõ similia sunt adinuicem passiua 1. ca. de subst. orb. idem 1. de Gener. te. co. 50.

Cõtrarij nã & cõsuetudo ẽ fortificari p suum cõtrariũ. 1. Methe. ca. 4.

Cõtrariorum si vnum reperitur in rerum natura in fine, oportet ꝙ reperiatur & aliud ẽt in fine. Cõmẽ. 2. Metheo. cap. 2. Consimile habetur 3. cœ. tex. commen. 18.

contrariorũ contrarię sunt causæ, 4. Metheo. tex. com. 40. & 41. & 2. de Generatione. tex. commen. 56.

Cõtraria prima ad quæ omnia alia reducuntur, a prima Philosophia sunt scienda. 4. Met. te. comm. 6. Vbi animaduerte ex mente Philosophi ibidẽ ꝙ prima cõtraria ad q̃

omnia

omnia alia reducunt̃ sunt vnũ & multa. Et hoc credo fuisse in cã q̃ Aristl in 1. Phy. inuestigatur⁹ numerũ principiorũ naturaliũ, prio posuit diuisionẽ principij p vnum & multa, vt patet in te. c. 6. vñ Aristo. oẽm contrarietatẽ positã ab antiquis in principijs, vł reducere ad istã. vt patet 4. Met. te. c, 6. vbi Cõmen. d. q̃ entia aut cõtraria sunt, aut cõposita ex cõtrarijs, & caput huius contrarietatis est vnum & multa, licèt illa diuisio; vt scribit cõmen. sit fm probabilitatem & non fm. necessitatem, quia corpus quintum nec est contrarium, neque compositum ex contrarijs.

Contraria possunt esse simul potestate, actu vero non 4. Meta te. cõ. 20. vide 5. Phy, com. 6. & 52

Contraria simul esse, aut esse eadẽ nullus intellectus, hoc intelligere põt 4. Meta. cõ. 21. idem ibid. tex. cõ. 9. & 7. Meta. te. cõ. 27

Contraria sunt quęcũq; eidẽ simul inesse non possunt, & sub eodẽ genere maxime distant 5. Metaph. ĩ cap. de eodem & diuerso, & in 10. Metaph, te. cõ. 13. & in post prædicamentis cap. de oppositis.

Contraria plura vni esse non contingit 10. Meta. tex. com. 14

Contrariorum materia eadẽ est. 5.

Contrariũ, vnũ habet contrarium, & hoc vtiẽ tanq̃ sumpto in 1. cœli te. cõ. 10. Auer. 10. Meta. com. 14

Contrariũ non est mediũ ĩter duo contraria, sed q̃traria sunt illa inter q̃ est medium 10. Meta. cõ. 19

Contraria possunt esse mediata 10. Metaphysic. tex. com. 22

Contraria nõ prima & media sunt ex primis cõtrarijs 10. Met. t. c. 23

Contraria differunt specie, supra tex. commen. 26

Contraria oportet æquari, & nõ esse vnũ eorũ infinitũ 11. Met. ca. 9.

Contraria adinuicem impassibilia sunt 11. Meta. tex. com. 53

Cõtraria sunt tribus modis 10. Metaphy. commen 26

Contratia vnius scientiæ est speculari 11. Metaphy. com. 3

Contrarium primo, nihil 12. Metaphy. tex. commen. vlt.

Contraria omnia mãm habent. 5.

Contraria, aliter distare, dicunt̃ ad inuicẽ, & aliter decẽ prædicamenta. Vide modum in Paraph. Met. tract 3 Vbi dicitur q̃ distantia cõtrariorum prouenit a forma, quia vnũ est corruptiuũ alterius, & iõ non põt esse in eodẽ subiecto & talis distantia est in eodem genere. Sed distantia decẽ prędicamentorũ est ex eo, q̃ ex seinuicem generari mutuo non possunt, neq; aggregant̃ in vno & eodẽ genere, & ideo põt esse in eodẽ subiecto, qa distãtia eorũ nõ ẽ ex q̃trarietate.

Cõtrariorũ qdcũq; sequiter formã rei est de necessitate diuersum forma i, specie, nã impole est inueni re generabile, corruptibile, & perpetuũ in eadẽ specie. aliter. n. esset possibile inuenire hoĩes perpetuos Sed illa contraria q̃ sunt alicui rei pp mattriã, põt esse eiusdẽ speciei, vt mas & fœmina, & albedo & nigredo q̃ sunt in eadẽ specie. ibid. Et dicamus q̃ contrariorum &c.

Cõtraria eidẽ simul inesse nequeũt Ari. sñia ĩ prędicamẽtis. & 10. Meta. ex diffinitione contrariorũ te. cõ. 13. & 4. Meta. te. c. 9. & 27. vbi ait, q̃ si contraria ponant̃ in eodẽ, sequitur cõtradictoria verificari. Aduersatur tñ experimentũ huic

Digressio quõ intelligit cõtraria si possint eidẽ inesse.

propõni

propõni nã Philosophi & medici, ĩsuper & nostri Theol. instãt. Philosophi quidẽ, nã experimẽto inueniũt esuriente, dũ comedunt siꝫ & semel tristitiã pati & lętitiã. esuries. n. tristitiã habet annexã, comestio vero lętitiam Insup scabie seu pruritu laborãtes, dũ scalpũt, si mul tristant & gaudẽt. Medici ẽt asserũt in febre emphiala & lipari ca siꝫ p vniuersum corpus pcipi frigus & caloꝝ. Nostri ẽt diuini asserũt aperte in aĩa Chri in pte supio ri tpe passionis fuisse gaudiũ & tristitiã simul: vt disputãt late ĩ 3. sen tẽtiarũ, distin. 15. q. 1. Soluit ãt ꝙ Philosophis Alex. in 1. li. naturaliũ qõnũ q. 12. ꝙ delectatio & tristitia sunt ptraria ad idẽ cõparata, sꝫ ñ ad diuersa: nõ. n. cuilꝫ delectationi opponit ꝙlibet tristitia. sed determinata. In esuriẽte ẽ tristitia respectu indigẽtiæ nutrimẽti, sed lętitia ẽ ex assumptione cibi remouẽtis illã indigẽtiã. Nõ sunt igit cõtraria, quia sunt respectu diuersorũ. Sicꝫ in pruritu nõ ẽ ex ipso scalpere tristitia, sed qa ĩdigeat eo. nã scalpendo euaporat humor ille ĩter duas cutes iclusus. Ad alid aũt pro medicis soluit Gal. in lib. de malitia ꝙplexiõis, & 3. de simplici medicina ca. 3. ĩ dist. 2. & Auicẽ. in 4. canone, in ca. proprio, d febre emphiala. Dicũt. n. ꝙ cã eiꝰ ẽ iusta positio humoris actualr calidi & frigidi fm minimas ptes, vt non sit pars aliqua parua corpis cui aduenit frigꝰ, cui ad latꝰ nõ sit ps aliqua parua cui aduenit calor ita ꝙ iuxta minimas ptes membri sensibilis ẽ res in frigidãs & calefaciẽs. Vñ ppea accidit vt sensus cuiuslibet mẽbri existimet se sentire vtrũq; in eadẽ pte. Et dat exẽplum Gal. in 3. de simp. medicina, de gustu, in quo asserit simile qd accidere. nã si quis accipiat absinthiũ & mel, in ęquali portiõe, pmiscẽs in lingua, siꝫ inueniet saporẽ amarũ & dulcẽ, qa confunditur sensus pp magnã illarũ partiũ permixtionẽ ĩ partib⁹ minimis, & accidit vt nõ possit distinguere q̃ pars ẽ sentiens dulcedinẽ, & q̃ amaritudinem. Et ita calor & frigus nõ sunt ꝓcise in eadẽ parte, sed sunt in paruissimis partib⁹ inuicẽ iuxta positis, vnde accidit ꝓdictũ accidens. ita asserit ẽt cõciliator ĩ dĩa Speciali de hoc. & oẽs moderni sequunt istã viã. Nobis aũt vr ꝙ ista nõ soluũt qõnẽ, si verũ est Aristo. dictũ in 2. de Ani. te. cõ. 146. ꝙ vltimũ sensoriũ nõ est caro: licꝫ; cõtigit, vt demonstrat ibidẽ, vnũ esse primũ sensitiuũ ĩ quo terminent oẽs spẽs & sensatiões sensuũ exteriorũ, & est vna & eadẽ virtus, q̃ sensus cõis dr, quę in eodẽ nũc habet de cõtrarijs iudicare. Et tũc reddit argumẽtũ difficilius & statĩ suo vigore & robore, & solutio illa data a viris illustrib⁹ nõ satisfacit in hoc, sicut vides. Themist. autẽ in 2. de aĩa. videns Arist. hãc difficultatẽ examinantẽ ĩduxisse solutionẽ quãdam ꝙ sensus cõis est diuisibilis fm eẽ, loco aũt & subiecto est indiuisibilis, ꝙ intẽtiones. n. quas recipit ẽ diuisibilis, sed fm subiectũ & materiã est idiuisibilis. sed hãc solutionẽ ĩfringebat Arist. quia cõtraria vid. in tex. cõ. 148. licẽt potentia possint esse siꝫ in eodẽ, in actu tamẽ impose est. Et transiuit postea Arist. ad aliã solutionẽ, ꝙ viam exẽplii dissoluens qõnem de puncto

in circulo, qui quodāmodo eſt diuiſibilis, & quodāmō non ſic ſenſus, vt eſt iudex, eſt vnus ſm formā: vt vero copulatur inſtrumentis ſenſuum quib⁹ vtitur ſicut extremis de lineis terminatis p punctū q eſt centrū in circulo. Ex hac aūt ſolutione non apparet ſolutio formaliter ad argumentū de contrarijs, ſed in virtute tm̄, quod declarans Them. inquit. In eodē loco dicit q quinq; ſenſus exteriores ſunt apparitores, & mutui, & exploratores, & miniſtri: & ſēſus cōmunis eſt tanq̄ arbiter & iudex, q eo ſuggeſtu poſitus, nō patitur ipſas contrarias qualitates, ſed ante ſe poſitas, ſed ad pedes genuaque aduolutas iacentesq; contēplatur: ita demū iudiciū ſuum promit, & dulce ab amaro diſcernit, & albū a dulci diſcriminat. Et quēadmodum vnus pleribus vellitantibus litigantibusq; pōt ſimul ius dicere, ita nō ſit ab vlla rōne remotū, eſſe aliquem ſenſum in nobis promiſcuum, qui contrarijs ſenſibus ſimul operam det. Illud eēt abſurdū putare, ſenſum eūdē ſil' cōtraria pati. Sed in hac ſolone Them. latitat ambiguitas magna, tū qa vī dicere ſenſum cōem nō recipere ſpecies ꝓtrariorū, ſed ſolū de cōtrarijs iudicare: hoc āt vī repugnare cōi ſnīę Peripate. aſſerentiū oēs ſpēs ī ſenſorijs exteriorū ſenſuum deferri ad ſenſum cōem. Amplius nō euadit difficultatē, quin cōtrariorū ſpecies ſimul ſint ī eodē ſubiecto in actu: quia ſi euenit ſpēs albi & nigri nō eē in ſenſu cōi tāq̄ ī ſubiecto, ſed tāq̄ in iudicāte, ſaltē erūt ī oculo, & ſic ſpecies dulcis & amari ī lingua, & ita adhuc remanet difficultas. Experimur. n. dū legimus literas, in eodē inſtāti cerne re albū & nigrū, nec dici pt q ſpēs albedinis ſit in alia pte oculi, & in alia ſpēs nigredīis, nullus. n. ſapiē tū. d. hacten⁹ hoc. Et ita remanet difficultas ſicut vides. Vnde vī nobis Ariſt. in īſtigēdo primā ſolonē, nō efficaciter eā īpugnare. In q t. n. aut ñ poſſe, potētia qdē. n. idē & indiuiſibile & cōtraria, ſm eē āt nō: ſed ī o pari diuiſibile, & īpoſſe eſt albū & nigrū eē ſimul. qa neq; ſpēs pati ipſorū ſi hmōi eſt ſenſus & īrelligētia. Sed dicā ſibi q nō ſequit', ſi albū & nigrū ñ pñt eē ſil' ī eodē ſubiecto, q ſpēs albi & nigri nō pñt eē ſil', qa ſpēs cōtrariorū ñ ſunt cōtrarię, qa ſunt abſtractę a mā. propriū. n. vniuſcuiuſq; ſenſuū eſt eē ſuſceptiuū ſpecierū ſenſibiliū ſine mā: & iō licēt albedo & nigredo ī eē materiali cōtrarietur. in eē tñ ſpirituali nō cōtrariā tur. vñ Cōmē. in 6. Meta. cō. 8. expreſſe d. qđ eſt ī aīa cōtingit vt recipiat duo oppoſita ſil'. ſed qđ eſt extra aīam nō pt ea ſil' recipe. Sed rō Ariſt. ſi quis bñ perpēdat, aliter ibi ꝓcedit: nā prīa ſolutio innuebat q ſenſus vt ē vni⁹ ſm ſubiectū, ſm qđ ē recipiēs, eſt īdiuiſibilis, ſ ſm eſſe & rōnē eſt diuiſibilis, rōne pluriū formatū q̄ recipiunt' in eo. innuit ergo ſol'o, ſenſus vnitatē & indiuiſionē, eſſe ex parte qua recipit, & multitudinē & diuiſionē eſſe ex parte formatū quę recipiuntur. Sed ſi ita eſſet, ſenſus haberet vnitatē materię, q̄ actuat' per formam: & ita receptio ſenſus eēt ſicut receptio materię. Et ex datis ſequitur vt ſicut albū & nigrū ſunt contraria, & nō pñt eſſe ſimul. ſic

&

& ſpecies albi, & ſpecies nigri. Nō fuit igitur opinio Arist. vt ſpecies contrariorū ſint contrarię: ſed ſermo eius eſt cōditionalis. Et iō bene intulit iuxta illam ſolutionē. Et impoſſe eſt albū & nigrū ſimul eſſe. quia neq; ſpecies pati ipſorū, ſi hmōi eſt ſenſus & intelligētia. Ecce ꝙ ſub cōditionē concluſit. q. d. ſi ſenſus & ītellectus ſint hmōi qui habeāt vnitatē & indiuiſionē, ex pte qua ſunt ſubiectū recipiens & habent diuiſionem ex parte formarum receptarū, in hoc, idē erit de receptione materiæ, & de receptionē ipſorū. materia. n. vt d. Cōmen. 12. Meta. cō. 14. eſt vna numero priuatiue: & non fit plures numero niſi per multitudinē formarum quas recipit. materię. n. diuerſantur pp diuerſitatē formatū & nō econtra, 2. Phyſi. com. 87. & 1. de Ani. com. 52. & 2. de Ani, cō 60. Et propterea dicit Commēta. animaduertens ad id qđ mō dixi, ꝙ Ariſto. opinatur ꝙ virtus primi ſentientis melius eſt vt dicaſ vna forma, & multa inſtrumentis copulatis cum ea: per quę tranſeant motus ſenſibilium quouſq; copulentur cum ea: q̄ dicere ipſam eſſe vnā ſubiecto, & multa ſm formas quę deſcribuntur in ea. Illud. n. ē dignius ei ſm qđ eſt iudicās, iſtud aūt ſm qđ eſt recipiens. Sed tn cū nō ponimus illic eandem intētionem pp formam, nō poſſemus inuenire aliquid perquod iudicet diuerſa eſſe diuerſa. Iudicium enim dignius eſt attribui huic potentię ſm ꝙ eſt actus, q̄ ſecundum ꝙ eſt potentia. quemadmodum motio eius paſſiua a ſenſibus dignior eſt ei attribui ſecūdu ꝙ ē ſubiectum recipiens, eſt. n. vt videtur, recipiēs ſm ſenſus, & agens ſm iudicium, recipere. n. aliquid eſt aliud a iudicare illud. Et hęc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuerſis. Et ad hoc tēdūt verba Themiſtij aſſerentis ſenſum cōmunē non recipere cōtraria, ſed iudiciū de contrarijs afferre. quia obiecta cōtraria relucentia in ſpeciebus offeruntur illi tanq̄ iudici, & ſunt comparata ad ipſum, nō tanq̄ ad materiā, ſed tāq̄ ad formam & iudicem: quia ſunt ſicut cognitum in cognoſcente, & non ſunt in eſſe materiali cum contrarietate, ſicut afficiunt materiā extra animam. Et iſto pacto ſoluitur qō completa introductā per medicos. Ad illud qđ adducunt diuini, Subtilis Doctor poſt longā perſcrutationē hoc argumentū dimiſit inſolutū, videns rei difficultatē. Alij vero dixerūt in anima Chriſti ſm diuerſas portiones habuiſſe cōtraria ſimul: quia triſtitia erat ſm portionem inferiorem ſenſuum, & delectatio erat in portiōe ſuperiori intellectiua. Sed dato qđ in eadē portione fuiſſent adhuc non procedit argumentum: ut mihi datur cernere, quia triſtitia non erat contraria delectationi, qa ſicut dixit bene Alexan. non quelibet triſtitia cuilibet letitiæ & delectationi eſt contraria, ſed quando ſunt circa idem obiectum. Patet autem ꝙ obiectum contriſtans voluntatem Chriſti tunc, non erat illud quo fruebatur illa voluntas. Et ſic optime veritas Philoſophiæ non contradicit fidei noſtræ. Sed hæc altioribus relinquantur, quia ſermones fiunt ſm materiā ſubiectā.

Conueniens dicere a ꝓuenienti fieri, nō eſt ꝙ cōueniens agat ꝓ ſe & ꝓ ſuā formā ſibi conuenientis: ſed eſt dicere ꝙ extrahit formam ſibi cōueniētis de potentia ad actū, & nō eſt agens, quia addit in illā materiā aliquid extrinſecū, & ſic eſt ī hoc de ſubſtātia ſicut de aliis accidētibus. Calidum.n. nō inducit ī corpus calidū calorē extrinſecū: ſed facit calidū in potentia eſſe calidū in actu. Et ſic eſt de magnitudine cōſequente generationē, & ſimiliter eſt de motu locali. motus .n. localis nō prouenit ab extrinſeco motore 12. Met. cō. 18. parum poſt mediū. & eſt ſnīa ſumpta ab Ariſt. formaliter in 4. Ph. te. c. 84

Conueniens fit a cōueniēti. Propō iſta verificatur trib⁹ cōditionib⁹. v3. vt ſit in agente & nō inſtrumēto: vt ſit in propinquo, & nō remoto & vt ſit eſſentialiter & nō accidētaliter 12. Meta. c. 42. auct. Alē.

Cor eſt primū per ſe motū in aīali, quia non mouet ſe, quia pars mouet ſe & mouet totū 7. Ph. c. 1. & 4

Cor, venarum eſt principium 3. de partibus Animalium cap. 4

Cor animalium carentiū pulmone nō habet ventriculū dextrū: & tñ in illis animalibus inuenīt illa vena q̄ eſt inter epar & cor, & iō Gale. d. iſtā non oriri ex dextro vētriculo cordis 3. de partib. ca. de corde. Vide ibi ſolutionē Auer. dicētis illam de neceſſitate oriri a cordis ſubſtantia inquantum cor, nō inquantum dextrum aut ſiniſtrū.

Cordis temperātia principaliter cognoſcitur ex pulſu, & ſecundario ex anhelitu 4. Col. 1. cap. 2. vbi vide etiam alia ſigna.

Cor ſm Ariſt. eſt principiū ſanguinis, ſed ſm Gale. cor nō eſt principium niſi ſanguinis arterialis, ſed ſanguinis venalis principiū ē epar 3. de partib. Auer. in cap. de corde. Vbi videas tres rōnes Ariſt. ꝓ ſua opinione. Vbi aduerte ꝙ, vt ibi dicit Auer. Ariſt. nō opinatur cor eē prīcipiū ſpecierum ſanguinis, ſed primi qui eſt verum nutrimentū & vltimum nutrimentum.

Cor animalium magnorum inuenitur habere os, & vide cauſam in 3. de partibus. cap. de corde.

Cor magnorū aīaliū ſm Ariſ. inuenitur triplicē habere vētriculū: paruorū vero duplicē, ibid. vbi d. Gal. negaſſe aliqđ aīal habere triplicē vētriculū ī corde, ſ3 d. aīalia hñtia pulmonē habere duos vētriculos: carētia vero pulmone hře vnū tm.

Cordi accidentia ſupuenientia ſunt ſinopis, cardiaca, & tremor 3. Colligent cap. 25

Cordis ventriculus dexter calidior eſt ſiniſtro ſm Ariſt. & iō pars dextra calidior ē ſiniſtra. Et iō oē animal ſm Ariſ. habet iſtā duplicem naturā dextri & ſiniſtri vētriculi: quia iſta eſt cā diuerſitatis partis dextre a ſiniſtra: contra Gale. qui voluit animalia carentia pulmone non habere duplicem ventriculum, ſed vnum tantum ibidem.

Cordis ſitus eſt in medio pectore in alijs animalibus: ſed in homine vergit ad ſiniſtrū. & vide cauſam in 3. de partibus Animal. cap. 4

Cordis proprīū eſt nō tollerare apoſtema, & alias ægritudines, ſicut alia membra ibidem. Vide tamen Auer. 3. Collig. ca. 25. vbi d. ꝙ me dici dicunt ꝙ pōt contingere apoſtema in panniculo cordis.

Cor eſt principiū motus letitię, triſtitiæ,

stitiæ,& oīum sensuū. ex 3.d̄ pti. bus c. 4. idē in lib. de Sēsu & sen.

Cor & iecur oībus animalibus necessaria sunt: alterum pp caloris originem, alterū pp concoquendum cibum,supra cap.7

Cor est primū qd̄ in formatiōe fœtus actu secernitur,qd̄ nō mō sensu ita fieri cōstat, verūetiā ratione Arist. 2. de Gener. Animaliū. ca 4

Cor est primum quod viuit, & vltimum quod moritur. §. ca. 4

Corde carnes nullum vnq̄ aīal ortum est. Arist. in 4 de Gener. Animalium cap. 4. Ex hoc poterit cordis principatus ostendi.

Cor triplicē habet sinum,dextrum maiorē, sinistrū minorē,& mediū magnitudine inter dextrū & sinistrum 1.de natura Animalium.ca. 17. Et 3.de natura,cap.3

Cor solum sanguinem extra venas continet ibidem.

Cor in alijs animalibus est ī medio pectore,in quibus. ſ. pectus inest, sed in hoīe tm̄ ad partē potius sinistram vergit. ibid & infra ca. 16

Cor est in medio, quia hic est locus regis, ad hoc vt sit regimen huius proportionatū omnib⁹ mēbris & circunferentijs,& ēt vt melius custodiatur,2. Coll.ca.9.de iuuamēto membrorum officialium.

Cor posse est vt sit bonæ cōplexionis & bonę cōpositionis, & tm̄ cōpositio aliorū membrorū erit lęsa: sed hoc prouenit. materia Et iō tēperātia in cōpōne & cōplexione mēbrorū adiacētiū cordi, vt pectoris, & aliorū propinquorū, est signū certū tēperamenti cordis, qa virt⁹ informatiua nō formar alia membra nisi mediāte calore cordis, sed non conuertitur hæc significatio. Auer 4. collig. cap. 2

Cor ē vltimū mēbrū qd̄ refrigerat̄ ī morte. 2 coll. c. 2. & de sōno &c.

Cor est calidū de necessitate pp spiritū,& pp partem carnosam, & pp sanguinem. & est sicut clibanus. Auer. 2. collig. cap. de complexionibus membrorum officialium.

Cor vt mihi q̄ sit declinans ad humiditatē propter spiritū in eo existentem. §. in c. proprio. de corde.

Cor est mēbrū cuius cōplexio cōicat toti corpori, quia qñ cōplexio cordis est tēperata, mēbra p̄ maiori parte sunt temperata in calidi tate, quia cor dat complexionem omnibus membris qua agunt & patiuntur. 4. colli. cap. 1

Cor in sinistro vēticulo per paruū foramen cōtinuat̄ pulmoni, p ma ius vero oībus arterijs corporis,& istū ventriculū medici spiritualē appellāt. Gal. 6. de vtilita parti. c. 7. Et iō est magis prīcipalis q̄ dex ter vēticul⁹, quē sāguificū vocāt. sed nota q̄ Arist. oppositū sentit.

Cor & iecur oīb aīalib. necessaria sunt, alterū pp caloris originē, locū. n. adesse aliquē, quasi lares forūq; oportet: quo nāę fomites & primordia ignis natiui continean tur & seruent. eūdēq; tutū eē, veluti arcā corporis totius necesse est. Alterū iecur dico, cibi concoquēdi gr̄a adest. Et quidē nullū sanguine prędituū ijs duobus catere pōt, Arist sn̄ia in 3. de partib. Animal. cap. 7. Ex ista authoritate, aliqui summunt de mente Arist. sanguinem qui est verus humor & nutrimentū verū in habētibus sanguinem generari in epate. & q̄ in corde non accipit nisi quandam subtiliationem & dispōnem accidentalem.

Digressio Pulchra d̄ gnatione sāguinis apd̄ Arist. & Peripa.

talem. Et astruũt hoc authoritate Auer. in 2. Colli. in ca de luuamẽto epatis, vbi d. qđ epar elt mutatiuum cibi ad ꝓuertẽdum ipsum in sanguinẽ: & postea mittit ipsũ ad oĩa mẽbra. Et parũ infra ĩ eodẽ loco d. ꝙ epar habet quinq; virtutes ꝓdictas, hoc est digestiuã q̃ facit sãguinẽ, retẽtiuã tpe digestiõis, attractiuã, qñ trahit chilũ ex ĩtestinis, discretiuã, qñ diuidit & discernit tres ſupfluitates, hoc est ſupfluitatẽ aquoſam quã attrahunt renes, cholericã q̃ trahit burſa fellis, & melãcholica, quã trahit ſplen. Vbi clare patet Auer. dicere ſanguinẽ generari in epate. Et cõfirmat, qa ibi ẽ generatio veri ſanguinis vbi generantur ſuperfluitates & excremẽta eius, qa a qualibet digestione resecat aliqua ſuperfluitas. Sed ſm Ari. & Auer. in habentibus sãguinẽ, ſanguis ẽ vltimũ nutrimentũ, flegma ãt & vtraq; cholera ſm Ari. ſunt ſuperfluitates, igitur ſi ſ3 ſnĩam Auer. prędallegatã, epar per virtutẽ ſuã discretiuam discernit illas ſuperfluitates & ſanguine: ſequitur ꝙ epar eſt mẽbrũ ſanguinis veri generatiuũ. Et ita quidã indubitanter tenent tpe meo paduę, dũ in circulis diſputarẽ. Sed iſta opinio ſtare nou pôt in via Peripateticorũ, licẽt Gale. dicat illud. Nam Ariſt. expręſſe in 3. de partib. Animal. cap. 4. & eſt in cap. de corde, determinat cor eſſe principiũ ommũ virtutũ, quia vbi fieri pôt vnũ multitudini eſt prędrendũ. Iſtud eſt maximum fundamẽtũ in via Ariſto. quia natura & Deus nihil fruſtra faciunt 1. Cœ. te. cõ. 32. vn de multæ poſitiões Ariſt. ſunt fundatæ ſuper iſto principio, vnde 1. Phy. præpoſuit opinionẽ Empedoclis opinioni Anaxago. qui poſuit principia finita, & in 12. Meta cõcluſit vnum eſſe principẽ vniuerſi, quia multitudo prĩciparũ mala: vt teſtatur ẽt doctus Home. Et ideo Ariſt. vim nutritiuam & ſenſitiuã in corde locauit. Et quia tenuit cor eſſe principiũ virtutis talis, & ſm ipſum ſanguis in habentibus ſanguinẽ eſt vltimum nutrimentũ: in nõ habentibus vero eſt aliquid ꝓportionale ſanguini. poſuit ſanguinẽ qui eſt ver⁹ humor, & qui vere nutrit, generari in corde. argumẽto ꝙ in nulla parte corporis reperit extra venã, niſi in corde. Amplius lucidiſſim⁹ Them. in com. ſuper lib. de Som. & Vigi. ca. 13. inquit, deuoratus. n. & ingeſtus per os, cibus. indeq; in locos ſuos i. in inteſtina & ventriculũ collat⁹, euaporatur & ſurſum ſpirat per venas, per quas deinde permanat ad iecur: in iecinore mutatur & natura ſanguinis tingitur, a iecinore in fluit & ſubdit ad cor, in corde vincitur & cõficit plenisſime: inibiq; in ſanguinẽ pfecte ꝓuertit. & idẽ ſubdit. Et venę quidẽ alię cor adeunt: alię a corde proueniũt. Venę quæ adeũt cor, tanq̃ miniſtrę & gerulę ſunt: vt q̃ a iecinore ad cor ĩcoctũ & imperfectũ ſanguinem conuehãt: quẽ cor ſuſceptum ſua vi meraccum & abſolutũ ſanguinẽ reddit. At venę q̃ a corde pertinẽt, cõparatę ad alium vſum ſunt. v3. vt ſuccus p eas cõcoct⁹, iã pfectus q̃, in totũ corpus diſtribuat atq; dedatur. Idẽ d. Alexan. in Prataph. đ Anima. c. vltimo. vbi agit de animæ principatu, in qua parte corporis conſiſtat. Auer. etiã 2. Coli.

cap.

cap. 11. d ꝙ epar seruit cordi, & hoc est quia ꝓparat ei suum nutrimentum. & ideo oportet declarare viam per quã cerebrũ seruit cordi. Amplius quia generatio veri humoris non nisi per digestionẽ perficitur, & ista a calore procedit, cũ cor sit principiũ & fons caloris. sequit igit cor habere hmõi principatũ. Epar vero est necessarium in sanguinis generatione, pro quãto decoquit cibũ. nã licèt cibus in stomaco conuertat in chilum, & per venas mesaraicas attrahatur ad epar, non ppea ibi materia est sufficienter ꝓparata, vt forma substãtialis veri sanguinis inducatur, & iõ indiget vlteriori decoctiõe, quã decoctione epatis, per quã generatur non verus sanguis, sed aliqua species sanguinis. i. modus quidã. & in tali decoctione celebrata in epate sequestrat pituita. i. flegma: & si quid aliud eiusmodi est, vt dixit Aristo. in 1. de Gener. Animalium. c. 28. vbi d. ꝙ pituita est excrementum primi alimenti. vbi per primũ alimentum intelligit cibum, qui iam in chilum cõuersus attractus fuit ad epar. Nam (vt notat Philopo. in illo loco) alimentũ vule duplex est. s. primum & vltimum, primũ est cibus, puta panis, aut vinũ. sẽm aũt sẽu nouissimus est sanguis, quia tale vbiq; ab Aristo. appellat vltimũ alimẽtũ. & sic duplex est excrementũ, primũ qđ ẽ respectu primi, et tale est pituita, aut aliquid hmoi, siquid est. qđ d. pp vtraq; colerã, & pp aquositatẽ vrinalẽ. Talia. n. sequestrãt ab illa decoctione, q̃ fit in epate, in generatione sanguinis qui nõ est verus humor ſm Arist. sed ẽ aliqua species eius. i. modus, quia est sanguis in potẽtia propinqua, sed non est verus sanguis qui ẽ humor, de quo Arist. dicit ipsum esse vltimũ nutrimentũ. Et isto mõ intelligit dictũ Auer. in 2. coll'. supra allegatũ per istos viros oppositũ tenẽtes. Et ne videamur dicere ista gratis adducamus verba Auerr. ii eodem cap. de iuuamẽto epatis, vbi postq̃ multa intulit cõtra Gale. opinantẽ epat habere principatũ in nutritione: tandem dicit hoc aliter cõcludendo. Et est cõfirmat' iste sermo vt cor sit necessitate princeps virtutis nutritiuę, quia nec Gal. nec alius ex anathomicis dixerũt nec crediderunt, ꝙ cordi veniret calor ab alio mẽbro, sed est sufficiens p se sicut cõueniens est principi. Et ego iã probaui tibi virtutẽ a calore p modũ doctrinę resolutiuę. Et si tu vides ꝙ indiget cor epate propter ꝓparationẽ nutrimenti: non propterea epar indiget vocari prĩceps, sicut nõ est conueniens stomacho propter ꝓparationem cibi vt vocetur princeps epatis. Nec bubulcus qui ꝓparat cibum aliis bubulcis vocatur princeps.

Pro hoc faciũt etiam verba Auer. in 2. coll'. in cap. 8. de iuuamentis membrorum consimilium. vbi d. ꝙ flegma est sanguis ĩdigestus, & propter hoc debet dici superfluitas sangninea: hoc ẽ diminuta superfluitas vt sit sanguis: non superfluitas cuius separatiõe remaneat sanguis completus, sicut a colera & melãcolia. ergo si ita est, tũc eẽ flegmatis in corpore est de necessitate, hoc est ꝙ impose est cibũ cõuerti nisi ea ex eo gñent superfluitates flegmaticæ. Prẽterea Auerr.

in eodem c.d.ꝙ Arist. vult ꝙ nutri mẽtũ oĩum mẽbrorũ fiat ex duobus sanguinibus mixtis insimul : & ꝙ sanguis, qui est in epate & in venis nõ pulsatilibus, est sicut mã sanguinis missi in arterijs cordis. & ꝙ sanguis arteriarũ est sicut forma sanguinis . & hoc est qa dat ei dem cõplementum, & coctionẽ, & facit ipsum cibum propinquum actui . consimilẽ sniam inuenies in cõ. 73. super 1. canticæ canticorũ ab ipso, vbi dicit fuisse opinionẽ Hyppocra Plat. & Gal. ꝙ sunt tres virtutes & d. ꝙ ista opinio est falsa in duobus. Amplius Auerr. 14 coll. ca. 2. d. ꝙ epar & cerebrũ nõ habent calorem ꝓpriũ in eorũ esse nisi illũ, qui est in membris consimilibus ex quibus cõponuntur. sed calor mediãte quo ista mẽbra operant̃ artes suas, ẽ calor trãsmissus eis a corde: & iste calor a corde transmissus est sicut foꝛa respectu caloris ꝓpꝛij sibi debiti merito partiũ consimiliũ. Talis. n. est sicut mã, & ideo epar concurrit vt instrm. Alexã. etiã in Paraphr. de Ani. cap. vlt. vbi agit in qua parte corporis cõsistat aię principatus expresse d. ꝙ cor est maxime sanguinosum, & iõ maxime sensuale. & iõ ossa, capilli, & vngues, quia exã guia sunt, non sentiunt. Et subdit ꝙ sanguis in iecinore generat̃, indigestus atq; non coctus ẽ, neq; ꝓpria appellatiõe sanguis nũcupari debet. Amplius adducamus ĩ cõfirmationẽ nostrę declaratiõis verba Auer. in cõ. suplib 3. de partib. Animal. in ca. de corde. vbi in digressione de hoc q̃sito soluẽs argumenta Galeni d. Et totũ hoc qđ visum est ex anathomia ipsi Galeno non contradicit rõne dictorũ Aristo. Ex his. n. propositiõibus nihil aliud sequit̃ nisi ꝙ illud membrũ qđ est principiũ venarũ & in quo est virtus nutritiua prima, ĩ eodẽ est sanguis primus fm nãm. Nam sanguis existens ĩ epate est primus in generatiõe, & vltimus fm naturã. Arist. n. non dicit cor eẽ principiũ specierũ sanguinis, vel oĩum specierũ sanguinis. sed dicit eẽ prĩcipiũ primi sanguinis, qui est vere vltimũ nutrimẽtũ, quem sãguinẽ dicit exire a corde & transire p venas. f. pulsatiles ad omnia mẽbra: adeo ꝙ sanguis nõ venit ad cor ex alio mẽbro, ipse igit̃ non opinatur cor mittere sanguinẽ ad epar, eo mõ quo stomachus trãsmittit succũ chilosum ad epar aliter, ãt epar nõ iuuaret. Arbitrari tandẽ debemus ꝙ proportio sanguinis generati in corde ad sanguinẽ generatũ ĩ epate est proportio formæ ad materiã. Quid clarius dici potuit in hoc negocio? Et ꝙ ista fuerit opinio Aristo. clarissime patet ex 3 de partib. Animal. in cap. de corde. & est cap. 4. vbi formaliter ita scribit. Iecur aũt oĩb⁹ sanguine p- „
ditis inest, sed nemo id cẽsuerit eẽ „
prĩcipiũ vel corporis totius, vel sã „
guinis: sitũ. n. nequaq̃ obtinet prĩ „
cipale. Lienem vero sibi habet ad- „
uersum in ijs quę exquisitius con- „
stẽt. Nec vero sanguinis cõceptaculũ intra se cõtinet modo orbis, „
sed vt reliquæ partes sanguinẽ in „
venis incluſum habet. Ad hęc ve- „
na per iecur tendit, nec vlla ex eo „
prouenit. venę. n. oẽs ex corde sua „
initia trahũt. Itaq; cũ alterũ istorum principiũ eẽ necesse sit, iecur „
aũt n̄ sit: cor ẽt prĩcipiũ sanguinis „

esse

„ esse necesse est. animal. n. sensu de
„ finitur: vis aũt illa sentiendi illi tri
„ buitur quod primum sanguine p̃
ditum est. Tale aũt est cor, quippe
quod & origo sanguinis sit, & pri-
mum quod sangui nẽ habet. Hæc
sunt verba eius. Ex quibus facile
P3 erroris cã opinantium opposi-
tum ꝼm Arist. pp inductam aucto
ritatem in principio istius digres-
sionis ex cap. 7. 3 de part. animal.
vbi Arist. d. cor & epar esse duo mẽ
bra necessaria oĩbus sanguine præ
ditis, alterum pp calorem, alterum
pp concoctionem cibi: nam ꝙui
uocatio decipit eos. Cibus. n. apud
Aristo. duplex est (vt colligitur ex
mente eius aperte in 1. de gn̄atio.
animal. cap. 18) primus & vltim⁹.
Decoctio cibi primi apud Aristot.
fit primo in ventre, deinde in epa-
te, sed decoctio vltimi cibi. i. eius
gn̄atio fit in corde. nam sanguis q̃
gn̄atur in epate (vt d. Auer. in loco
prꝫallegatio in 3. de part. aĩalium)
comparatur ad sanguinem gn̄atũ
in corde, sicut materia ad formã:
quia Arist. non opinat cor esse prĩ
cipiũ spẽrũ sanguinis, aut omniũ
spẽrum sanguinis, sed veri sangui
nis, qui est vltimum nutrimentũ.
Verus igitur sanguis, qui est verus
humor, & habet nutrire, generat
subãter in corde, & ibi recipit oĩa
accidentia necessaria con sequẽtia
formam sanguinis, quia nõ est a-
liud agens. quod largitur formam
substãtialem, & aliud qđ largitur
accidentia necessario consequẽtia
illã, vt est declaratũ ĩ naturali phi
losophia. Epar igitur apud Aristo.
præparat cibũ modo prędicto de-
coquendo & transmutãdo, sed qđ
per talem transmutationem indu
citur nõ est versus sanguis, sed spẽ
ciesaliqua. i. modus quidam san-
guinis, quia est sanguis ĩ potẽtia;
loquendo de vero sanguine. Vnde
credo ꝙ sicut panis & vinum ĩ sto-
macho substantialiter transmutã
tur in chilum, ita chilus substã-
tialiter transmutatur in hepate, in
qua trãsmutatione gn̄atur illa su-
perfluitas. i. pituita, & si qd aliud
hmõi est, vt testat Arist. in 1. de ge
nerat. aĩal. Vbi no. ꝙ flegma, vt d.
Auer. ęquiuoce dr̃ supfluitas respe
ctu choleræ & melancholiæ. nã
flegma est sanguis diminute deco
ctus, & est superfluitas sanguinea,
. i. diminuta superfluitas, vt sit san-
guis. & istud generatur ĩ illa dige
stione, quæ fit in hepate. Sed san-
guis ille in epate generatus nõ est
verus sanguis, qui est vltimum nu
trimentum, sed est necessarium ꝙ
trãsmittatur ad cor, & cor trãsmu
tat ipsum ad verum sanguinem, q̃
est humor vere nutriẽs. Sed dices:
Istius sanguinis, qui est vltimum
nutrimentum, q̃ est supfluitas ei⁹?
Arist. in 1. de generatio. aĩal. d. eẽ
semen in adultis. Istud aũt ĩ his, q̃
crescunt conuertit in substantiam
corpis, vñ non d; hõ mirari de tot
trãsmutationib⁹, quia nã ordina-
te procedit, & non facit saltum in
suis operationibus (vt testatur Ari
sto. in 9. de natura animalium.)
Nam & medici dicunt etiam vltra
quatuor hũores dari quatuor hu-
miditates ex secundis: & nos vide-
mus etiam in transmutationibus
factis beneficio artis, & naturę, per
diuersas decoctiones diuersa fieri,
& diuersos liquores emanare: vt
patet in sublimationibus numera
lium & mixtorum, vt patet exerci-

tatis:

tatis. Et immorari in hoc amplius est superfluum. Nota tamen secundum Aristo. ꝙ vbiq; locorum inuenitur bilis, aut pituita, semp excrementum dici dz: & ita etiã ꝺ felle existimandum est. nã quædã aĩalia hñt fel iuxta iecur: quędam vero hñt fel iuxta intestina, vt pisces. Talia autem locis differũt, tñ vbiq; sint, semp excrementa sunt iudicanda. vñ Arist. in 4. de parti. aial. ca. 2. scribit absurdum aũt sit nisi vbicunq; pituitam aut alui sedimen videris, excrementum, id eẽ putes, pariq; mõ de bile, felleve cẽseas, sed locis discrimen elicere velis. Et ibi nota Apud Arist. ꝙ bilis ĩ qualibet parte corporis gñari põt, & est excrementum, vñ l3 Auer. & Arist. dicant ꝙ bursa felłis est data ad attrahendam cholam in hepate gñatam: hoc est intelligendum in animalibus habentib⁹ fel: quia multa animalia felle vacãt, vt d. Arist. ibi. ſ. equus: mulus, asinus, & id genus. & Arist. ibi reddit cãm. Nã in aĩalibus quorum iecoris cõstitutio sana est, & sanguis qui est in eo dulcis est, talia fel non habẽt aut si hñt, venulis quibusdam inclusum continent: sed illa quę sanguine minus puro constituunt, tũc iecur talium segregat hmõi superfluitatem, quia excrementum est contrarium alimento, & amarum dulci, & sanguis integer dulcis est. Auer. enim in 2. Colliger. cap. 1. d. ꝙ duæ cholerę sunt potentia in ipso sanguine. Et ideo Aristo. decernit istas esse superfluitates, in qua cunque parte corpis gñentur. Nã non negat Aristote. quin sanguis possit in choleram conuerti, vel in melancholiam. Vnde in ꝓblematibus de proprietatibus animaliũ quæsiuit ꝓp quid febres, & acuti morbi potius in ęstate q̃ in alijs tẽporibus ꝓntingunt. Respõdet, qa putredo a calore continẽtis exoritur, qui calor magis æstate dominatur. Ex hoc pz error Isach, qui voluit istas superfluitates in corde gñari. argumento quia sanguis generatur in corde, immo Arist. in 4. de part. anim. fel asserit hepatis esse excrementum, & non cordis, quia cordi nullus hmõi humor appropinquare põt, qm̃ illud affectum nullum violentum pati potest. Cæterorum vero nullũ necessarium animalib⁹ est nisi iecur. Et iõ concludit Arist. ibi, fel esse excrementũ solius iecoris, & nullius alterius. nã. n. ꝺ nobiliorib⁹ magis solicita est. & (vt dixi) in hñtib⁹ fel hoc est intelligendum. Vñ no. ꝙ humor ille cholericus quem attrahit chilłis fellis, segregatur ab hepate. in digestione sanguinis illi⁹, qui non est verus sanguis, vt supra dixi. & humor melancholicus attrahitur a splene, & aquositas vrinalis a renibus. pituita. i. flegma ẽ hũs hoc priuilegium, ꝙ permixta cum cibo puro. i, cum voro sanguine alere põt, & labore absumer. & ista est sententia Arist. in 1. de genera. animal. cap. 18. Vide ꝓ ista sententia Auer. 2. coll. ca. 8. de iuuamentis membrorum consimilium, vbi loquitur de iuuamento choleræ & melãcholię. & ꝺ. ꝙ sunt ꝓp necessitatem, quia cibus chilosus, q̃ vadit a stomacho ad hepar, non posset digeri, nec esse sanguis, nisi separarentur ab eo ille duę superfluitates, vna grossa terrestris, & alia subtilis. & ideo natura prę

parauit

parauit illis propria membra, qđ non facit flegmati. & istę duæ sup fluitates non hñt aptitudinem, vt possint fieri pars membri aliquo mõ, quo in flegmate bene esse potest. Idem tenet in 3. Coll. cap. 4. đ gñatione febris choleręę sefrarię. vbi d. ꝙ chola nõ hꝫ partẽ ex quo possint membra aliquo modo nutriri. & dico hoc de naturali, quanto magis de non nãli, si sic est de nãli. Sed dices, quare chola non potest nutrire? Rñdetur, quia hẽt dispõnes contrarias nutrimento, quia nutrimentũ est dulce, & cholera est amara. Sed q̃re melãcholia? Quia est frigida & sicca, & non est dulcis sicut sanguis: & ideo vtraque cholera, superfluitas apud Arist. iudicatur. Ista (ni fallor) fuit sna & opõ Arist. & Auer. & siqs melius intelligit, melius dicat: qa non est obstrusa potteris ad philosophandum via. Vnum scio ꝙ opinio illa quę tenet in via Aristo. hepar esse illud quod largitur formã substantialem sanguinis, qui ẽ vltimum nutrimentum, est impossibilis, & rõ demfatiua apud me est ista. Quãdo sunt duo agẽtia quorum alterũ concurrit, vt disponẽs & alterum vt agẽs: effectus simplr attribuitur agenti, & non disponẽti: quia effectus insequitur agens, & non instrumentum. Isto mõ Arist. inuehit contra antiquos in 2 de aĩa t. c. 41. & infra, qui attribuebant nutritionem & augmentum igni. Sed hepar, fm Arist. & Auer. in præallegatis locis, concurrit vt præparans, & cor vt agens: igit̃ sequitur ꝙ forma substantialis sanguinis est a corde, & nõ ab hepate.

Sed dices: contra, idem est agẽs disponens & inducens formam, vt asserit Commen. in 7. Meta. com. 31. contra Auic. si igitur hepar est prẽparans, erit etiam inducens formam sanguinis. Soluit̃ intelligit̃ đ vltimate præparãte. vñ dico ꝙ sanguis gñatus in hepate est diminute sanguis, & non ẽ verus, quia est diminute decoctus, sed decoquit̃ vltima & perfecta decoctione ĩ corde: & ibi vere transmutatur in verum sanguinem. vnde nõ quod hꝫ prẽparans est inducens formam, sed vltimate præparãs. Nã stomachus etiã apud medicos prẽparat mãm ad gñationem humorum, & tñ ipsi non dicũt hũores gñari ĩ stomacho, sed ĩ hepate. Ita dicim⁹ nos in via Peripateticorum.

Durities & mollities causę sunt facilitatis, & difficultatis receptionis non localis mutationis, sed alterationis. 4. Ph. t. com. 86.

Dux est causa ordinis existentis in exercitu: & ordo non est causa ducis 12. meta. t. cõ. 52.

Ducis bonum est maius bonum, q̃ bonum, quod est in ordine exercitus. ibid.

De Litera E.

EADEM est causa cõtrariorum fm dispositiones diuersas 2. physi. commen. 30. & tex. idem quinto Metaphyli. commẽ. 2. & secundo Cœli. 92.

Eadem est dispositio de causis generationis, & de causis actionum. vnde qui attribuit generationem necessitati, attribuit actiones necessitati: & qui attribuit generationẽ fini, & actiones attribuit fini. 2. physi. com. 75.

Eadem alia per accidens, alia secũdum se. 5. meta. in ca. de eodem & diuerso. & est textus. non habens commentum post t. commen. 15. immediate.

Eadem sunt quorum substãtia vna est. similia vero quorum qualitas vna: æqualia quorum quãtitas est vna 5. Met. t com. 20.

Eadem omnia nõ insunt quolibet modo eisdem: sed solum quibus idẽ est esse 3. physic. tex. commen. 21 hoc est dictũ solum, quæ hñt eandem definitionem, & rationẽ formalem. illa etiam habent eadẽ accidẽtia, seu proprietates, sed nõ qualitercunque eisdem eadem cõpetunt, quia stat aliqua esse eadẽ subiecto, & album & dulce: & qa talia non habent eandem definitionem, nõ quicquid competit albo competit dulci: albo enim cõpetit inquantum albũ est disgregare visum, quod tamen nõ competit dulci inquantum dulce. Rõ autem istius propositionis est, vt notat Commentator in 1 Cę. cõmen. 19. vbi Aristote. ibi in litera habet q̃ in simplicibus, & omogeneis eadem est ratio totius & partis, vt si gleba terræ tendit ad medium: & tota terra etiam si esset a suo loco separata tenderet ad medium, talia enim habent eandem definitionem, & quæ habent eandem definitionem, habent eãdem formam: quia forma est ratio: & quicquid erat esse rei, & quæ habent eandem formam, habent easdem operationes consequẽtes formam.

ECCENTRICI quos ponũt mathematici sunt impossi. 2. Cœ. cõ. 32. & ibi vide causam.

Eccẽtricum, aut epiciclũ dicere est

res

res extra naturam: ępiciclum autē esse impossibile est oīno. 12. meta. cō. 45. vide etiam in 2. cœli cō 35. & in istis duobus locis vide rationes contra Ptolomeum & modernos astrologos.

Echin⁹ habet quinq; ouа, totidēq; dentes, & quinq; partium ventré. 4. de nā anim. cap. 2. & vide causā in 4. de partibus anim. cap. 2

Echini spinis ac pedibus vtūtur: ijs enim nitibundi mouentur, sedēq; permutant. 4. de nā anim. cap. 2

Echini pelagici vsus ad stillicidia vrinæ cōfert, Arist. in 4. de gñatione anim. cap. 3. idem in 4. de natura anim. cap. 2

Echo semper fit, sed non manifeste. 2. de anima tex. com. 80

Egrotantibus omnia amara videnť quia habent linguam submersam huiusmodi humore. 2. de aīa tex. commen. 104

Egritudo est mala dispositio in mē bro p quam membrum agit & patitur contra nām. 2. Coll. cap. 1

Egritudinis numer⁹ specierum, est sicut numerus spērum sanitatis: q̄ uis opinatū sit ꝙ maiores sūt species ęgritudinū q̄ spēs sanitatis, quia multæ ęgritudines habēt nomina, & sanitates oppositæ illis ñ hñt nomina: & tñ impossē est cognoscere ęgritudines perfecte, nisi per cognitionem suorum oppositorum: & ideo dictum est ꝙ disciplina cōtrariorū vna est. ibidem.

Egritudinum cōpositio: aut est cōpositio cōplexionis, aut est compō vicinitatis. 3. Coll. cap. 9

Egritudinum quatuor sunt tempora. ibidem.

Egritudinibus duplex contingit declinatio, vna ē ex debilitate virtutis sicut in mortiferis, alia ex debilitate ęgritudinis sicut in salubribus. ibidem.

Egritudinū genus quod ē cōtinuitatis solo est duobus modis: vnus est solo continuitatis virtutis: aliⁿ est separatio continuitatis termini a termino. 3. Coll. cap. 14

Egritudinum quędam sunt terminabiles crisi, & quædam sine crisi. 4. Coll. cap. 38

Egritudines sunt colericæ, aut sanguineæ, siue fiant cum apostemate membrorum principalium siue non 4. Coll. cap. 38

Egritudinum quædam sunt p essentiam in mēbro, & quędam per colligantiam alterius membri. 4. Coll liget. cap. 45

Egritudines plures vni mēbro possunt cōtingere, quarum vna sit sibi propria, & alia sit propter colligantiam cum alio mēbro. ibidē.

Egritudines plures per colligantiā diuersorum membrorum vni mēbro possunt contingere. ibidem.

Egritudines quæ sunt acutæ in terris Hippoc. in terris nostris pacutę sunt: & hoc manifestat ꝙ Hippocrates non curabat ęgritudines acutas nisi cū aqua ordei, & melli crato, 7. Colliget. cap. 9. de cura febrium putridarum in generali.

Egri qui a natura euadunt solū ex fortibus ægritudinibus in fine remanēt in ęgritudinibus quę temporaneæ dicuntur, sicut mihi accidit quando ægrotaui febre fortissima, & creticaui ex illa per apostemata ī testiculis, eo ꝙ mihi necessaria administrata non fuerunt: quia remansi arteticus: & podagricus. 7. Coll. cap. 31

Egritudines quędam a sola natura

curari possunt: quædam requirũt artis iuuamen, & in hoc ostenditur potentia medicinæ: quædam vero nec arte nec natura possũt curari: sed si aliqui euadunt, per accidẽs euadunt, sicut in rebus naturalib. monstra fiunt. 7. Colſ. cap. 31

Electio nõ sine mente est ex 11. ph. tex. cõmen. 52. & 11. primę philosophiæ cap. 7

Electio cuiusdam boni rei absolute apud eligentem semper debet eligi, & quidlibet eligẽs qui sic se hẽt continue dicitur eligere & deligere ipsum electum, nisi impedimẽtum contingeret aut ꝙ dimitteret ipsum pro melioti bono ex libro dest. disputa. prima. in solone secũdi dubij. idem 8. ph. com. 15

Elephantes generantur in his duobus locis. videlicet in vltimo oriẽtis & in vltimo occidentis. 2. cœli. tex. commen. 111

Elephantus sensorium olfatus peculiari quadam proprietate prę cęteris animalibus sortit⁹ est: nam vtitur eo & ad potum & ad cibum. ex 2. de partibus anim. cap. 16

Elephantus est animal terrestre simul & palustre. ibidem.

Elephãtus nare arbores cõplectẽdo euellit, & vtit ea loco man⁹. ibid.

Elephantus non reperitur in prouincia Andalugiæ, neq; in regionib⁹ meridionalibus: fertur tñ ꝙ inuenitur in extremis regionibus meridionalibus vbi sunt magna deserta. Auer. in 2. de partibus anim. in ca. de instrumentis olfatus.

Elephãs solus viuit plusq̃ hõ Arist. in 4. de gene. anim. cap. vlt.

Elephantorũ vterus diutinus ẽ: biẽnio namq; gestatur ꝓp exuberantiam magnitudinis. ibidem.

Elephantis naris ꝓlixa valida, eiusque vsus idem qui manus: ea nanque cibos tã humidos q̃ siccos colligunt, capiunt, & in os admouent soli animalium oĩum 1. de natura animalium. cap. 11. vide etiam de hoc in 2. de natura animalium c. 1. vbi etiam multa de elephãto inuenies.

Elephantus fęmina incipit coire anno aut duodecimo cum celerrime, aut quintodecimo cum tẽtissime. Mas quinq; aut sex annos nat⁹ su peruenit: ineunte vero coitũ triennio interposito repetit quam grauidam reddidit: eandem prętera tangere nunq̃ patitur 5. de hystoria anim. cap. 14

Elephantem alij annos ducẽtos, alij trecẽtos viuere aiunt. 8 de natura anim. cap. 9

Elephantus ferarum omniũ mitissimus est & placidissimus. 9. de natura anim. cap. 46

Elemẽta Plato prim⁹ appellasse traditur causas intrinsecas componẽtes rẽ, quę principia ab antiquioribus dicebant, vt tradit Eudemus vt recitat Simplicius in ꝓlogo primi phy. Ad hoc allusit Aristot. in 1. physi. in tex. cõ. 48 vbi dicit: oẽs enim elẽta & ab ipsis vocata principia, & vere sine ratione ponentes: tamẽ contraria dicunt tanq̃ ab ipsa veritate coacti. Ad hoc etiam aspiciẽs philosophus in 11. primæ philosophiæ capto primo quærit dicens. dubitabit aũt vtiq; aliquis si oportet quęrere quęsitam scientiam circa principia vocata ab aliquibus elẽta. & in principio secũdi de partibus anim. vbi ponit triplicem esse compositionẽ primã vtiq; quis ponit eam, quę ex voca

tis

tis ab aliquibus elemẽtis, puta terra,aqua,aere,igne.

Elementum in propria significatione sumptũ sumitur pro cãis intrinsecis, sicut & mria & forma. Cõmenta. in prologo primi phy. cõm. 1.& facit expositio Alex.vid causam 5.meta. cõm.4

Elementorum cœlum est causa agens conseruans, & veluti fora & finis. tractatu 4.in paraphra.met.

Eleméta causantur a motu magno: & ideo corpus circulare necessario est eorum agens ꝙ conseruans.ex paraphr.meta tract. 4

Elementa esse contraria non est ꝓpositio per se manifesta,sed declaratur in scientia naturali. Cõmẽtator. 3.physico.cõment.42. vide ibidem cõmen.44. & 2.de generatione & corrupt. tex. cõmen.7.& in te.cõm.49

Elementa non habent motorem in actu & motum in actu,quia sunt composita ex materia & forma, & motor est in actu & motum in potentia 4.ph.cõmen.71. 8. physic. cõmẽ 30.2.cęli cõmen.28.4. cęli. 22.24. & 25

Elementa nõ possunt moueri in vacuo,quia motus fieret in instanti. 4 phy.cõ.71.74.& 8.phy.cõmen. 82.3. cęli.28

Elementa in suis naturis succedunt sibi in nobilitate, sicut succedũt sibi in situ: & nõ solum hoc est ī elementis, verum etiam & in corporibus cęlestibus. Auer. 1. cęli cõ.16. idem in 12.primæ philosophię ꝓ. 4.& in 2.cap. de substantia orbis. & in 2.cœli.42

Elementa habent figuram accidentaliter:cœlum vero essentialiter.2. cœ.com.22.& 3.cęli.com.67

Elementorum esse est propinquius materiæ:cœli vero est propinquiꝰ formis 2.cœli.cõ.22.idẽ 1. cę.24

Elementa de suis substantijs requirunt dum sunt in suis locis naturalibus, vt figurent sphericę. qm̃ motus eorum a centro,& ad centrum est motus ęqualis ex omnibus partibus i ꝙ intendunt dimensiones ęquales.& quiescunt in dimensionibus æqualibus.2.cęli.cõ. 26.idẽ ibidem.com. 30

Elementa quanto magis appropinquant corpori cęlesti, tãto magis recipiunt leuitatem & cõnexionẽ 2.cęli com. 32

Elementa non habent quantitatẽ terminatam.2.cœli.cõ.95, vide in concordantijs.

Elementa non habent figuram naturalem cũ recipiant omnem figuram vnde ęquiuoce dicuntur habere figuram elementa:animal,& cœlum.2.cœli com.108.

Elementa considerãtur in scĩa libri de cęlo inquantum simplicia sunt 3.cęli cõmen.primo. Inde eliciunt aliqui ex mente Auer.corpus simplex esse subiectum, non mũdum seu vniuersum, vt tenuit Alexander imitans in hoc Simplicium, sed hoc non est verum,sicut late, probauimus in quæstionibus nostris Miscellaneis.Quantũ autem spectat ad præsentẽ authoritatem, verba sequentia declarant mentẽ eius:quia subdit ꝙ considerare de simplicibus est in hoc libro,vt daret intelligere quòd simplicia considerantur in hoc libro, sed non sub ratione simplicitatis, quia in eodem met commento dicit,ꝙ elementa in scientia libri de cœlo cõsiderantur inquantum sunt partes

mundi, ne igitur illa nota reduplicationis esset causa erroris: iō statim declarauit seipsum, q̄ly inq̄tū, nō reduplicabat forale sed materiale: quia verum est q̄ corpora simplicia considerantur ibi, sed nō ratione simplicitatis īquātū sunt partes mundi.

Elementa in scientia libri de cœlo cōsiderātur inquantum sunt partes mundi, & inquantum sunt subiectum: sed in scientia libri de generatione & corruptione considerātur inquantum sunt causæ cōpositorū gnabilium & corruptibiliū. 3. Cœli cō. 1. & com. vlt.

Elementorum motus quia non est a generante, nisi mediante forā generati, & motus primo & essentialiter fit a motore & nullo alio mediāte, pp hoc iste motus primo & essentialiter non est a motore extrinseco, sed a forma moti. 3. cœli. commen. 28

Elementorum idem est motor & motum secundum speciem, sed differunt fm modum: lapis. ii. mouet se inquantū est grauis in actu, & mouetur inquantum est potentia inferius. 3. cœli cōm. 28. idē 4. cœli. commen. 22

Elementum seu lapis non est motꝰ per se, sed assimilat' ei quod est motum per se, & ideo indiget in suo motu motore extrinseco, neque ēt numeratur inter ea quę mouētur ab extrinseco, quia non mouetur ab extrinseco immediate, sed a sua forma. vide in concordantijs.

Elementū mouet se mouendo medium, sicut nauta mouendo nauem mouet se per accidens. 3. cœli commen. 28

Elementum corporum est ad quod alia corpora resoluuntur intus existens potentia, aut actu ex 3. cœli. tex. com. 31

Elementorum dicitur in comparatione eius respectu cuius est elementū: & ideo corpus esse elementum est ei accidens. Cōmentator. 3. cœli. commen. 31

Elementa de quibus Arist. egit in libro phy. sunt alia ab illis de quib. egit in tertio & quarto cœli. Et elementum q̄uiuoce dī de illis & de istis 3. cœli. com. 30.

Elementa aut sunt partes mixti fm quantitatem fm dicentes gnationē fieri per congregationē, aut fm qualitatem & quantitatem fm dicentes gnationem esse transmutationē in substantia ex plurib' vno corpore. 3. cœli. com. 31

Elementum si est ex quantitate dēt esse pauciorum partium: & si ē ex qualitate debet simplicium. 3. cœli commen. 42

Elementorum generatio ex corpore duobus modis intelligi potest. 3. cœli. cōm. 56

Elementum est pars elementati. & ideo q̄ apud generationem alteri' corrumpitur fm totum, non ē elementum eius. 3. cœli com. 67

Elementum non est necesse vt sit denudatū a formis oīno. sed solū a formis quas recipit. 3. cœli. com. 67. secus aūt est de prima materia. & vid ibi causam: & inde ītelliges si forma corporeitatis sit ex mēte Auer. contra Grossiped.

Elementa cōcurrētia ad gnationem mixti corrumpuntur fm medietatem. 3. cœli com. 67

Elementorū substales formę sunt diminutæ a formis substalibus perfectis, & esse earū est medium inter

substan-

subas & accñtia 3. cœli comm. 67.

Elementorum formæ non recipiũt seipsas, nec elementa sunt sibi inuicem elementa, quia sunt eiusdẽ generis, & sunt in eodem ordine in substantialitate. 3. cęli com. 67

Elementũ indissolubile & incorruptibile est 3 cœli tex. com. 62.

Elementa mouent se accidẽtaliter, & quod mouent se pp suam motionem in mediũ, sicut gubernator nauis mouet secũ mouerit nauim 4. cœli, cõ. 22. & 3. cœli. cõ. 28

Elementa ablato medio nõ possent moueri 5. cęli cõ. 22. & 4. phy. cõ. 71. & 8. phy. cõ. 82. & 3 cœ. cõ. 28.

Elementa mouentur ad sua loca sicut res mouentur, & ad suas formas. 4. cęli com. 23. & tex. com. 22 & 23. ibidem.

Elementa non mouent ex se in rei veritate, sed ex extrinseco. & hoc vult determinare Aristo. 4 cę. cõ. 25. vide in concordantijs.

Elemẽta remoto impedimẽto mouentur a remouente impedimentum per accidens, & tunc etiã formæ eorum erunt mouentes per accidens & assimilantur illis quæ mouentur per se. 4. cęli com. 25.

Elementa possunt impediri a motu, licèt non impediãtur a forma, ita ꝙ impedimentũ diuidit inter formam & accidens consequens formam. ver. gra. lapis potest impediri a motu ad inferius, licèt non impediatur a forma: secus in alijs motibus 4. cęli com. 25.

Elementa mouentur ad sua loca tanquam ad fines: nam loca sunt fines motuũ eorum, & sunt quasi forma, quia sunt perfectiua 4. cęl. commento 25. & habetur ex tex. commenti 24.

Elementa media vt aer, & aqua, licèt dicãtur grauia & leuia, sunt tamen naturę simplices, & nõ dicuntur esse composita ex duabus naturis seu potentijs, nisi fm compatationem. Cõm. 4. cœli com. 26.

Elementa omnia grauitatẽ habent, præter ignem, & leuitatem, præter terram. 4. cœli tex. commen. 29.

Elementa media vt aer & aqua hñt respectũ inferentis violentiã magis velocem motuum deorsum q̃ sursum. vnde vt sic dicuntur plus esse grauia q̃ leuia. 4. cęli com. 29

Elementorum trium. scilicet aeris, aquę, & terrę, vniuersum & partes sentiunt sensu in suo loco naturali: partes aũt eorum cum sunt extra suũ locum naturalem, comprehẽduntur moueri ad totum, sed de igne nihil comprehenditur nisi partes: vnde notum fuit, ꝙ il'ę partes mouentur ad vniuersum existens in suo loco naturali: & hæc est demõstratio quia 4. cœ. cõ. 12.

Elementum quandoque dicitur de quatuor corporibus, & quandoq; de prima materia. quarto cęli cõmento 37. Vide 3. cęli. tex. cõ. 31. & quinto meta. tex. comm. 4.

Elementa non generantur reciproce, quia habent eãdem materiam: & si haberent materias diuersas non possent reciproce generari 4. cœli commen. 3. & 8. metaphysi. text. commen. 11. consimile in 8. Physicorum. commen. 46.

Elementorum potentię sunt æquales. 4. cœli. cõ. 30. vide in concor.

Elemẽta si ita differrẽt in materia, sicut differunt in forma, tũc fingerent se ad inuicẽ in loco, & nõ mouerẽtur ad inuicem fm perfectionem, cum contraria fugiant se, &

consimilia sunt ea quę copulãtur adinuicem 4.cęli. cõ.39
Elementum quod dicitur per prius debet esse omnino intransmutabile.2.de generatione & corrupt.cõ. 6 vbi aduertę ꝙ hoc nomẽ,elmtũ, dicitur ſm prius & posterius: & ratio elementi primo competit primæ materię. vt est videre in 5. primæ philosophię.cõ.4. vide etiam Auer.10.meta. cõ.2.& 3.cę. cõ.31
Elementum a primis contrarietatibus, quę sunt ſm tactum, solũ cõstituitur 2.de generatione. te.c 7
Elementa non inueniuntur in suis locis simplicia & pura.Cõmen.4. metheororũ cõ.10. Vbi nota ꝙ vt dicunt Peripatetici, simplicitas elementorum sola ratione perpenditur: & dicunt insuper ꝙ nõ qualibet impuritas remouet elmtum a sua simplicitate, ita ꝙ fiat mixtũ. Vnde Auic.in cap.de febre pestilẽtiali in 5.canone dicit. Nos nanq; cum aerem dicimus,nolumꝰ dicere aerem simplicem. Mundus qm̃ ipse non est aer qui nos circũdat. & si forte inuentus fuerit purꝰ forte est alius,& subdit.Et nos non dicimus illum aerem, nisi quemadmodum dicimus aquam maris: & tñ cum illa non sit pura aqua simplex,sed mixta ex terra,aer̃,&igne sed supertransiens est aqua.
Elementa omnia contrarietatẽ habent ad inuicem,quia differentiæ cõtrarię sunt 2.de gñatione & corrup.tex.com.24.& 22.& 49
Elementa simboleitatem habentia facilius transmutantur 2 de gñatione & corrup.tex.com.25
Elementum inquantũ elementum innatũ est manere cum sit pars rei elmtatę 2.de gñatione & corrupt. cõ.31.idem 5.meta.cõ.& te.4. idẽ 3. cęli,com.67
Elmta ex qualibet parte carnis generari possunt,contra Empedoclem 2.de generatione & corruptione. tex com.47
Elementa digniora sunt vt corrumpant q̃ vt generẽt, quapropter, si gñent res oportet vt habeãt agens ꝙ faciat ea per temperamẽtum & alterationẽ apta, vt aliquid fiat 2. de gñatione & corrup.tex.cõm.54
Ex quo patet ꝙ aliã imo cõtrariã dispositionẽ habere põt aliquid in ratione agentis principalis,& i ratione instrũ respectu primi alterãtis & mouentis ea ad mixtionẽ,sic sunt causę gñationis.& nota illud quia multas difficultates euades i philosophia naturali,& in medicina.vnde cõsimiliter habetur ex 2.d aĩa contra antiquos tex.cõ.41.d igne respectu augumenti, quia accurrit vt concausa,& nõ vt agens. Et ió in 2 de generat.tex. cõ. 55 contra antiquos Arist.inquit ꝙ sic aliqd faciunt,vt si quis serrę & vnicuiq; instrorum attribuit causam eorũ quę generantur. Necesse.n. est serrante diuidi,& diuidente coequari,& in alijs similiter. Quocirca,si qdẽ maxime facit ignis & mouet sed qũo moueat nõ vident,qm̃ deterius est quam organa.
Elementa omnia iudicem acceperunt præter terram.primo de aĩa tex.commen.59
Elementa comparantur materię. 1. de anima tex.com.82
Elemẽta carent sapore & odore,qa sapor & odor sunt mixti secundũ quòd est mixtum.ex libro de sensu & sensato.
Elemẽta sunt elemẽta per quatuor vir-

virtutes, vt eſt declaratum in libro de generatione & corru. 4. methe. cō. 1. & in 2. de gñatione & corru. tex. com. 8

Elementorum diſpoſitio eſt vt ſint æterna ſm ſpeciem, & ſint generabilia & corruptibilia ſm partem. Commenta. in 1. metheo. cap. 1

Elementa non habent ambas qualitates ſubſtantiales in fine. 4. methe. commen 10

Elementa non inueniuntur in ſuis locis ſimplicia & pura, ibidem.

Elementorum conſideratio rerum mobilium eſt propria ſcīæ naturali, ſed in ſcientia diuina conſideratur, vt ſunt principia ſubſtantiæ 1. meta. cōmē. 18. conſimile ibidem commen. 5 & 15

Eſſnta rerum diuerſarum in ſpecie eſſe conuenientia in ſpecie improbabile eſt 3. meta. contra Zenonē. tex. com 16. in fine.

Elementū non habet odorem neq; ſaporē, eo ꝙ iſta duo non ſunt niſi in compoſito 3. Coll. cap. 34

Elementum nō dicitur de cauſis extrinſecis, ſed de cauſis intrinſecis, & dignius de materia 5. meta. ꝙ 4. intelligendum ſumitur in ſignificatione ꝓprie dicta. vt limitat Cōmenta. 1 phy. com. 1

Elementi diffinitio ponitur & explanatur 5. meta. tex. com. 4

Elementi conditio non eſt vt nō ſit diuiſibile ſm quantitatē: ſed bene vt ſit diuiſibile ſm formā, ſicut ſūt membra organica, quę componūtur ex membris conſimilibus, quę non diuiduntur ſecundū formā: quęlibet. n. pars membri conſimilis participat nomen & rationē totius: quęlibet. n. pars carnis eſt caro, & oſſis os: & tamen bene talia ſunt diuiſibilia ſecūdū quantitatē. Cōmenta. 5. meta. cōm. 4. Nota tamen vt ex eodem cōmento Colligitur, ꝙ hoc non eſt verum ſ3 opinionē illorū, qui aſſerebāt lineas componi ex punctis, & corpora ꝓponi ex corporibus indiuiſibilib⁹. vnde ſm viam iſtorū, elementi cō ditio non ſolum eſt vt non ſit diuiſibile ſm formā, verū etiā dicit eſſe indiuiſibile ſm quantitatē. dictum igitur illud eſt verum ſ3 ſententiam Ariſto. Et aduerte ꝙ licèt Ariſt. dicat elementum non debere neceſſitate debere eſſe indiuiſibile ſecundum quantitatem, quia multa ſunt elementa quæ ſecundum q̄titatem diuidi poſſunt: tñ Ariſto. non negat, neq; Cōmēta. ꝙ etiam aliquod indiuiſibile ſm quātitatē inexiſtens rei quam componit, ſit indiuiſibile: alioquin vnitates non eſſent elementa numeri.

Elementi diffinitio data in 5 meta. elementū eſt, ex quo primo inexiſtente indiuiſibili ſ3 ſpeciē in aliā ſpeciem componitur vere competit primę materię. Cōmen. 5. met. com. 4. in calce cōmenti.

Elementū eſt in quod diuiditur inexiſtens, vt materia 7. meraph. tex. commen. vlt.

Elementa quæ non corrumpuntur ſ3 totum, ſed ſm partes aſſimilantur in hoc ꝙ agūt perpetuo: illis q̄ non corrumpūtur neque ſ3 totū neq; ſ3 partem ſ corporibus cœleſtibus. 9. meta 10. & in ſecūdo ☞ generatione & corruptione te. cōmento 89

Elementa quatuor ſunt corporū cōpoſitorū elementa, ſed non primo quia ſunt compoſita ex prima mā & formis ſimplicibus, ſed elemen-

ti nomen vere habet prima materia in compoſitis. 10. meta.cō. 2. Inde Collige duo ꝙ videlicet, primā materiā vere elementi tationē poſſidet. pro quo etiā vide in 5. primæ philoſophiæ in tex. cō. 4. ſcd3 vero ꝙ elicitur eſt ꝙ forma eſſnti apud Auer. appellatur forma ſimplex. Et ſic intelligas dictū eius ꝙ quęcunq; ſunt prętер primā materiā & vltimā formā, ſūt materiæ cōpoſitæ & formę cōpoſitę: oēs. n. alias formas a formis eſſntariis Cōmen. appellat compoſitas formas.

Elementa ſubæ ſunt ſubæ, & eſſnta relationis ſunt relationes: vnde ſi ſuba eſſet eſſntū relatiōis & alioꝝ, tūc oīa eſſent ſubſtantiæ: oē. n. cuius eſſntum eſt ſubſtantia eſt ſuba 12. primę philoſophię. tex. cō. 19. vide tn ꝙ intelligitur de eſſntis ꝑ pinquis, nam eſſnta ſubſtantię ſūt elementa remota aliorum prædicamentorum. ſicut notat Cōmen. & Philoſophus. 12. metaph. tex. c. 21. & 22. & infra.

Elementum & elementatū ſūt eiuſdem naturæ, ſed elementū in illa natura eſt ſimplex: & elementatū eſt compoſitum. 12. primę philoſophię. com. 10. authoritate Alex.

Elementum nō eſt idē cum ſuo elementato. 12. primę philoſophiæ tex. commen. 21

Eleméta nullo alio motu ex ſe mouentur q̄ locali. Themiſ. in principio ſecundo phyſic. & idem tenet Auer. ibidem.

Eſſnta ſūt ſphęricæ figurę, qa ambiuntur a corpore ſpherico. ex li. deſt. diſp. prima in ſol. 11. dubij.

Eſſntorum cōparatio ad cęlos eſt, ſicut puncta ad circulū ex lib. deſtr. diſp. prima in ſol 3. dubij.

Eſſnta ſunt mā mēbrorū ſimilariū: & ſimilaria ſūt materia organicorum. ex 2. de partib. aīalium. c. 1

Eſſntum quodlibet inuenitur in cōpoſito in potētia, ſed nō conuertit vt quicquid continet in aliquo in pōa, illud ſit ei eſſntum. Cōmenta. cōtra Gale. in 2. Coll. cap. 1. Colera enim vtraq; in pōa continet in sāguine: tn ſanguis non eſt eſſntum eis, ſīt acetum in pōa continetur in vino: vinum tn non eſt eſſntum aceti, aut fex & ſpuma nō ſunt vini eſſnta, ſed ſuperfluitates.

Eſſnta qn occurrunt corpori nō dāt ei niſi qualitatē, ſiue intus, ſiue extra adueniant. & iō mouēt nra corpora, ſed tn mouentur ab eiſdem: propterea quia qualitates cū quibus operantur eſſnta ſunt in actu, ſicut eſt calor in igne, & frigus niue, & qn eſſnta mouēt corpora ipſa non mouētur. i. non conuertuntur 3. Coll. cap. 3

Eſſntum dr̄ tripl̄r, vno mō illud ad qd reſoluit aliquid rōne forę, & iſto mō ignis, aer, aqua, & terra dicunt eſſnta cęterorū ꝓpoſitorū: alio mō ꝑ eo ꝙ credit eē minima pars rei, vt ſumūt ponētes Atomos: tertio mō vl̄a dr̄ eſſnta particulariū apud opinantes vl̄a eſſe principia rerum ex paraphraſi meta. trac. 1. cap. 1. de elemento.

Embrio eſt pars aīalis: & iō neceſſe ē vt nutriatur ex nutrimēto illi⁹ rei cuius ipſe eſt pars. Auer. in 2. de gn̄a. anim. cap̄o. Qūo fętus in vtero aīalium augeatur, & habet ab Ariſt. ibidem in cap. 5.

Empedocles poſuit cām efficiētem ī prima gn̄atione, & Anaxagoras, ſed in alijs dimiſerunt eā. 2. phyſic. tex. cō. 75. vide in concordantijs.

Empe-

Empedocles generat mundum ex quatuor elementis, quæ erãt principia materialia apud ipsum: lis vero & amicitia erant causæ agentes. 8. phy. tex. com. 2.

Empedocles opinabatur mundum generari quando multiplicatio fit per litem, & corrumpitur quando aduinatio fit per amicitiam. ibidem.

Empedocles opinabatur cœlum esse compositum ex quatuor elementis & amicitia tantũ, non enim est in eo lis, quia ĩ cœlo sunt partes diuersæ. Com. 8. phy. com. 2.

Empedocles posuit amicitiam & litem in entibus fm similitudinem amicitiæ & litis in hominibus, vt quemadmodum amicitia congregat homines: lis autẽ segregat: ita in entibus sunt duo entia similia istis, vȝ, odium naturale, & amicitia naturalis. 8. phy. te. c. 14.

Empedocles opinabatur elementa & spherum. i. Deum eẽ principia. Them. 1. physi. super tex. 32. nota tamen q̃ spherum cœlum appellabat, & hoc apud ipsum Deus erat.

Empedocles ponens mundum generari de nouo, posuit motum localem præcedere omnes motus: & similiter Anaxago. & Democritus 8. phy. te. com. 77.

Empedocles posuit corpora simplicia fm tempus fuisse ante motum 2. cœli. te. com. 89.

Empedocles opinabatur orbes esse deos, & erant apud ipsum compositi ex quinq;, vȝ, ex quatuor elementis, & ex amicitia, & ideo reputabat Deum esse immortalem: lis enim est causa corruptionis: licèt bene narrauerit q̃ ipse iam opinabatur mundum corrumpi & generari. sed forte non opinabat hoc nisi ĩ eis quę sunt sub sphera: quãuis ipse videtur hoc opinari ĩ omnibꝫ partibꝫ mundi. 1. de anima com. 80. Themistius etiam ibidẽ dicit Empedoclem Deũ spherum appellasse.

Empedocli accidit insipientissimũ esse Deum: solus enim elementorum vnum non cognoscit discordiam: mortalia aũt omnia, ex omnib. n. vnumquodq; est. 1. de anima. tex. com. 80. & 3. meta. te cõ. 5. Consimile scribit Philosophus in 3. primæ philosophiæ. t. cõ. 19. vbi dicit pp qđ & accidit ipsi felicissimum Deum minus prudẽtem eẽ aliis: non enim cognoscit elementa omnium, nam odium non habet: notitia vero simili sibi fiat. Et hoc scire poteris de mẽte Arist. fuisse, Deum omnia intelligere: alioquin argumentum quod adducit in ꝓallegatis locis facile potest in ipsum retorqueri. & licèt in 12. primæ philosophię excluserit a diuina cognitione singulariũ ipsorum cognitionem, & quia infinita sunt, & quia vilescceret, nõ pp hoc omnem cognitionem de istis inferioribus exclusit in intellꝛu diuino. Cognoscit enim ea nobiliori modo quã sit intellectio eorum in ꝓpria forma existeret. vnde non vt derogaretur pfectioni intellectus diuini talem cognitionem sub rõne qua singularia sunt: & cum ꝓprius eorum ꝓprietatibꝫ ab intellectu diuino remouit, sed vt attribueret simplicissimam & perfectissimam cognitionẽ, intellꝰ. n. diuinus intelligit entia in altiori gradu vnitatis, simplicitatis, & nobilitatis, quã aliquis intellꝰ possit: ĩtelligere: nam intelligẽdo se qui est

Digressio de cognitione Dei beneficii fm peripateticos

eius

ens per essentiã, nihilo aliorũ dẽ ignorare, quia oĩa sunt entia per participationẽ respectu eius, quæ nobiliori modo sunt in ipso quã sint in propria forma, & nobiliori modo intelliguntur in ipso quã intelligant, aut intelligant in propria forma. Et sic dixerunt Peripatetici intellectum diuinum vnum intelligendo solum modo omnia cognoscere & nobiliori modo q̃ aliquis intellectus posit capere. Et ideo dixerũt scientiã Dei benedicti non esse neque vniuersalem, neq; particularẽ, neq; in potẽtia quãdoq;, neq; in actu quandoq;: istæ enim sunt diuisiones & modi scientiæ nostrę, quæ ęquiuoce dẽ cum sciẽtia Dei: nam scientia Dei est cã totius entis causati: & scientia nostra est causata ab ente: & sic posuerunt mundum esse sub diuina prouidentia. & talis dependentia est in nobiliori gradu q̃ esse possit aut intelligi. vñ scribit Cõmen in 2. phy. suę auscultationis in commento 75. & ista propositio, videlicet quæ dicit. Naturam agere propter finẽ, est maxima, & est fundamentũ in scientia naturali, & in sciẽtia diuina: & declarans qũo sit maximũ fundamentum in scientia diuina dicit ꝙ, si diuinus nõ concesserit eã non poterit probare, ꝙ Deus habet solicitudinẽ circa ista quę sunt hic. & 12. primæ philosophiæ. com. 37. ostendens modum quo intellectus diuinus habet solicitudinẽ eorũ quæ sunt hic dicit: dicentes autẽ ꝙ Deus solicitus est circa vnumquodq; indiuiduũ, aliqualiter est verum & aliqualiter nõ: quia nullum indiuiduũ habet dispositionem propriam, nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. Et hoc igitur modo verũ est Deũ solicitari circa indiuidua solicitudo autẽ circa indiuiduum tali modo ꝙ nullus habeat cõicationem cum eo hoc nõ est fas bonitati diuinę, quod qũo & qualiter sit intelligendum ample declaraui in concordantijs. Et qui vult diffuse & resolute videre peripateticorum viam, videat quæ scripsi in proprio theoremate de intellectione primi contra Io. de Bachone, & alios. Nos aũt licèt ista scripserimus ex mente eorũ: firmiter tamen credimus & nullatenus dubitamus Deũ omnia cognoscere sub rationibus singularibus. verũ enim est quòd diuino afflatus spiritu propheta testatur: Et humilia respicit in cœlo & in terra.

Empedocles quatuor elementa asseruit esse principium materiale omnium ex erratis. primi meta.

Empedoclis mentẽ si quis inspexerit, & nõ ad ea quæ dicit balbutiẽdo, inueniet concordiam bonorum, litẽ vero malorum causam esse: quia si quis dixerit Empedoclem bonum & malum quodammodo causas seu principia dicere benedicet. ex 1. meta. cap. 2.

Empedocles primus præter veteres hanc causam diuisam adduxit scilicet efficientem, & non vnũ principium motus, sed diuersa atque contraria fecit. 1. meta. ca. 2.

Empedocles primus in materię specie quatuor elementa dixit: non tamen vtitur quatuor, sed vt duobus existentibus solum igne secũdum se, oppositis vero quasi vna natura terra, aere, & aqua.

Empedo-

Empedocles ſolus ex antiquis vltra materiã inuit cauſam formalem ſed non dixit eam aperte. 1. meta. tex. commen. vlt.

Empedocles exiſtimauit cœlũ eſſe Deum cõſtantem ex quatuor elemẽtis, & amicitia ſine lite, ſed omnia gñabilia & corruptibilia ſm ipſum ſunt compoſita ex quatuor elementis, & amicitia & lite. 3. meta. tex. com. 15.

Empedocles dixit permutantes habitum permutare prudentiam: ad præſens enim augetur cõſilium in hominibus. 4. met. tex. cõ. 21. idẽ 2. de anima. tex. com. 150.

Annotacio ſup. 1. phy. t. cõ. 22. cõtra Alexã. & Simpli.

Empedocles licèt dixerit mixtionẽ eſſe formã rerũ, ipſe tñ non poſuit veram mixtionẽ ſm q̃ de eo narrauit Ariſt. alibi, ſed per mixtionẽ intellexit compoſitionem. Cõmẽ. 5. meta. cõ. 5. pro hoc dicto Auer. vide in 2. de genera. & corrup. tex. com. 37. & etiam in primo eiuſdẽ. tex. com. 85. Ex quo patet ſolutio adargumentum & dubitationem Alexan. in 2. phy. in tex. com. 22. vbi Ariſt. ſoluens quæſtionem ibi propoſitam, an eiuſdem ſciẽtię ſit vtrãq; naturam cognoſcere. ſ. materiam & formam, an alterius ſolũ modo dicit. in antiquos q̃dẽ aſpiciẽti videbitur vtiq; eſſe materiei. ex parua. n. parte quadam Empedocles & Democri. ſpeciẽ & quicquid erat eſſe tetigerunt. Dubitat autem Alex. pp quid non meminit etiam Anaxagorę: nã quẽadmodum Emped. ea ratione formam, & quod quid erat eẽ tetigiſſe viſus eſt, quia vltra quatuor elemẽta quę poſuit concurrere in rõne materię, poſuit etiã litẽ & amicitiam, quæ concurrebant in rõne efficientis, ſic pariformiter Anaxa. vltra partes ſimilares, quæ gerebãt vicem materię poſuit intellm, qui ſupplebat vicem cauſę efficientis: Soluens aũt Alex. huiuſmodi dubitationem rñdet propterea Anaxa. opinionem a philoſopho fuiſſe neglectam, qui intellectu illo ſeparato non vteret Anax. in gñone. Sed contra iſtam ſolutionẽ inſtat Simpli. nam generatio ſm Anaxa. ponẽtem quodlibet eſſe in quolibet fiebat perſegregationẽ: ſegregatio autem fiebat per motũ localẽ, ſed cã motus ſm Anaxa. erat intellus ſeparatus, vt patet. 8. phy. te. c. 77. & clarius in 8 phyſi. in tex. cõ. 37. ſcribit Ariſt. vnde Anaxa. intellm impaſſibilem affirmans & immixtum eſſe. qm̃ quidem motus principium eſſe facit, ſic. n. vtiq; ſolum mouebit cũ ſit immobilis & imperabit cũ ſit immixtus. Simpli. autẽ aliter ſoluit, inquit. n. q̃ ideo Ariſ. non meminit Anaxa. quia intellus ille non erat forma mãlis, ſicut eſt forma naturalis, quæ eſt i materia ſed in veritate iſta ſolutio Simpli. minus longe ſatisfacit quàm ſolutio Alexan. Nam ea ratione etiam Ariſtote. non debuit meminiſſe opinionis Empedoclis, quia vt habetur, primo phyſi. tex. commen. 48. vbi Ariſtote. ponit differentiã inter opiniones antiquorum inquit: Differunt autem ad inuicem quòd hi quidem priora, & alij poſteriora ſuſcipiunt: & hi quidem notiora ſecundum rationem, illi autem ſecundum ſenſum: hi quidem enim calidum & frigidum, illi autem humidum & ſiccum: alij autem imparem & parem, quidam autem concordiã, & diſcordiã cãs

ponunt

ponunt generationis: hæc autem differunt ſm prędictum modum. vbi patet ꝙ enumerat opinionem Emped. ponentis concordiam & diſcordiam in numero eorũ, qui poſuerũt principia notiora ſm rationem, vt exponit Themi. Commenta. & ipſemet Simplicius citat carmen Empedocl. in illo loco, loquentis de lite & amicitia, videlicet, ἀλλὰ σὺ μῦθον ἐμοὶ νόῳ, μὴ δ' ὄμμασιν ἔσπ ἰωμαχῆς, id eſt, ſed mente inquit, inſpice neq; oculis conſpicere ſperes. Aliam etiam Simplic. intulit ibi expoſitionem ꝙ ideo Anaxag. non meminit, qa intellectus eſt cauſa efficiens, ſed ſegregans iam inexiſtentes res. ſed ſermo philoſophi eſt de cauſa vere efficiente: ſed nec iſta ſolo ſtare põt, quia etiam pariformiter nec opinionis Empedo. debuit meminiſſe, quia lis & amicitia nõ ſunt cauſa generationis & corruptionis niſi per congregationem & ſegregationem, ex qua vere non reſultabat aliquod mixtũ ſm rem, ſed ſolum ſm apparentiam tãtum, ſicut hr̃ in 1. de generat. & corrupt. tex. comm. 85. & in 2 de generat. tex. comment. 37. & habet in præſenti loco. 5. met. com. 5. Dicamus igitur nos ſermonẽ conueniẽtem ꝙ Alexan. & Simpli. expoſitiones in hoc conueniunt, quia credunt Ariſt. ea ratione dixiſſe Empedoclem aliqualiter tetigiſſe formã, & quodquid etat eſſe rerum naturalium, quia poſuit litem & aĩam vltra elementa, quę ſunt tãquam materia. ſed in veritate hoc nõ intellexit Ariſt. in præſenti loco, quia ſine dubio tũc meminiſſet opinionis Anaxagoræ, ſi hoc ad cauſam efficientem Ariſto. retuliſſet, cuius argumento eſt, ꝙ in eodem 1. phyſic. in tex. com. 75. vbi in ſimili dicit, quòd in cauſam materialem omnes inducunt, quoniã quia calidum huius eſt & frigidum, vnũquodq; igitur taliũ hęc ex neceſſitate ſunt, & fiũt, & apta nata ſunt. Et nanque ſi aliam cauſam dicũt quantacunque gaudere ſinũt: hic quidem cõcordiam & diſcordiã, ille vero intellectũ. vbi Commenta. in commẽt. ſcribit. Et quia quidam iſtorũ dicunt agens in generatione mundi nõ in omnibus generationibus, vt Empedo. amicitiam, & litẽ: & Anaxagoras intelligentiam dixit, quoniam etſi ponam, ideſt dicimus ꝙ iſti homines reducunt omnia in cauſam materialem: quia iſti etſi ponũt aliam cauſam. ſ. agentem, vt Emped. & Anaxago. modicum perceperunt eam, & cõceſſerunt eam in principio generationis mũdi, deinde dimiſerunt eã in alijs rebus. Et propterea vr̃ mihi ꝙ Ariſt. referẽ hoc ad cauſam formalẽ, & non ad cauſam efficientem, & fundo opinionem meam in præſenti loco. in 5. met. tex. com. 5. vbi Ariſt. ponens ſignificata naturæ, dum ponit naturã quæ eſt forma per quã oſtendit quid ſit res, dicit. Amplius autem alio modo natura dr̃ exiſtentium ſubſtantia, vt dicentes naturam primam compoſitionẽ eſſe, vt Emped. dicit, ꝙ natura nullius eſt exiſtentium, ſed ſolum mixtio & permutatio mixtorum eſt, vbi Commẽ. in com. ſcribit. Nam tertio modo dr̃ illud qđ eſt ſubſtantia rerum naturalium, quæ datur ad interrogationẽ factam p quid,

ſcilicet

scilicet formam, sicut quidam dicũt ꝙ natura rerum, natura est forma primæ compositionis in vnaquaq; rerum naturalium, qui.n. opinabantur elementa non admiscerí, & ꝙ sunt existentia in actu ī eo, cuius sunt elementa, non tenẽt formam rei factę ex elementis, nisi in compositione & figura, sicut est dispositio in domo, quę fit ex lateribus & lapidibus, & hoc dicit pp Democritum, Commen. & philosophum vt patet. 1. physi. tex. cõ. 41. vbi d. ꝙ posuit principia differre positione figura & ordine. Dein de sequitur. d. aut sicut Empedoc. qui d. ꝙ mixtio & mutatio mixtorum sunt in mixtione naturæ rerum generabilium. s. ꝙ formæ & substantię rerum gñabilium sunt in mixtione & mutatione partiũ, & iste homo licèt expressit hoc nomen mixtio, tamen non opinabat veram mixtionem esse ſm ꝙ Arist. narrauit de eo alibi, sed solũmodo per mixtionem intelligebat compositionem. Ecce per vitam meam, quãtum iste locus facit apte ad istam expositionem illius loci in 2. physi. quia ibi generaliter omnes antiquos, dicit in cõne q̃ rente. Vtrum naturalis intersit cognoscere vtranq; naturam. s. materiam & formam, tñdere, ꝙ solũ de materia exceptis duobus. s. Democrito qui vltra propria athomalia quę concurrebant in ratione materiæ posuit quodammodo etiam formam, quia reddens causam diuersitatis in compositis asserebat illam diuersitatem prouenire exposítione figura & ordine. Empedo. etiam vltra elementa, q̃ erant materia: & litem & amicitiam q̃ erãt non causæ formales mixtorũ, sed efficienter tetigit quodammodo formã, quia dicebat mixtum nihil aliud esse nisi talem elementorum compositionem, sed quia illa mixtio non erat vera mixtio, quia ex illa nõ resultabat aliqua forma superaddita miscibilib⁹. vt tenet Arist. & rei veritas est, ideo dr Empedoclem etiam tetigisse quodammodo formam, pro hoc vide etiã in 2. de generatio & corruptio. in tex. com. 41. & 40. vbi Aristot. reprehendit Emped. quia non assignauit verã causam, quia generata habent magnitudines terminatas. dicit.n. Non.n. amicitia, aut lis sunt causa, quia congregationis hęc, illa vero segregationis causa est, hę autem est substãtia vniuscuiusq; sed non solum & mixtio & separatio mixtorum, quemadmodum ille inquit. Ecce quòd nõ perfecte Empedo. cognouit formam, quæ est substantia, & quodquid erat eẽ vniuscuiusq;, sed solum tetigit assignando esse mixtionem illã, quę nõ erat vera sed compositio sola. Vnde mirum est de Alexandro & Simplicio, qui referunt hoc ad causam efficientem cum qõ physic. de forma sit nõ de efficiente, licèt idẽ subiecto efficiens & forma eẽ possit, & est solutio quietás intellectũ sicut vides, vnde ex hoc elice vnũ pulchrum contra cõe dictũ ꝙ Empedocles licèt cõiter dicat duo principia posuisse, materiã, & efficiẽs. Dic tamen ex præsenti loco, & ex 2. physico. 22. ꝙ etiam aliqꝫ. liter tetigit formam.

Empedocles cãm sterilitatis mixtorum mixturam seminum opinabatur, quę ex molli veraque materia

ria generatur, cuius impugnationem vide in 1. de generatione animalium. cap. 6.

Empedocles opinabat ꝙ causa maris & fœminę sit caliditas & frigiditas vteri, cuius impugnationē vide in 4. de genetatio. animal. cap. 1. ab Arist. & Auer. ibidem.

Empedocles non recte putauit, aut nō bene vsus verbo translatiuo' est cū dixerit octauo decimo mensis pus extitit albū, putredo em̄ concoctioni contrarium est, pus autē putredo est, lac vero est res concocta prorsus, Arist. in 4. de generat. animalium. ca. 8. Inde scire potes qūo in philosophia naturali, & in demonstratiuis scientijs translati tia verba & metaphorica minime adduci debent. Vide in 2. Poster. analiticorum. vbi præcipitur non esse diffiniendū per metaphoras.

Endelechia & perfectio absq; eo cuius est esse nō potest, quemadmodū neq; terminus absq; eo, cuius est terminus. Alex. 1. de anim. c. 1. quo probat animam esse inseparabilē a corpore, tu tñ nota quod endelechia equiuoce dr̄ de anima intellectiua, & de alijs, vt notat Comm. 2. de anima. comm. 11. & 3. de anima cō. 5. Nota etiam ꝙ refert considerare animā intellectiuā vt anima est, & refert considerare ipsam vt intellectiuā, quia differt valde anima ab intellectu, vt patet 1. de anima cō. & tex. 25. & infra, & per hoc solues Achillem Alexan. & sequacium.

Ens nomen dr̄ de necesse esse & de alijs analogicę, sicut istud nomen caliditas dicitur de igne & de alijs rebus calidis. dispu. 5. in solu. 3.

Ens est genus subsitātiæ & sumitur in sua diffinitione illo modo quo sumuntur terū genera in diffinitionibus earū, vt hr̄ ab Alpharabio in suo libro de demonstratione. ex dispu. 7. in solu. 1. dub. cōtra Auic. nota tñ ꝙ loquitur de genere analogo propter dictū Porphyrij & Arist. in 3. meta. contra Platonem, asserentium ens nō esse genus. Plato enim opinabatur ꝙ ens esset verum genus vniuocum, vt notat Alexander in 3. metaphysicæ, & Diuus Thomas.

Ens nomen est quod dr̄ multipliciter de decē prædicamentis. 1 phys. com. & tex. 13. idem 5. meta. text. com 2. & 7. meta. te. com. 10. Non valet glosa Scotizantium, qui asserūt ens esse multiplex multiplicitate suppositorū, quia decē genera generalissima, similiter Deus & creatura sunt partes subiectiuæ entis. Nō tñ ista multiplicitas impedit vniuocationē, alioquin genus equiuoce diceretur de suis speciebus & species de indiuiduis, sed multiplicitas significationum est quę impedit vniuocationem sicut canis, sed in veritate ista glosa est contra Arist. in 1. phy. in loco prę allegato. vbi disputatur contra dicentes ens esse vnum principium suę disputationis, fundat super diuisione significatorum entis, sicut clare patet intuenti tex. 13. & omnes expositores Græci & Cō. hoc asserunt. Amplius autem, si Arist. disputās in illo loco accipit principiū suę disputationis hoc prę supositum, ꝙ ens dr̄ multipliciter, si illa per vos est multiplicitas suppositorum cum ibi arguat contra illos qui ponebāt vnum esse ens, tales, n. non faciebant differentiā

inter

inter ens & principium. Ineuitabiliter igitur ſequit̃ ꝙ in tali diſputatione Ariſt. peteret, qui aduerſarius ſtatim dicens ens eē vnum negat de facto ens habere ſub ſe multitudinem ſuppoſitorum, vt patet intuenti. Amplius Ariſt. in eodem 1. phyſi t. cō. 25. vbi ſpecialiter arguit cōtra Parmenidis ſyllogiſmū in quo arguebat, quicquid eſt, pr̃ter ens, eſt nō ens. & quicquid ens non eſt eſt nihil. igitur tm̃ vnum eſt ens. d. ꝙ paralogizat per fallaciam equiuocationis, quia tō ſua falſa eſt & cōcludens, quia ſimpliciter accipit quod eſt multipliciter dictum. vnde Commēt. in com. exponens illū locum dicit, ꝙ propoſitiones eius ſunt falſę, quia vtit̃ hoc nomine ens, ita ꝙ dicatur de vna intentione, ſed dictum eſt de plurib. Ecce igitur ꝙ iſta multiplicitas importata per nomen entis, & multiplicitas intentionum: quia, inquit ꝙ hoc nomen intendimus vnum decem prędicamentorum. v. g. ſubiectum aut quantitatem, tūc non erit verum dicere ꝙ quodquid eſt nō ens, eſt nihil, qm̃ non ſequitur vt illud quod non eſt ſubſtantia, aut quantū, vt ſit nihil. ergo propoſitiones eius non ſunt verę, niſi per hoc nomen ens intelligamus omnia decem prædicamenta. Sed tūc non cōcludit illud quod intendebat ꝙ ens eſt vnū, & patet ꝙ ratio Ariſt. conſiſtit in hoc ꝙ Parmenides paralogizat, ex hoc præcipue ꝙ multipliciter dicto quantum ad ſignificata vtitur tanquā ſimpliciter dicto, & confirmatur, quia conſuetudo Ariſtot. in omni diſpu. in qua ē termin⁹ multiplex tali multiplicitate ſignificatorū, q̃ ex equiuocatione eſt diſtinguere illā multiplicitatem, immo dat regulam in hoc libro elencorum. Et eſt etiam expreſſe in 1. cęli. in tex. com. 110. vbi dicit expreſſe. multipliciter. n. dictis & ſi nulla dria ad ſermonē neceſſe intellectum confuſum habere, ſiquis diuiſo multipliciter tāquam indiuiſo vtatur: immanifeſtum. n. ſm quam naturam ipſi acciderit quod dictum eſt. Amplius lucidiſſimus Them. in expoſitione illius tex. com. 13. ſic exponit. Initium igitur eorum omnium quæ ſumus dicturi, cōmodiſſimum eſt percunctari, quid illis ſignificet id quod ens vocamus, vtrum putent multiplicem eſſe illius ſignificatū an ſimplicem, ſi multiplicē, vt nos in prædicamentis oſtendimus, &c. Ecce bone Deus, quod. d. de mente Ariſto. in prędicamentis fuiſſe ens eſſe multiplex. quo ad ſignificata, quod oſtendit ſermo Ariſt. in prædicamentis. eorum. n. inquit, quæ ſm nullam cōplexionem dicunt̃, ſingulum ſignificat, aut quantitatem, aut ſubſtātiam, aut qualitatē rei. Et quinto primæ philoſophię, tex. com. 14 facta diuiſione inter ens ſm accidēs, & ſm ſe, ens ſm ſe ſic diuidit dicens, ſm ſe vero dicuntur eſſe quæcunq; ſignificant figuras ꝓdicationis, quoties enim dr̃, toties eſſe ſignificat. Amplius 4. meta. tex. 2. dicit. ꝙ ens dr̃ multis modis, ſed ad vnum & vnā aliquā naturam, & non equiuoce. vñ Cōmen. bene ponderat illud in commen. Et ita aſſerunt omnes Peripatetici antiqui hoc nomen ens dicit̃ multis modis, & non equiuoce, ſicut canis qui dr̃ de latrabili & marino, neque vniuoce vt animal de

homine

homine & asino, sed est de noibus attributis vni, & sunt media inter vniuoca & equiuoca, est. n. equocum analogum non purum equiuocū, quia tale nullius scietię pōt eē subiectum & immorati, in hoc amplius est superfluum, cū aliibi scripserim diffusius. Amplius Aristo. in 1. phy. expresse testat in tex. com. 21. Expresse dicit hoc nomē ens dici de pluribus fm rōnē, quæ tamē sunt vnum fm suppositum. vnde Cōm. ibi in cōmē. dicit, hoc nomen ens dicitur de pluribus fm diffinitionem & vno fm subm.

Ens & non ens dicuntur de decem prędicamentis. 1. phy. com. 25

Entia esse vnum in forma impossibile est opinari, sicut īpossibile est opinari q̄ sint vnum in materia. 1. phy. com. 24. vide in concord.

Ens in potentia non est priuatio pura. neque est actio pura. 1. physico. commen. 78

Ens in potentia est aliquid cui accidit priuatio nō in substātia ei⁹. 1. ph. com. 29. Ex quo patet materiam in sui prima notione præcedere potentiam & priuationem, vt dicit lucidissimus Them. in aurea digressione, 1. phy.

Entia separata esse non demonstratur nisi in scientia naturali. 1. ph. com. vlti. contra Auic. & 8. phy. c. 3. & 2 physi. 26. & in lib. destru. in disputatione. 4

Ens cum diuiditur fm diuisionem demonstratiuam intrabit vna natura in plures artes. 2. physi. c. 71. Pondera, quia dixit fm diuisionē demonstratiuam, quia aliæ sūt diuisiones entis absolute cōsiderati, & aliæ sunt diuisiones entis, vt cadit sub opere animę, vt aliàs declarauit tibi in Theorematib⁹. Ex hac authoritate colligitur q̄ de eadē re possunt plures scientię considerari fm diuersas ratiōes formales idem 2. ph. t. cō 18. de lineis mathematicis & naturalibus.

Entia naturalia sunt in potentia, & in actu tribus modis, aut in duob⁹ temporib⁹ respectu eiusdem, aut in eodem tempore respectu duorum, aut in eodem tempore respectu eiusdem, sed duobus modis. 3. phy. 8. & 9. com.

Ens tribus modis. s. actu & potētia & fm compositionē ex acto & potentia. 2. ph. cōm. 58. vide cōmen. 3. tertij. physi.

Entia successiua non habent esse cōpletum extra animam. sed esse eorum completur ex opere animę. 4. phy com. 88. & 104. & 109

Entia completa sunt illa, ī quorum esse nihil facit anima. 4. phys. cōmento. 88. & 131

Entium quædam semper mouētur vt cœlum, quędam semper quiescunt, vt terra, quędam quandoq; mouentur, & quandoq; quiescūt, & sunt quęcunq; sunt infra cœlū, & supra terram. 8. ph. com. 19

Entia naturalia in motu, & quiete diuidūtur quinq;, aut septem modis. 8. ph. te. c. 21

Entis in actu terminus est vt sit tangibile cum sit impossibile reperire corpus non tangibile. Et oē tangibile comprehenditur per sensum tactus 8. phy. commen. 23. vide in concordantijs.

Ens qnodlibet in actu est in tempore, videlicet demonstrato. 8. physi. tex. commen. 62.

Entia quorū nobilitas est in actione sunt diminuta respectu entium

quorum

quorum nobilitas est in ipsis, quia illa quorum nobilitas est in actione, non acquirunt nobilitatē per se, sed oportet q̄ habeant aliquod exemplum quod dedit eis illd̄ pp quod est actio, & etiam quia sunt pp illud quod facit ipsum, & illud pp quod facit illd̄ quod est factū. 2. cęli cōm. 63. videtur Auer. ponere exemplaria & ideas quas Arist. impugnat vbiq;. vide in concord.

Entia quęcunq;, non intendunt p suas operationes nisi vt assimilent perfęcte nobili, quod est Deus f̄m q̄ possunt. 2. cœli. c. 64. idem. 2. de aīa. t. c 34. & 1. ph. t. cō. 81. & 12. meta. com. 44

Ens cui accidit respectus f̄m qd̄ est respectiuū, habet dispositiones cōtrarias & infinitas. 3 cœli. cō. 9. cō paratio enim est accidens saparabile a re.

Ens in potentia non inuenitur, nisi in ente in actu 3. cęli. com. 29

Ens est comprehensum: & non cōprehensum naturaliter est nō ens. 1. de generatione & corruptio. cō. 19. idē. 2. physi. cō. 47. & habet ex 3. de anima. tex. com. 4

Ens rationabilius est, vt sit cā generationis non entis quām non ens entis. 2. de generatione & corrupt. tex. com. 55

Ens aliquod simpliciter noblie in istis rebus inferioribus esse impossibile est, propter remotionē a prima causa 2. de gene. & cor. t. c. 59

Ens & vnum licet dicantur plurib. modis, tamē prima perfectio in oībus illis. s. forma magis digna est, vt hēat hoc nomē vnū & ens, quā illud qd̄ est congregatū ex mā & formā, congregatū. n. non dī vnum nisi pp vnitatē exitētē ī forma. 2. de aīa. c. 7. & est ex mente philosophi. in tex. cōtra ponētes cōpositū esse magis ens & veri⁹ ens ipsa forma. idē scribit Cōm. 7. & 8. primæ philosophię vtrobiq; in te. cō. 7. & 2. phy. c. 4. licèt compositū f̄m formositatem dicat magis ens, sed f̄m rei veritatem forma est magis ens, vt notaui tibi in concordantiis, & hoc tene.

Ens potentia, & actus sunt genera multipliciter dicta 2. de anima. c. 30. idem 4. met. t. c. 2. & 1. Physic. tex. c. 13. & 5. meta. t c. 14. 7. meta. 15. & 12. meta. 21. & 22

Entia nihil aliud sunt nisi scientia Dei, & causa entiū nihil aliud sūt, nisi scientia eius 3. de anima. com. 36. authoritate Them.

Entia omnia, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia 3. de aīa. t. co. 37

Entium sensibilium dispositio ap̄ sensum est, sicut dispositio intelligibilium apud intellectum 3. de anima. com. 37. & tex. com. 3

Entia in quibus dominatur mixtio ignis & aquæ super mixtionē terrę, & aeris sunt lōgioris vitę, & existentię, in aqua. n. & igne sunt qualitates actiuę fortiores, quā in aere & terra, Et in aere & terra sūt passiuæ fortiores. Cōmē. in com. libri de causa longi. & breuit. vitę. Unde patet de mente Auerr. non esse in summo ambas qualitates in vnoquoq; elemento, & sine dubio est opinio Arist in 2. de generatione. & corruptio. tex. com. 23 & Cōmē. 4. cęli. com. 39. dicit. q̄ omnes cōueniunt in hoc q̄ humiditas in aere est maior quām caliditas. Et ista fuit opinio eius in commē. sup. 1. cantice canticorum. com. 15. & ē opinio Alexandri in 1. Methe. &

libro naturaliū qōnū. quam ſequ-
tur etiam Io. Gram. in 2. de gño.
& corrup. & Simpl. in 4. cęli. Quic
quid ſenſerit Gal. & alij de hoc.

Enti in potentia, & enti in actu nō
eſt aliqua vna intentio communis
vniuoce. 1. meta. com. 46

Entia omnia non acquirunt eſſe &
veritatē niſi a prima cauſa: ē igit̄
ens p ſe & verum per ſe, & omnia
alia ſunt entia & vera per partici-
pationem eius 2. met. te c. 4

Ens ſimpliciter eſt ſubiectū vtriuſ-
que ſcientiæ, quia cōmunicat ſcię
diſputatiue in vniuerſalitate conſi
derationis 3. meta. c. 1. idem in cō.
2. & 4. meta. tex. com. 5

Ens quodlibet comparatū ad aliud
aut eſt idē, aut diuerſum, aut ſimi
le, aut diſſimile, aut contrariū, aut
non contrarium. Talia. n. ſunt de
conſequentibus eſſentialib⁹ entis
inquantum ens. Cōm 3. meta cō.
2. idem 4. met. te. c. 5. & te. com. 6.
Ex quo patet ens inquantum ens
habere paſſiones eſſentialiter con-
ſequentes ipſum.

Ens & vnū quæ dñr de generib⁹ al-
tiſſimis nō ſunt gña eorū, nō. n. no
tificant de eis vnā naturā cū natu-
ræ eorū ſunt diuerſę, gña. n. altiſſi
ma ita ſe h̄nt ꝙ neutrū collocatur
ſub altero, & vnūqdq; hētdriā vnā
ꝑpriam abſq; eo ꝙ conueniūt in
vnā naturā 3. met. c. 10 idem 10.
met. c. 8. & 12 meta. c. 19. & 10. &
1. phy. cō. 13. & 4 meta. t. c. 1. Et in
prædicamentis. idem Porphirius.
in ca. p. de ſpecie.

Ens & vnū ſm aliquos ſignificant
ſubſtantias ſm aliquos accidētia.
3. meta. c 16. Vide etiā ꝙ Auicen.
fuit de illis qui dixerunt, ꝙ ſigni-
ficant diſpōnes accidentales addi-
tas eſſentiæ, quia non diſtinxit in-
ter ens, quod ſignificat verum, &
inter ens quod ſignificat eſſentias
decē prædicamentorū 4. meta. cō.
3 & 10. meta. com. 8

Ens & vnum ſm Platonem & Pita-
goricos ſignificāt naturas ſimpli-
ces, & nō naturas cōpoſitas, ſicut
nomina denominatiua. Et in hoc
conueniunt naturales & Emped.
cum eis. ſed differunt, quia Pitha-
gorici dixerunt, ꝙ ens qđ eſt ſuba
entium eſt ipſe numerus, Plato au
tem, d. ꝙ ſunt ipſe formę numera
les, ſed naturales dixerunt ſermo-
nē manifeſtiorē in hoc, qa dixerūt
ꝙ ens & vnū ſignificant eēntum
rerum ſenſibiliū, quidam. n. dixe-
runt illud eſſe ignē, quidā aerem,
quidam aquam &c. 3 met. cō. 16.

Ens & vnum ſunt magis vniuerſa-
lia alijs. 3. meta. tex com. 16

Ens multis modis dr̄, ſed ad vnum,
& ad vnam aliquam naturam. Et
non æquiuoce 4. met. t. c. 2

Ens non eſt æquiuocum, ſi. n. eſſet
æquiuocum, non cōſideraret de eo
vna ars 4. meta. com. 2

Ens non dr̄ æquiuoce, ſicut canis q
dr̄ de latrabili & marino, neq; vni
uoce, ſicut animal dicitur de hoīe
& aſino, ſed eſt de noībus quę dñr
de rebus attributis eidem, & ſunt
media inter vniuoca & æquiuoca.
ibidem com. 2. Ex quo patet ꝙ in
ter vniuoca proprie & pure æqui-
uoca datur medium.

Quod def mediū in vniuocū purū, & purū æquocum.

Ens dicitur de affirmatione & nega
tione, & vniuerſaliter dicit̄ de pri-
mis intelligibilibus & ſecundis, &
ſunt res logicę 4. meta. com. 2. Et
habetur etiam in tex.

Ens & vnum ſe conſequuntur, ſicut
principium & cauſa, ſed nō vt vna

ratione

ratione ostensa 4.meta.tex.com.3

Entis tot sunt species, quot sunt vnius 4.meta.tex.com.3

Ens & vnum aut significant eandē naturam omnibus modis, s. subiecto & diffinitione, aut vtrunq; cōuertitur super alterum & cōsequitur ipsum, quia significat eandem naturā subiecto & duas diffinitione 4.meta. com. 3

Ens & vnum significant eandē naturam in forma, licèt diuersificentur secundum modum. ibidem.

Entis inquantū ens & vnius inquātum vnum eædem sunt passiones secundum se. 4.meta.t.co. 5

Entis inquātum ens sunt quędam propria de quibus philosophi ē p scrutari veritatem, sicut numeri in q̄tū numerus sunt ꝓpriæ passiones. vt īparitas, & paritas cōmēsuratio ęqualitas excedentia & defectus 4.met.t.cō.5. contra illos qui asserunt entis inquatū ens est non esse veras passiones demonstrabiles de ipso.

Ens & non ens sunt duæ differētiæ vniuersaliores rerum opinabiliū, sicut vnum & multum sunt rerū entium 4.meta. com. 6

Contra negantes ens non habeř passiones.

Ens & vnum, licèt dicantur multis modis attribuuntur vni primo, sicut alia contraria attribuunt vni primo in eis, sic vnum & multa alicui primo attribuunt 4 met.t.c.6

Ens in potentia est infinitum 4. meta.t.com.15

Ens non sequitur existimationem nisi entia habeant esse in anima, sed existimatio sequitur ens 4.meta. commen. 15

Ens qđ non est in actu, non ē ens. 4 met.te.c.15. vide 9.met.t.c.7. & 12.meta.commen.11

Ens dicitur dupliciter, actu & potestate 4 met.t.com.20

Entia sempiterna non acquirūt esse necessarium ab aliquo alio, neque in eis est aliquid extra naturam 5. meta.com. 5. vide in concord.

Ens aliud fm se, aliud secundum accidens, 5.meta.te.com.13

Ens fm se diuiditur in decem prędicamenta. 5.meta.t.com. 14. & 6. meta.tex.com 4

Ens significat verum & non ens falsum 5.meta.te.c.14

Ens qđ signāt essentiam rei est aliud ab ente quod significat veritatē, Cōm. 5.meta. cō. 14. idem in lib. destru. in dispu. 8 in sol. 1. dub.

Ens primo diuidit in ens p accns, & in ens p se 6.me c. 1. vide ī cōcor. vbi declaraui ꝙ sunt plures diuisiones entis primæ, & illud ē bn dcm quia quælibet est prima in suo ordine. Dixit tn ibi illas diuisiōes eē diuisiones entis, qđ est subiectum in metaphysica, sed aduerte limitādo & melius digerendo dicta nostra, quę aliàs iuxta modū loquendi cōem diximus, ꝙ entis qđ ē subiectum in scientia diuina, qđ est ens extra aīam, & ens per se, nam Aristote. in 6. primę philosophiæ excluśit ens in aīa a consideratione metaphysici, quia est ens diminutum, & excluśit ens p accns, qa non est terminatum, nec est scibile. Et ideo entis extra aīam, & per se, nō sunt nisi tres diēsiones, fm quas tota scīa diuiditur diuina. prima est diuisio ī subam & accns, & de ista diuisione tractatur in 7. & 8. metaphysi. Et ideo illi duo libri appellantur tractatus de suba, qa denominatio fit a prīcipaliori differentia. Vnde Com. 2 phy. com.

4. dicit. ꝙ ſubſtãtia & accidẽs ſunt dñiæ entis, ſm ꝙ eſt ens, & iſtã diuiſionem appellant moderni formalizantes diuiſionem in partes ſubiectiuas. Secunda diuiſio eſt p potentiam & actum, & de tali diuiſione egit philoſophus in 9. primę philoſophię, qui appellatur tractatus de potentia & actu. Et iſta ſunt oppoſita relatiue vt patet 9. meta. t. cõ. 13. Et ſic intelligitur dictum Cõm. 1. de anim. cõm. 6. vbi dicit ꝙ potẽtia & actus ſunt dñiæ valde oppoſitæ, & contingunt omnibus prædicamentis, quia 12. meta. tex. com. 22. & infra in omni prædicamento eſt propria potentia & proprius actus, & ĩter oppoſitiones relatiuas, iſta eſt prima & ſumma. Tertia diuiſio entis eſt per vnũ & multa, & talem diuiſionẽ moderni appellant diuiſionem per paſſiones entis, & hoc eſt ſm Aui. ſnĩam quẽ ipſi ſequũtur in metaphyſica. Nos autem iuxta Ariſt. & Cõmẽ. ſnĩam iſtam diuiſionẽ appellam⁹ eſſe per priuatiue oppoſita. Et de iſta Ariſt. locutus eſt in 10. meta. Et aduerte ꝙ alię diuiſiões ab iſtis, ſicut eſt diuiſio entis in ens per accidẽs, & in ens per ſe, & ſicut eſt diuiſio entis in ens ĩ anima, & in ens extra animã, ſunt diuiſiones logicales, & alię quæ ſunt conſimiles illis. Et ſcias frater mi ꝙ alia eſt diuiſio entis in ſubſtantiam & accñs & alia eſt diuiſio entis in ens per ſe & in ens per accidens, cuius argumento eſt ꝙ Ariſt. 5. meta. t. com. 14. ens ſm ſe diuidit in 10. prædicamenta, quorum nouẽ ſunt accidẽtia. Et iõ diuiſio entis in ſubam & accidens eſt de diuiſionibus entis, qđ eſt ſuba in metaph. qđ ſm ſuam abſolutam cõſiderationem non euadit quin ſit, aut ſuba, aut accidens, ſed diuiſio entis in ens p ſe, & in ens per accidens eſt diuiſio penes modum predicandi per ſe vel per accidens. Et per cõſequens eſt ſm attributa rõnis. Et ſic diuiſio entis in ens in anima, & in ens extra animam, eſt diuiſio vocis pure equiuoce ĩ ſua equiuocata. Dicit enim Cõm. in 7. meta. c. 15. ens non dicitur de ſubſtãtia & accidẽte pure equiuoce ſicut dicunt nomina de affirmatione & negatione, & vl'ter de oppoſitis. i. contradictorijs. Et ideo patet quantũ errant qui tenẽt ens in ſua maxima cõitate, vt dr̃ de affirmationib⁹ & negationibus, & de entibus in anima & extra animã, eẽ ſubiectum adequatum in ſcientia diuina. Et patet quãtum a veritate deuiauerit ille magiſter abſtractionũ Frã ciſcus đ Mayrone, qui etiã abſtrahit, vbi nulla penitus poteſt eẽ abſtractio volẽs enti in anima & enti extra animam eſſe conceptum communem vniuocum.

Cõtra Frã ci. de May ro.

Entium cõſideratio eſt duob⁹ modis. ſ. mod⁹ cõis & ꝑprius. 6. meta. tex. com. 1.

Ens prima diuiſione diuiditur in ens per ſe, & in ens per accidens. 6. metaphyſi. commẽ. 4. idem. 5. meta. tex. com. 13.

Ens per ſe diuiditur in decem prædicamenta. ibidem.

Ens prima diuiſione diuidit⁹ p potẽtiã & actũ. 6. met. t. cõ. 4. idẽ. 9. primę philoſophię. t. c. 1.

Ens per accñs a nulla ſcia cõſiderat̃, neq; ſpeculatiua, neq; operatiua. 6. meta. t. c. 4.

Entia per accñs nullam hñt ſpẽm, neq;

neq; gñonẽ,neq;corruptionem 6. met.t.c.4.vbi Cõm.deducit nullã ſpẽm p accñs inueniri · vid̃ ꝓ hoc 8.ph c.46 & 7.met.com. 22

Ens per accñs & ens verũ excludun tur a conſideratione ſcĩę diuinæ, quia ens per accidẽs nõ habet cau ſam terminatã, & ens verum non habet cãm niſi aĩam. Et ideo vtrũ- que numeratur in genere entis di minuti 6.primę philoſophię. tex. com. 8. Ex quo elicitur error illoꝝ qui ponunt ens cõiſſimè ſumptũ ad ens reale.& ad ens rationis eſſe vniuocũ,& in tali cõitate ponunt illud eſſe ſubiectum adequatũ in ſcientia diuina. Primũ. n ſtare nõ poteſt,quia ens dictum d̃ affirma tionib⁹ & negationib. eſt pure ęquocum,vt d. Cõm. 7.met.cõm.15. ſecundũ eſt cõtra philoſophũ hic.

Cõtra Frã ci.de Mai 10.

Ens non ſignificat prædicamenta, nec modo vniuoco,nec equiuoco 7.meta.com.15.& 4.meta.t.com. 2.& 1.phyſi.13. & 2.de aĩa. 30. & 12.meta 21.& 22 & 5.met 14

Ens dicitur de decem prędicamentis ſm ꝙ ens deriuatur ab eſſe,ſed eſſe non ſecundum vnam intẽtio nem eſt in vnoquoque eorum.7. metaph.com. 15

Ens ſi non eſt idem cum ſua quidditate, tunc nihil eſt idem cũ ſua quidditate 7.met.t. com 20

Entia inueniuntur duobus modis. videlicet forma ſine materia,&for ma in materia 7.meta.co. 24

Ens & vnum non contingit ſubſtã tiis rerum eſſe, ſicut neq; elemento,aut principio eſſe.7. primę philoſophiæ.t.c. 57

Entia ſenſibilia ſunt entia, licẽt nõ intelligantur,ſicũt ſunt entia,licẽt non ſentiantur 7.met.te.c.58. Ex quo patet eſſe cognitum accidere quidditatibus rerum,&c.

Entia cõpoſita ex materia & forma ſunt entia,& vnũ p ſuas foras,ſed entia carẽtia mã ſenſibili & intelle ctuali non hñt alias cauſas a ſeip- ſis ĩ hoc ꝙ ſũt entia & vnũ 8.met. cõ.16 & habetur ex tex ibidem.

Ens quod fuit in potentia illud idẽ eſt in actu,& non ſunt duo diuerſa 8.met t.c.15.& 16.idẽ 12.meta. com.18.agens extrahẽs aliquid d̃ potentia ad actum nõ congregat ĩter diuerſa;largit̃.n.nõ multitudi nem ſed perfectionem,vt dicit Cõmen. in commen.15. in 8. meta.

Ens diuiditur eſſentialiter in poten tiam & actum 9. primæ philoſo- phiæ.tex.com.primi.

Entia cum non habuerint actiones proprias,nõ habebũt eſſentias ꝓ prias,actiones.n. non diuerſantur niſi per diuerſas eſſentias 9 meta. com.7.vide etiam 1.cęli com.8

Entia quę non ſunt extra aĩam, nõ dñr eſſe ſimplr,ſed dñr eſſe in aĩa cogitatiua.aut appetitiua,ſed non dñr entia,ſicut res mobiles 9.met. t.c.7.vide etiam 5.meta. com.15. & 10.meta.com. 2

Ens in potẽtia eſt ſimile rei 10. me ta.com.2.vide 9.meta.commen. & tex. 7

Ens & vnum vniuerſaliter prędicã tur maxime de omnibus.9.meta. tex. commen. 6

Ens & vnum ſunt vniuerſalia quæ non habent eſſe niſi in anima tan tum 10.metaph.tex.commen. 6. idem 7.metaph.57

Ens dicitur de pluribus quam vnũ, & cum dicitur de ſignificato rei. 10.meta.com.6 Vide in concord.

Ens & vnum dicunt̃ ęqualiter. tex.

com.7.in 10.meta.& te.c.8
Entia si colores essent,essent vtique numerus quidam entia 10. meta. tex.commen.8
Ens & vnū sunt synonyma & ęqualiter prædicamenta diuiduntur ꝙ3 ea.10.meta.t.com 8
Ens & vnum ſm Auic. significāt intentionem additam essentiæ rei, non enim opinatur ꝙ res est ens p se,sed per dispositionem additam, & vt dicimus aliquid esse album. 10.meta.com.8. Et ibi vide impugnationem,& in 4.primæ philosophiæ in com 3.idem in lib.destru. dispu.7.in sol.1. dub.
Ens & vnum ſm Auic. significāt accidens in rebus ibidem.
Ens quod significat verū differt ab ente quod significat genus,nā ens qđ significat verum est accidens: qđ autem significat genus significat vnumquodq; 10.prędicamentorum multipliciter 10.meta. contra Auic.qui ignorauit huius differentiam, vt patet ibi. cō.8. & in 5.meta.in com. 14
Ens & vnum significant 10. prędicamenta prima significatione & sine medio, & non mediāte aliquo cōmuni,sicut genꝰ significat suas species 10. meta. c.8. Vbi pondera differentiam inter genꝰ vniuocū & inter genus analogum.Nā analogum non significat aliquam naturam communem analogatis,sicut genus respectu specierum, istā differentiam vide etiam apud lucidissimum Them. in 2. de anima. in ca.12 Et est in expositione tex. 30. Vide etiam Auer. de hoc in lib. destructio.in disputatio.7.in solutione 5.dub.
Ens & vnum significant eādem essentiam,sed differūt ſm modum. 10.meta.t.com.8. vbi per rationes tres.ibi ostenditur,vt exponit Cōmentator.
Ens & vnum non significant idem omnibus modis, sed significāt idē secundum subiectum, & diuersa secundum modum 10 met. c.8
Ens & vnum nō sunt genera vera. 10 meta.com.12. vbi per vera genera intelligas genera vniuoca,talia. n.sunt gña multipliciter dicta.
Ens inquantum ens habet accidentia ꝓpria,ꝙ prima philosophia speculatur 11.meta.cap 3. & idem habetur in 4. primæ philosophiæ tex.com.5
Ens est aliud secundū se,hoc autem ſm accidens.sic & causa. 11. primæ philosophiæ.ca.7.idem in 2. phy.tex.commen. 50
Ens per accidens nō potest esse priꝰ ente ſm se 2.physic.t.com.66. & in 11.metaph com. 7
Entium hoc quidem est actu solū, hoc autem potentia & actu 11. prima philosophię c.8.in princ.& in 3.phy.tex.com 3
Ens siue significet & demonstret vnum genꝰ & vnam naturam, siue demonstret genera diuersa & nās diuersas qūocunq; sit, semper substātia est prior cæteris. 12.met.c.2
Ens diuiditur in potentiam,& actū in omnibus prædicamentis. Cō. 12.meta.cō.9.& 1.de anima.3.6. & 12.meta.com. 26
Ens in potentia dicitur non ens, ſ. in actu.12.meta.t. com. 11. & 5. phy.te.com.8
Ens & vnum sunt ex rebus vniuersalibus, quæ non habent esse extra animam 12.meta. com.21
Ens & vnum nō sunt aliqua natura con-

cõius alia a decem prędicamentis, 12. meta. com. 21. & comm. 19. & 20. & 10. meta. com. 8. idem 3. meta. com. 10. & 1. phy. 13 & 4. metaph. commen. 2

Entium quędam ſunt ſeparabilia, & quædam non. 12. meta. tex. cõ. 25. vbi p ſeparabilia intelligit ſubſtantias per inſeparabilia vero accidentia.

Entia ſunt duobus modis modo permanente in numero & modo permanente ſecũdum ſpeciem 9. meta. commen. 32

Entia nolũt male diſponi, multitudo principum bona non eſt, vn⁹ ergo ſit princeps 12. prim. philoſophię tex. cõ. vlt. Et aduerte q̃ fuit ſententia doctiſſimi Homeri in ſecundo Iliados.

Entium omnium principia contraria nõ ſunt, quia corporum cœleſtium propria non ſunt contraria. 12. metaph. tex. commen. 53. contra antiquos.

Entium ſpecies duæ ſunt, quarum altera eſt de natura motus, & nõ poteſt ſeparari a tempore. alia eſt ab æterno. Et nõ eſt d natura motus, & nequit aliquo modo a tempore denominari. Ex libro deſtr. diſpu. 1. in ſolu. 14. & 15 dub. Iſta etiam eſt Platonis ſententia in Timęo, vbi inquit. Atqui nati erit, & erit quæ nati tẽporis ſpecies ſunt, non recte æternæ ſubſtantię aſſignamus.

Entia aliqua ſũt, quorũ ſubales diffinitiones cõſiſtunt in motu, vt vẽtus & alięres ꝓſimiles, & cęli, & alię iferiores res ſunt. de hoc gñe. ſ. ſũt de entibus, quorum eſſe cõſiſtit in motu. ex diſpu. 3. in ſol, 9 dub.

Entis vnitas nihil ſignat, niſi diuiſionis priuationẽ, ſicut neceſſariũ eſt denominatio priuatiua, ſ. q̃ ſuũ eſſe nõ eſt ab alio. Ex lib. deſtr. diſpu. 3 in ſolu. 14. dub.

Ens non ſignat aliqd additũ extra. ſuper rei ſubam, vt albedo diſpu. 3. in ſol. 14. cõtra Auicen. idem 4. meta. c. 3. & 10. meta. cõ. 8. Vide diffuſe in diſpu. 5. in ſol. 3. dub.

Entis diuiſio p neceſſariũ & poſſe nõ eſt diuiſio, ſicut diuiſio aĩalis p rõnale & irrõnale, aut p ambulãs volatile & natãs. Ex diſp. 3. ſol. 14. dub. Vbi aduerte q̃ loquit̃ de diuiſiõe neceſſarij & poſſis, facta ex intentione Auicẽ. & Algazelis, quã diuiſionẽ d. cẽ ignorã & imaginariã, qa nõ dat̃ in rerũ nã. ſed ſecus eſt de vero poſſi, qa illud eſt aliqd in rebus ex parte mãæ, & aliqd ex parte agẽtis. Dicit. n. Cõm. q̃ ſi nõ eẽt potẽtia nõ eſſet agens 12. met. cõ. 18. Et in 1. diſp in ſol. vlt. dub. d. q̃ poſſitas agentis eſt ſine dubio aliquid reale extra animam.

Entis diuiſio, aut eſt in ſubſtãtiales differentias, aut ad differentias relatiuas, aut ad accidẽtia addita ſupra entis ſubſtantiam. diſputa. 3. in ſolutio. 14 dub.

Entis diuiſio in ſubſtantiales differentias infert neceſſario multiplicationem actionum in eodem ente, ſed entis diuiſiões per relatiuas differẽtias, aut per accidentia addita ſuper ſubſtantiam rei, nullã inferũt pluralitatem, ibidem. vbi aduerte q̃ hoc dupl̃ intelligi põt, vl̃ de diuiſione entis tranſcendenter, & vniuerſaliter ſumpti, & tunc diuiſio entis per ſubſtãtiales differẽtias eſt per ſubſtantiam & accidẽs, & talis diuiſio iſert neceſſario multitudinem actionũ. i. actuũ. qa ſub

ſtantia & accidens ſunt primo diuerſa, & ſunt de differentijs entis. 2. phy. cō. 4. Alia eſt diuiſio entis per relatiuas dſias, ſicut eſt potentia & actus, & talis non largit' multitudinē, ſed perfectionē. 8. meta. tex. com 15. & 12. meta. com. 18. Tertia diuiſio entis eſt p differentias accidentales, quæ dicūt diſpoſitiones additas eſſentię, & illa nō variant eſſentiā, nec inferunt multitudinem. Vnde non eſt expoſitū hoc vt ſomniauit illę expoſitor de diuiſione per vnū & multa, quia ſi intelligat de vno, quod eſt ſynonimū enti, nō dicit diſpōnem additā ſupra rei ſubſtantiam contra Auic. poteſt ēt exponi de diuiſione entis limitati, quia ens qđ eſt animal. v. gr. pōt diuidi per dſias ſubſtantiales, vt per rōnale & irrationale, vel per relatiuas, vel p accidentia, & patet q̄ prima neceſſario infert pluralitatem actionum, ſed nō duæ reliquæ. Nam de diuiſione p relationes q̄ non inferant multitudinē in eſſentia rei, patet ex his quę, d. Cō. hic, q̄ priuationes & relationes nō ſunt denominationes ſignificantes aliquā diſpoſitionē additam ſupra rei ſubſtantiam in actu, vnde quidā putauerunt, q̄ prædicamentum relationis, non eſt connumeratum cū entibus extra animam, vt ēt dicit 12. met com. 19. Amplius ens fm q̄ eſt reſpectiuū habet diſpoſitiones cōtrarias & infinitas, ſed ſecūdū q̄ eſt eſſentia, non eſt niſi vnū tantum. De diuiſione etiam facta per accidentia, quæ dicunt diſpoſitiones additas ſup rei ſubſtantiā q̄ non inferant multitudinem patet, quia infinita alicui poſsūt accidere. Nota bene hoc.

Ens quodlibet appetit finem ſuum cum motu. ſ. primum principiū, prout erga illud mouetur deſiderando finem, ſed homo voluntarie, & alia entia naturaliter. ex diſpu. 3. in ſolut. 18. dub. in fine.

Entia procedūt gradatim a p̄o principio fm localē ordinē fm peripateticos, & quæ fuerit cauſa, q̄ mouit eos ad opinandum hoc, vide in diſpu. 3. in ſolu. 18. in fine. Et etiam vide 12. meta. com. 44.

Ens duas hēt entitates, vna eſt nobilis, & alia vilis. Et nobilis eſt cā vilis. ex diſpu. 12. in ſolu. 2. dub.

Entium nobiliū ſunt duo genera, vnū ſempiternū motus ingenitū, atq; immortale. ſcđm indiuiduū, vt ſunt cœleſtia corpora. Aliud vero eſt genus rerum, quæ quādoq; mouentur, & q̄nq; quieſcunt, ex 2. de genera. anim. Comm. cap. 1. & habetur ibidē ab Ariſto. in tex.

Ens & vnū ſignificant decem p̄dicamenta. prima ſignificatione, & fine medio. 10. primę philoſophię cō. 8. Vbi ſcias multiplicē eſſe differentiā, vt aliàs notaui in 12. primę philoſophiæ. in cō. 1. inter genus vniuocū & analogū, quia genus vniuocū ſignificat ſuas compōnes mediante aliquo cōi, quia dicię, aut vnam naturam, aut vnū conceptum realem & obiectiuū intendere ad omnes ſuas ſpecies, & illæ in ſuis ſpeciebus, licēt diuerſę per differētias diuiſiuas, per quas contrahitur ad ſpecies, vt tamē in ſe ſpectatur, & quo ad ſuā rōnem non permutatur, nec quo ad ſuas differētias cōſtitutas, quia talis diuiſio ex vna parte non cōpetit, videlicet ex his quę rōnem eius cōplent

Annotatio 1 11. c. met. li. 10

plent, sed solum ex his quę sunt sibi aduenientia, sicut sunt diuisiuę differentiæ, quæ sunt extra conceptum diuisi. Et ideo aīal ꝙ est ī homine & asino: licèt re diuersitatem habeat, quia hoc est rōnale, illud irrationale differentiæ in actū, non tñ inquantū est substantia aīata sē sitiua permutatur, qa sic non diuiditur, sed remanet indiuisū, sed genus analogū, vt est in suis analogatis, non solū diuersitas est ex parte analogatorū, īmo sua cōitas ī ipsis inuenta diuersificatur secundū intesius & principalius & debilius & remissius, sicut ens qđ est cōe substātiæ & accidēti, non solū differt ex naturis in quibus saluatur, īmo ratio eius cōis ēt in ipsis differentiā suscipit, ita ꝙ entitas in substantia principalior & prior est, & in accidentali posterior, ita ꝙ non remanet in aliqua ratione cōi & indifferenti, ita etiam bonū quod dicitur de per se bono, & per se appetibili, & de bono secundū quid appetibili, nō solū differentiā est inuenire ex istis analogatis, immo rō cōis ipsius bonitatis variat in istis, & hoc non est pp aliam rōnem, quia vniuocis generibus est assignare tertiū cōe distinctū ab vniuocatis, siue illud sit natura, siue realis cōceptus, sed in analogis hoc non est, quia talia non habent aliā rōnem per quā constituantur ab illa secū dū quā diuidūtur. Et hoc est quod egregie notauit Cōmen. in præsenti, & ante ipsū Arist. & Themist. bñ collegit hoc ī 2. de aīa. ex tex. 3. Et sequit eciā eos Simplicius in 2. de anima. in principio. vbi Arist. dixit ens in substātiam, & alia prędicamenta. Alias autē differentias require vbi s. Et ideo mirū est đ formalizantibus, qui ponunt conceptus transcēdētes esse simpliciter simplices, & cum hoc ponunt vniuocationem in ipsis.

Ens dicitur multis modis, vno modo de decem prædicamētis. & est de nominibus, quæ dicuntur secū dū merā equiuocationē, neq; vniuocationē, ex paraphrasi metaph. tract. 1. cap. 1. idem 4. meta. cōm. & tex. 2. idem ibidem, in tractatu 2. in princip.

Ens secundo modo dicitur de vero quod sita se habet ī intellectu, sicut extra intellectum, sicut si dicimus, si natura est, si vacuum non est ibidem. Ex hoc poteris scire contra Bononienses ꝙ quæstio si est in secūdo posteriorum analitiorum, est quæstio de ente vero vt alias notaui ibi.

Ens vt dī de decē prędicamentis aggreganturin eo duo modi, quia. s. dī de eis inquātum hūt esse extrā animam. Et 2. inquātum signant quidditates illarū essentiarū. ibid.

Ens est de noibus transūptis, quia illud quod signat ī philosophia, est aliud ab eo, quod a vulgo signatur p ipsum, nam philosophus indicat aliquid inesse alicui rei cum dicit, inuenitur prædicatū, tandē apud eos significat aliquid inesse in subiecto. ibidem.

Ens si significaret accidens in re vt pluries repetit Auic. aut esset đ accidentibus, quæ sunt primæ intēționis, aut secūdę. Et vide pulchrā rōnem contra Auice. in hoc loco, quā nō adduxit in 4. met. cō. 3. & est in paraph. vbi s. tract. 1. cap. 1.

Ens quod signat verū est accīs, & ē de secundis intelligibilibus. ibidē

expresse

expreſſe colligit ab Auerr. Ex quo ſequitur ꝙ quęſtio ſi eſt in 2. poſteriorum. quęrit de eſſe vero, qđ eſt accidens non reale, ſed intẽtionale, & eſt ens diminutum. Et iõ abiicitur in 6. primę philoſophiæ ab Ariſt. qđ nota cõtra modernos.

Ens eſt ſubiectum eſſentiale ſcientiæ diuinę, & decẽ prędicamenta ſunt ſpecies eius, & dicit de eis, neq; ęq uoce. neq; vniuoce, ſed ſ3 prius & poſterius, ex tract. 2. in paraphraſi metaphy. in principio.

Entia sũt duplicia, vnum, videlicet, quod aptum eſt inſeruir alteri, qđ eſt finis eius, aliud vero eſt qđ pficit, aliud non, quia ſit gratia eius, ſed quia eſt princeps, ideo perficit illud ex tract. 4. i paraphraſi met.

Entia oĩa cẽ ſub cura & prouidẽtia Dei glorioſi. Vide pulchre in paraphraſi meta. tract. 4. ab Auer in fine. Et dicamus ꝙ eſſe harum rerũ inferiorum & earum perpetuitas.

Ens vere & maxime ens a Plat. dicebatur ens ipſſimum, vt ita loquar, Them. 1. phyſico. ſuper tex. 26. Et idem infra ibidem. ſuper tex. 31. inquit, ꝙ Plato ipſum vere ens cõſtituebat ideam, materia vero primam atque inferiorem eẽ quidẽ, ſed nihil habere entitatis exiſtimabat, arbitrabatur enim nos entia quodammodo eſſe.

Enuntiare in omni re & prætermittere nihil forſan vtiq; videbitur eſſe ſignum, aut multæ ſtultitiæ, aut multæ promptitudinis 2. cœli. te. commen. 34

Eorundem eſt permixtio & ſeparatio 1 meta. tex com. 16

EPATIS principatus in generatione ſanguinis eſt paruul9. & nõ principalis contra Galenum. ex 3. de partibus animalium. Auerr. in cap. de corde

Epar non eſt ſufficiens in faciendo per ſe ſuam operationem, niſi propter calorem tranſmiſſum a corde temperatum in quantitate & qualitate 2. Coil. cap. 9. de iuuamẽtis membrorum officialium.

Epar eſt in latere dextro, licèt quidã hominũ narrent in aliquibus hominib9 fuiſſe repertũ in ſiniſtro & ſplenẽ in dextro. Auer. 3. de partibus animalium. in cap. de epate.

Epar vt dicit Ariſt. in quibuſdã hominibus inuenit in latere ſiniſtro, & ſplen in latere dextro 4. Collig. cap. 4. de ſignis epatis:

Epatis caro eſt principium generationis ſanguinis & venarum Gal. 3 de vtil. parti. cap. 12. 13

Epar habet panniculum in quo eſt neruus. Vide cauſam a Gale. 4. de vtil. part. cap. 12. & 13 Et ibi redditur cauſa, quare habet arteriã, & quare non habet vnum vẽtriculum magnũ, ſicut duo ſunt in corde, & alia problemata in illo 13. c. ſoluit ſecundum viam ſuam.

Epar eſt rubicũdius ſplene, ſed ſplẽ eſt rari9 & leuius epate, & vid cauſam in 4. de vtil. parti. a Gal. ca. 15

Epar a quatuor organis expurgat a duobus renibus a ſplene, & ciſtifellis 5. de vtil. parti. cap. 10. Et ibi redditur cauſa, quia habuit minimum neruum.

Epicurus exiſtimauit mobile poſſe per magnitudinem cõponi exidi uiſibilibus pũctis, & ꝙ mobile moueretur per totam magnitudinem, licèt in nullo pũctorum moueri dicatur, cuius errorẽ pręuidit Ariſt. tãq; pręſagiens futuꝝ aliqñ hoiem qui ad taĺe errorẽ eẽt impetitur9.

Them.

Themist. 6. phys. super tex. 8

Epicicli quos ponunt astrologi sũt falsi, & hic est de eccentricis & ma
gis 1. cœli cõ. 5. idem cõ. 10. & 2. cę
li. commen. 35

Equalitas dicitur duobus modis f3 commentatiam, & fm hoc dicit ꝙ circulus est æqualis figurę rectoꝝ, & ꝙ etiam qñ duo æqualia habẽt mensuram communem qua mensurantur 4. phy. commẽ. 43

Equalitas est propria quantitati nõ qualitati. nam qualitati ꝓpria est similitudo 7. physi. te. 9. 32. idem 5. me. tex. cõ. 10. & in p̃dicamẽtis.

Equalitas est proprium coniunctio nis. i. cõparationis 7. ph. com. 34

Equiuoca inuicem comparari non possunt 7 phy. tex. com. 42

Equiuocorum alia sunt quoꝝ diffi nitiones sũt diuersę voce & rõne, Alia vero quorũ diffinitiones sũt ęquiuoce, sicut nomina 7. phy. 9. 26. Notandũ tñ est ꝙ talia nõ sunt pure ęquiuoca, sed ambigua, vt no tat Comen. ibidem in calce cõm.

Equiuocationum, aliæ sunt multũ distantes, alię vero habentes quan dam similitudinem, aliæ vero pro xime, aut genere, aut similitudine 7. phy. tex. com. 31

Equiuocis verbis rectum nõ est vti in doctrina demonstratiua, nisi in his quę licèt sint diuersa, tamẽ cõ ueniunt in omnibus intentionib⁹ de quibus dici possunt 3. de aia. 2. 20 consimile 2. de anima. cõ. 30. vide 4. primæ philosophiæ. com. 2

Equiuoca non habẽt prædicatum essentiale, licèt in eis possit esse prę dicatum: quod vere dicitur de om nibus significatis eius, vt omnis canis est pulcher, sed in æquivo cis analogis potest esse prędicatũ essentiale sicut in vniuocis 4. me. cõmẽ. & tex. 2. idẽ 2. posteriorum. vbi dicitur ꝙ h subiectum sciẽtiæ & demõstrationis fuerit analogũ, & passio erit analoga, talũ. n. sũt diffinitiones, seu descriptiones q̃ possunt esse media in demonstrationibus, vt patet 2. physi. de natu ra tex. cõ. 3. & de motu 3. phy. cõ. 4. & tex. cõ. 6. sicut est etiam d animę diffinitione. vt patet 2. de anima. cõ. 7. & 30. & cõ. 5. in 3. de anima contra Alex. Aduerte tamẽ ꝙ licèt in pure ęquiuocis aliquod p̃dicamẽtum fm oẽm sensum vere dici possit, tñ adhuc propositio est distinguenda, ne remaneat intelle ctus confusus 1 cœli tex. cõ. 110. Etiam vt puto propter aliam causam ne videantur ignorare dictã ęquiuocationem &c.

Equiuoce pure dicitur nomen d affirmatione & negatione, & vliter de oppositis 7. meta. tex. com. 15

Equiuocationis mod⁹ multũ apud Arabes vsitat⁹ inuenitur, vnde qñ aliquod nomen significat aliquid, & suum oppositum. ver. gr. ceram quod significat lucem & tenebras, & alum quod significat magnum & paruum. Cõmen. 7 met. cõ. 15. sic ét apud nos actio qñque signifi cat actionem & quandoq; passio nem æquiuoce 5. phy. com. 38

Equiuocę interrogationes sũt distinguendæ quando datur respõsio ta libus interrogationib⁹ 7 metaph. cõmẽ. 36. & est regula Philosophi in 1. cœli. tex. commẽ. 110. & in li bro elenchorum.

Equus maxime omniũ cæterorum Animalium diuersicolor est oculis. alij nanq; cęsij altero oculo na scunt, quod nulli ex cęteris bestijs

euenit, q̃uis hoīes nonnulli altero oculo diuerſo gignantur. Ariſt. in 5. de generatione anim. cap. 1

Equus inter cętera aīalia vnus euidentib⁹ albeſcit pilo per ſenectutē. ibidē. E vide cauſam iſtius etiam in cap. 5. ibidem

Equis cōtra q̃ in cęteris aīalibus accidit: cū. n. in cęteris ſenectute dētes nigreſcāt, equo cādidiores reddūtur 2. de natura anim. cap. 3

Equus mas viuit circiter annis quīque & triginta, fęmina plus q̃ 40. iā & quinq; & ſexaginta annos vixiſſe equum traditum eſt, quinto de hiſtoria anim. cap. 14

Equę potiſſimum ex fęminis incendūntur libidine, mox vaccę, equę itaq; equant, vnde vocabulū id ad hoc vno aīali traditur maledicto in mulieres libidinoſas. Ariſto. in 6. de natura anima. cap. 18

Equę tempore coitus humorē ſuis genitalibus ſiłem geniture emittunt, ſed multo tenuiorem q̃ mares quē hyppomānes nōnulli appellant, non ꝙ pullis naſcentib⁹ adhęrent accipientium humorem diffi cilē aiūt eſſe ꝙ paulatim labitur. Ariſt. 6. de natura anim. ca. 18. Et ibidem dicit ꝙ hic ptecipue ad veneficia patitur, quod etiā Theocritus in pharmaceutria ſentire vis⁹ eſt, licèt Ariſt. aduerſet in hoc, qa ſuſpicatur hyppomanē plantā ee.

Equus ſalaciſſimum omnium animaliū, tum fęminarum eſt: homine excepto. Ariſto. in 6. de natura animalium cap. 22

Equi mares ſunt propter coitū minus viuaces fęminis. ibid.

Equorum vita eſt vt plurimū lōgiſſima vſq; ad triginta ꝓtrahi pōt, licèt etiam nōnullis vſq; ad quinquaginta protracta ſit. ibidem.

Equa cum peperit ſtatim ſecundas deuorat, atq; ét ꝙ pulli naſcētis frōti adheret hyppomanes dictū: minus cariſa parua. ibidē. Vbi aduerte ꝙ aliter ſumitur hyppomanes ī hoc loco, & aliter ſupra in eodē li. c. 20. eſt. n. nomē multiplex apud Ariſ. vt elicitur ex cap. 18. Et vt notauit tibi ī loco ꝓprio, licèt Theocritus in pharmaceutria ab vtraq; ſignificatione diſſentiat & opinet ét habere tertiam ſignificationem pro plantę genere.

Equi ſeniores profectò tā mares q̃ fęminę ſunt fecūdiores 6. de natura anim. cap. 22. quod ea rōne euenire credendū eſt, quia cū oīum animaliū excepto hoīe ſalaciſſimū ſit equus ex coitu in iuuētute in modico vſu ſemen refrigeratur, & eſt ſterile. idem in homin⁹ plerūq; euenire cernimus.

Equus nō peruertit innitū aſini, ſed aſin⁹ eq 6. de natura c. 23. vid cauſam in 3. de gnatione aīa cap. vlt.

Equa non aſinū vt aſina ęquū recipit, niſi aſinus ſit qui equā ſuxerit admittunt de induſtria, quod hyppotelas vocāt, at ſi equi mulgos cognomines, qui ī paſcuis mō equorum viribus bonis ſuperantes coaleſcent 6. de natura anim. cap. 23

Eq, muli, & aſini potu maxime pingueſcunt 8. de natura anim. cap. 8

Equi & cameli libētius aquam turbulentā & craſſam bibunt, quippe quę nec ex fluuio quidē prius hauriant quam pede inturbent. ibidē & infra cap 24

Equum & bouem homines vſu periti tot morbis infeſtari quot hominem referunt 8. de natura animalium. cap. 24

Digreſſio
decem &

Equarum

Equarũ genus miro quodã amore ſuę prolis putatur teneri, cuius rei indicium eſt ꝙ ſepius ſteriles auferant pullos a matribus, quos ipſę amore proſequentes tueantur. 9. de natura anim. cõm. 4.

Equam regi ſcitarum ferunt fuiſſe egregiam, ex qua mares generoſi oĉs generarentur, quorum vnum qui præſtantior haberetur cum vt ex matre procrearet admiſſum omnino recuſaſſe opertã, deinde latuiſſe mattem, vt imprudens ſuperueniret. verũ vbi concubitu faciem matris detectã agnouerat, fugam properaſſe atq; ſeipſum actũ præcipitem interemiſſe, ex 9. de natura anim. cõ. 47.

Erinaceus & elephantus teſtes intus habent, & vide cauſam 1. de generatione anim. cap. 12.

Error & peccatum hñt latitudinem quia min⁹ error eſt maior alio 4. met. tex. cõ. 18. Et ponitur exẽplũ in tex. ꝙ magis erat qui dicit quatuor eẽ mille, q̃ ille qui dicit quatuor eſſe quinque.

Esse ſm veritatẽ in entib⁹ eſt qđ intellꝰuale. videlicet. eẽ res extra in telꝰum, ſicut eſt in intellꝰu, ita ꝙ eẽ & verũ nomina ſynonyma ſunt ex lib. deſtru. diſputa. 5. in ſolutione 3. dubij.

Eſſe eſſentialiter non eſt niſi ex cauſa agẽte & gñante quæ eſt, aut natura aut aĩa, aut intellectus. Cõm. 4. phyſi. cõ. 128.

Eſſe & non eſſe dicũtur de ſuãa ſimpliciter, & de accñtibus nõ ſimplr. 5. phy. cõ. 7. & 1. de gñatione & corruptione tex. cõ. 11. & 1. phyſi. tex. cõmen. 62.

Digreſſio decem & Eſſe non prædicatur per accidẽs de aliquo, dicere. n. aliq̃d eſſe nõ eſt prædicatio per accidens. Cõmẽ. 1. phyſi. cõ. 27. Ex hoc aſſumit Alex. Achillinus in libro ſuo đ diſtinctionibus in principio. Et in 1. libro đ elementis dubio. 23. ꝙ eſſe exiſtentię & eſſe eſſentię ſunt idẽ, & ſunt nomina ſynonyma, vnde ſum & exiſto ſunt verba ſubſtãtiua ſynonyme idem ſignificantia. vnde ponit tria corollaria, primũ, ꝙ exñtia qdditatiue dr̃ de his q̃ ſunt. ſcđm eſt iam allegatum ꝙ ſum & ex iſto ſunt verba ſubſtantiua idem ſignificãtia ſynonyme. tertiũ eſt ꝙ duę primæ qõncs ſimplices, videlicet quæſtio ſi eſt, & quid eſt, ambæ pertinent ad quidditatẽ, ſed differunt penes hoc, quia quęſtio prima an eſt, pertinet ad quidditatẽ vniuerſalem rei, & dicitur prima. qa vniuerſalia ſunt nobis notiora, & particularis cognitio vniuerſalẽ præſupponit, cũ ſcientifica fuerit, aut diſtincta. Ex 1. phyſi. tex. cõ 4. Et ideo particularis cognitio ſecũda dicitur. Secunda vero quæſtio. ſ. quæſtio quid ſit ad particularẽ rei cognitionem ſpectat. Ideo per proprium genus & p propriã dr̃iam, vt patet ex 7. primę philoſophiæ cõ. 43. Et ſubdit ꝙ ex his inteliigit dictum Auerrois in 5. meta. cõm. 14. ponẽtis diuerſitatem expoſitorũ in quęſito ſimplici, ſcilicet vtrũ aliquid ſit, an ſcilicet colloceẽ hęc quęſtio in quęſtionibus accidentis. Et eſt opinio Auicen. quam ſequit Scotus vt aſſerit, aut in quęſtionibus generis, & eſt opinio Ariſto. quam ſequitur Auerro. quia intelligunt per hoc nomen ens aliquod cõmunc decem prædicamẽtis analogicè dictum. Deus enim non eſt in genere vniuoce dicto, ſed

eſſentia cõtra Alex. Achilinũ.

Vid & aduerte hic cõtra iſtã opinionẽ vba Aue. in epithomate meta. tra. 1. c. 1. vbi diſtinguit quot modis dr̃ens qui aptiſſime loquitur.

sed bñ est in gñe analogo, in libro ēt de elemētis loco prēallegato dicit, ꝙ ens & esse sola grammaticali dria distinguunt, qualis est inter verbum & participium. Nam ens est deriuatū ab esse: vt dicit Cō. 7. metaph. com. 15. Et sic dicit tria, ꝙ cū ens distinguatur in potentiā & actū, & in cōgregatum dicit, ꝙ forma est ipsum esse, quia est id quo aliqd est, sed forma est, quo aliqd est, igit forma est ipsū esse. 2. dicit, ꝙ mria est esse potentiale, 3. compositū est ipsum esse intransitiue, & est ipsum esse compositi, sed nō est esse transitiue, & est esse quo ipsum est, qa tale est forma.

Sed ista opinio stare non pōt in fundamentis Peripateticorū, quia licèt in abstractis a mā, essentia & existētia idem sunt. tñ secus est in gñabilibus & corruptibilib⁹, scribit. n. Philosophus, ꝙ in conceptis cū materia, aliud est quidditas, & aliud essētia 7. primę philosophiæ tex cō. 34. & 3. de aīa. tex. cō. 9. vbi scribit, ꝙ in quibusdā aliud est ca ro, & aliud carni esse, & magnitudo, & magnitudini esse. Nā illud quod diuersificauit essentiā a qdditate in istis gñabilibus, vt scribit Cōm. 3. de aīa. com. 5. in fol. 3 qōnis. est materia. Et inde prouenit maxima diuersitas inter naturas entiū abstractorū a materia, & naturas gñabiliū, vñ videmus Arist. sæpe dicere, ꝙ nihil est cōeyniuocum illis & istis. Et pp hoc tenendum est existentiā in istis inferioribus in mā consistentibus, non esse de quidditate, quod sic ostenditur, illud quod est de intrinseca rōne quidditatis non pōt, nec re, nec intellectu separari a tali qdditate, sed quidditas pōt intelligi sine existētia, igit existentia nō est de quidditate. Sed ad hoc prefatus Doctor nitit rñdere. inquit. n. ꝙ duplex est esse, nāle & intētionale. Et sic ens diuidit per reale & rōnis, & tunc negat minorem, quia licèt essentia ꝓcipiat sine esse nāli, non tñ ꝓcipit sine esse intētionali, immo ipsa in ꝓceptu aīę est ens rōnis, & oportet proportionabl cor rñdere ens reale in esse nāli, & ens rōnis formæ hñti esse cognitum p intellectū, nulli. n. dubiū est, ꝙ res pōt esse ꝓcepta, q̄uis non existat.

Sed ista solutio stare non pōt, nec euacuat argm̄, quia certū est ꝙ essentia aut quidditas rei, vt est in aīa quidditatiue intelligi pōt, & tñ in tali esse, illud esse cognitum est sibi aduentitiū, & non quidditate includit in ꝓceptu quidditatis, qa qñ intell⁹ intelligit hoīs quidditatem, q̄ est aīal rōnale mortale, non intelligit esse cognitū, vt clarū est. Vnde Cōm. 7. met. sensibilia sunt entia, licèt non sentiant, sicut sunt entia, licèt nō intelligātur. Arguit. n. Philosophus ibi cōtra Plat. asserentē, ꝙ illud quod significat diffinitio, sit pars substātiæ sensibilium, tunc. n. vt asserit sequeret vt eas esse intellectas sit pars eorū esse, adeo ꝙ si ista sensibilia non fuerint, intellecta non essent. Arguo igit sic, sicut se habet sensibile apud sensum, sic se habet intelligibile ad intellectum 3. de anima tex. com. 2. sed esse sensatū accidit sensibile in esse naturali, nam vt inquit Arist. in loco prælallegato contra Platonem. si astra non viderentur a nobis adhuc essent, igit pariformiter esse cognitum,

tum,& esse intellectũ accidit intelligibili,sed per te ita proportionabiliter est esse rationis ad ens in aĩa, sicut esse naturale ad ens extra aĩam, igitur sicut esse cognitũ accidit obiecto intellecto, ita esse actualis existentię accidit essentię in esse naturali,ita.ſ.intelligendo ꝙ non est de intrinseca rõne eius. Et confirmatur, quia tale esse cognitũ est ens diminutũ,& est confirmatio quædam, cõparatio autẽ accidit rei,& est separabilis a re,sicut dicit Cõm.3.cœli, comm.9. Dicit.n.ꝙ ens respectiuum est hñs infinitas dispositiones& cõtrarias, res aũt ſm ꝙ est essentia. non habet nisi vnum, & est quodãmodo sua essentia. Et hoc ẽt est quod ap te dicit Auic. in 5.suæ met. cap.1. Equinitas est tñ equinitas: non est in actu, nec in potentia, nõ est singularis, nec vniuersalis, nec est existens in his sensibilibus, nec in anima. Ecce igitur ꝙ ram esse sensibile & naturale, q̃ esse in anima seu esse cognitum sunt aduentitia quidditati. Confirmat,quia diuisio per potentiã & actum est diuisio per modos qui sunt accidẽtia, sicut scribit Cõm.2.phy. com.32. vbi per diuisionem causatum per modos exponit diuisionẽ per accidẽtia, videlicet, quia non sunt de intrinseca rõne causatum, sicut p singulare & vl̃e per simplex & cõpositũ per potentiã & actũ. Vnde sicut singularitas & vl̃itas nõ sunt de intrinseca rõne quidditatis, sic neq; actus,neq; potẽtia. amplius si aliqua essentia includeret quidditatiue existentiam actualẽ, quæ tpe perficitur, maxime esset essentia motus. Nam tempus, aut est idẽ quod motus,aut est passio q̃dam ipsius 12. meta. tex.cõm.29. sed essẽtia motus abstrahit ab existentia tpis, sicut scribit Comm. in 4.physicę auscultationis authoritate Alex. comm.101.vbi dicit,ꝙ qñ Arist. dicit, tps esse numerum motus, non est intelligendum ꝙ mensurat essentiã motus, & idẽ com.97. dicit, ꝙ motus põt imaginari sine tempore,quia est prior natura,& hoc patet manifeste,qa in diffinitione motus nõ apparet tps. Vnde non aduertentes illi qui ponunt existentiã esse de quidditate rei, quod auferunt prioritatẽ nature, quia existẽtia non est nisi respectu singularis, & ita nõ posset intelligi genus sine speciebus cũ essentia generis sit in speciebus, nec posse intelligi species sine singularibus cum existẽtia speciei sit in indiuiduis,& multa alia q̃ contra Ioannẽ superius annotauimus in cõsimili materia. Amplius si in existentia per se quidditatiue diceretur de natura humana, sequeretur ꝙ omnia attributa quæ vere competunt naturę humanæ, quatenus est existens sibi per se competerent,& ita cum naturę humanæ, quatenus existens est competit ꝙ sit singularis, quia nihil existit nisi sit hoc, & singulare, & similiter sibi vt existens competit ꝙ generet ꝙ sanetur, sequeretur igitur ꝙ homo per se sanaretur per se generaret & per se generaretur, cõsequens est contra Philosophũ 7. primę philosophiæ. tex.cõ.28. & in proœ.met.actus & generationes omnes sunt circa singulare, vnde homo sanatur, quia Sortes sanatur. Vnde mirum est per vitã

meam

meam qũo non aduerterunt, ꝙ non eſt maior rõ vt exiſtẽtia ſit de quidditate rei q̃ ſingularitas, vnde Cõmen. 2. de anima cõm. 9. dicit, ꝙ indiuiduũ fm ꝙ indiuiduũ eſt per formam, quia non eſt indiuiduũ niſi ſecũdum ꝙ eſt in actu, & nõ eſt in actu niſi per formam. Ecce igitur ꝙ exiſtẽtia eſt, quę indiuiduo cõpetit fm ꝙ indiuiduũ, non igitur cõpetit naturę ſub qua indiuiduum eſt collocatum. principiũ enim per ſe notum eſt, & ab omnibus conceſſum Peripateticis ꝙ nihil exiſtit niſi ſingulare. Vñ 12. metaph. comm. 27. verus reſpectus eſt particularis, cũ vniuerſalia non habẽt eſſe extra animam. Amplius aũt falſum eſt, & ab oĩ veritate remotũ ꝙ qõ ſi eſt, & quæſtio quid eſt: ſint ambę quæſtiones ſpectantes ad quidditatẽ, & ꝙ non differunt, niſi per particulare & vniuerſale, quia tunc ſequeret ꝙ de rebus ſimplicibus in quibus non ſunt niſi cauſæ vniuerſales, non pñt ambæ iſtę qõnes formari, ſed ſolũ iſtæ quæſtiones formarentur de rebus compoſitis in quibus aliæ ſunt cauſæ propinquę a cauſis vniuerſalibus, hoc aũt falſum eſt, & contra Philoſophum, & omnes expoſitores, nã de oĩbus formari poſſunt, ſcribit enim Cõmen. contra Them. 4. cęli cõ. 22. & in paraphra. ibidem. clarius in ſumma ſecunda, ꝙ eſt dña inter ſimplicia & compoſita: nam ſimplicium cauſę ſunt ſimplices & tales ſunt etiã proprię cauſę, nam in ſimplicibus non inueniuntur niſi cauſæ vniuerſales tantum, & hæ ſunt ſibi etiam cauſæ propriæ, in cõpoſitis vero cauſæ proprię ſunt resaddite cauſis ſimplicibus & vñ-bus. Et ideo ad illorum notitiã nõ ſatis eſt cauſas vles exponere, & ꝓprias negligere. Amplius ſi demonſtrõ non abſtrahit ab actuali ex illa, ſequeretur ꝙ demõſtrõnes mathematicæ oẽs eſſent ſophiſticè paralogizantes, quia oẽs innituntꝫ principijs & propoſitionibus quæ non habent eſſe extra aĩam, vt dicit expreſſe Cõmen. in 3. phy. cõ. 60. ꝙ iſtę propõnes, pũctus motus facit lineã, & linea ſuperficiẽ, & ſupficies corpus, ſunt propõnes opinabiles geometricę, q̃ non hñt eſſe extra aĩam. Amplius Ariſt. 1. poſter. dicit, ꝙ arithmeticus ſupponit vnitatẽ eſſe, & q̃d eſt vnitas. Aliud aũt eſt vnitatis eſſe, & quod quid eſt vnitatis. Alteraus aũt dicit diuerſitatẽ in eſſentia, & non alteritatem qualis eſt inter quidditatem vlem & particularẽ. Amplius qõ ſi eſt, terminatꝫ ſyllogiſmo hypothetico per naturã, vt docuit Comm. in lib. prio. in cap. de ſyllo hypothetico, nec aliqua via quam per diffinitionẽ, diffinitio aũt non dicit aliquid eſſe, aut aliquid non eſſe ex primo poſteriorũ. ſequitur ergo ꝙ iſtę qõnes longe aliter differunt inter ſe, q̃ per vle & particulare. Nec obſtat authoritas Comm. in 5. met. cõ. 14. dum dicit, ꝙ in quæſito ſimplici ſunt diuerſificati expoſitores, in quo quęritur, an aliquid eſt, quia quidam dixerunt in 2. topicorũ, ꝙ reducunꝫ ad problema de accidente: & quidam ad problema de genere, nam illud non fuit dictu propter Auicen. qui reduxit illud ad problema de genere. Ná non eſt conſuetudinis Auerr. Auicen,

dicere

dicere Arist. expositorem. Nã p exositores appellare cõsueuit Alex. & Them. ex nouis, ex antiquis vero Theophr. & Eudemũ, vt é videre in doctrina eius. Amplius Aris. nõ dr Arist. expositor, nec est verũ fm Arist. qđ quæstio si est, quærit de esse quid est genus, immo q̃rit de esse q̃ significat veritatẽ, & ex consequenti q̃ spectat ad ꝓblema de accidẽte. Et de hoc adduco verba Auer. in ꝓpria forma. in dispu. 8. in Solu. 1. dub. vbi dicit. contra. Auic. n. vt recitat Commen. 4. Meta. cõ. 3. voluit q̃ ens & vnum sunt dispõnes accidentales, cõsequẽtes propriam naturam. Hoc autẽ est error, & ideo dicit omnia fundantur super vnum errorem, vz, q̃ esse rei est vnum suorum consequẽtium, & reddit causam, id. n. quod præcedit in scientia nostra quidditatem rei, est id quod significat verum esse. Et ideo qñ petimus si res est ens, vel si habet esse, & illas res habet causam inferẽtẽ suum esse, tñ valet quantum dicere. vtrum habet causam vel nõ, vt patefecit Arist in principio secundi Poster. sed si illa res non habet causam tãtum valet quantũ dicere. Vtrũ res habet consequens inferens suum eẽ, & qñ intelligitur de ente id qđ intelligit de re vel substantia, tunc sumitur modo generis analogice dicti. Ecce igitur manifestissimũ q̃ quæstio si est in principio libri Posterior. quærit de esse quod significat veritatem propositionis, & non quærit de esse quod est genus. Et sic etiam fm Arist. illa quæstio reducitur ad problema de accidente, & non ad problema de genere. nam esse quod significat veritatem ꝓpositionis significat accidens & esse, qđ significat substãtiam rei reducitur ad genus, sed quid fuit in causa q̃ ille vir & ille Suessanus inciderunt in talem errorem, vt assentãt ambas illas quæstiones esse de essentia & quidditate? quia nõ potuerunt uidere quo modo illa prima qõ cũ sit demõstratiua possit q̃rere đ illo eẽ qđ significat accñs, quia illa est qõ topica, sed si vidissent Auer. in 2. Poste. in magnis Cõment. com. 3. vtiq; hoc nõ dixissent. ibi. n. aperte vult Cõmen. q̃ quæsitis quę numerantur in lib. Topi. vtitur demõstratiuus, sicut eis vtitur topicus. sed diuerso mõ, quia demõstrator q̃rit q̃stra sordine ad dispositiones q̃ sunt extra animã, & per relationẽ ad primas intentiões, topicus vero tractat de illis in ordine ad secundas intentiões, sicut dicit. Et tu videas ibi cũ, igit in ꝓpositoqõ, an sit, ꝑt ad vtrũq; spectare, & semp quærit de eẽ qđ pertinet ad problema de accidente, qñ quęrit de esse vero & de topico nõ est dubiũ, & de demonstratore patet p authoritatẽ Auer. vbi § in dispu. 8. sic igitur esse actualis existentiæ, non est de quidditate rei. Non aũt intelligas qõnẽ si est q̃rere, an res actualiter existat, sed q̃rit vtrum habeat causam, vel in essendo, vel in inferendo per quã põt ostendi q̃ actualis existentia sibi põt cõpetere, nã demõstrones & diffinitiones abstrahũt ab actuali existẽtia, sicut probatũ est sup. a cõtra Iosn. de Gaudauo, qui fuit author istius opiniõis manifesti erroris. nõ obstat authoritas Auer. 1. Phy. com. 27. vbi asserit q̃ dicere aliqd eẽ non est ꝑdica-

Generatio est cōtinua & ęterna, qa motus localis est cōtinuus & ęternus, quoniam motus generat faciēdo appropinquare generantē generando 2. de genera. & corr. tex. com. 55. & 56
Generationis perpetuitatis tres causę sunt assignatę ab Arist. materialis, formalis, & causa agens de genera. & corru. com. 60
Generationes quorundam entium sunt necessarię, & quorūdam sunt contingentes. ex 2. de gener. & corru. te. com. 66
Genus demōstrat materiam, & differentia formam 2. de anima. cōmen. 8. Non est intelligendū genus esse materiam Alexā. enim in libro naturalium quęstionum demonstratiue scripsit genus esse diuersum a materia. Et hoc etiā Cōmē. in 1. primæ philosophiæ. cō. 17. & in 12. com. 14. sed intelligitur quòd genus cōparatur ad differentiam, sicut potētia ad actum, & sicut materia ad formam. Vnde teste Porphyrio in cap. de differentia, genus est proportionale materiæ, & differentia formę, & 7. primæ philosophiæ te. c. 43
Genus non est præter generis species, & si quid est illud vt mā est.
Genera impossibile est elementa rerum esse 1. de anima. te, com. 78.

bi Them. dicit. ꝙ gña porro ſunt notiones animi noſtri & non elementa rerum.

Gña accepta in diffinitionibus, aut ſunt vniuoca vt animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, vt ens & potentia & actus 2. de aïa. cõ. 30. Vbi patet duplex eſſe genus ſm Peripaticos, vniuocũ, videlicet, & analogũ, vide pro hoc etiam 4. met. cõ. 2 & 5. met. cõ. 4. & 1. de ani. cõ. 7. & 3. de aïa. 2. 4. & 3. phy. com. 4

Generat nihil ipſum ſeipſum, ſed ſalnat 2. de ani. tex com. 47

Genera rerum ſcitatũ, aut ſunt ſciẽtię ſpeculatiuę, aut artes operatiuę, aut virtutes cogitatiuę particulares Cõmenta. in cõmẽ. libri de diuinatione.

Generatio & corruptio & oĩs motus eſt a virtute quę eſt habitus, & ómne quod caret cauſis motus, eſt neceſſe habere quietem, quæ eſt priuatio motus. Cõmẽ in vlt. cap. de ſubſtan. orbis.

Genus rei cum ignorum fuerit non debemus ſtabilire illud 1. metheo. cap. 2. Commen. in ſua media.

Generatio mixti eſt dũ virtutes actiuę dominantur paſſiuis, corruptio autem fit quando paſſiuę dominãtur actiuis 4. methe. in principio.

Generatio ſimplex & naturalis eſt permutatio ab his virtutibus, cũ habeant rationem ex ſubiecta materia 4. metheorum text. cõmen. 2 Vbi ſcire debes ꝙ triplex inuenitur generationis diffinitio tradita ab Ariſto. vna eſt generalis q̃ principaliter verificatur de communi generatione, in qua vnum generatur ex vno, ſiue ſit ſimplicium, ſiue compoſitorum. Et iſto modo fuit diffinita in ſermonibus vniuerſalibus de generatione & corruptione. in tex com. 23. generatio eſt tranſitio totius in totum, nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto. Secunda deſcriptio eſt quę competit generationi mixtorũ omogeneorum, in qua vnum fit ex pluribus, & eſt deſcriptio aſſignata hic. Tertia eſt quæ competit viuentibus, quę fuit tradita ab Ariſto. in libro de morte & vita, dum dicit, generatio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & vita eſt eius permanſio.

Genus eſt diſtractum a materia 1. meta. com. 17

Genus eſt forma vniuerſalis, & eſt vnum in forma media inter potentiam & actum 1. metaph. cõmen. 17. & ſecundo methe. com. 14

Generatio eſt ſemper medium iter eſſe & non eſſe, ſecundo metaph. tex. commen. 7

Genera non ſunt in actu, niſi i ſuis ſpeciebus 3. met. tex. com. 11. idem 7. meta. tex com 43

Genera generaliſſima non habent genus niſi multipliciter dictum, quia omne quod habet differentiam habet genus, & non conuertitur. Commen. 5. meta. com. 4

Genus duplex, vniuocum & multipliciter dictum: elicitur diſtinctio ex 4. qninti metaph. & 4. met. 2. 2. & 1. de anima. cõmen. 7. & ſecũdo de anima. cõ 30. & 3. de anima commen. 4

Generatio eſt natura, quia eſt via in naturam 5. met. te. cõ. 5. & 2. phy. tex. com. 14

Generatio rerum naturalium non vt contingit, quemadmodum Emped. ſed ratione quadã conſiſtit 2.

de

de generatione & corru.t.cō. 40. Vide in concordan.
Genus est simile materiæ. 5. meta. tex.com. 10. idem in Porphyrio in cap. de differentia, nota tamen ꝙ non est vera materia 1. metaphy. com. 17. & 12. metaphy. commen. 14. Alexander enim demonstratiue scripsit, quòd materia nō est genus in libro naturalium qōnum secundo cap. vlt.
Genus pars speciei dicitur, aliter autem species generationis pars dicitur 5. meta. com. 30
Genus multitariam dicitur 5. metaphysi. tex. commen. 33 Et est in capi. de genere.
Genere diuersa dñr, quorum diuersum primū subiectum & nō resolui tur alterum in alterum, nec amb bo in idem. quinto metaphy. tex. commen. 33
Genere diuersa sunt materia & forma. ibidem
Genere diuersa sunt decem prędicamenta. ibidem
Generatio hominum potius attribuitur primo patri quàm primæ matri, quia motor est nobilior materia 5. metaph. commē. 33. & habetur in textu.
Genus dicitur tribus modis 5. met. tex. com. 33
Generatio quęlibet, aut natura, aut ab arte, aut a casu est 7. metaphy. tex com. 22
Generatio proprie est respectu substantiarum, accidentia aūt magis dicuntur pati quā generari 7. metaph. com. 22
Generationes quædam dicuntur factiones 7. metaphysico. tex. commento 22
Generationum & motuū hęc quidem intelligentia vocatur, illa vero factio 7. met. te com. 23
Generabile in rei veritate est indiuiduum compositum ex materia & forma, sed forma non est generabilis, neq; corruptibilis nisi per accidens, & similiter est de materia 7. met. c. 23. & tex. com. 26. & 27. 31. 33. & 12. meta. com. 18
Genus differt a materia, quia genꝰ prædicatur essentialiter etiam in recto de specie & materia prędicatur denominatiue 7. metaph. tex. commento 24. & 43. idem primo metaphy. com. 17. & 42. metaph. com. 14. Vide de hoc pulchre Alexand. in 2. libro naturalium quęstionum, quæstione vltima. vbi ostendit ꝙ materia non sit genus demonstratiue & apponit varias, & diuersas differentias.
Generatio magis attribuitur priuationi quàm subiecto priuationis 7. meta. c. 25. vide in concor.
Generatum ex materia & forma ē aliud ab eis 7. metaphy. in cōmē. 26. & 27. & 60 idem 5. meta. com. 6. & in 3. de anima comm. 5. iuxta dimidium, contra tenentes cōpositum non dicere tertiam entitatē in via Auer.
Generatum quodlibet necesse est, vt sit diuisibile in duas partes rōne non actu, in materiam. s. & formam 7. meta. te. com. 27. Et ratio est quia in hoc est differentia inter per se generata a natura, & inter generata ab arte, quorum generatio fit per contactum, quia in talibus compositum potest dissolui in duo, vel in partes ipsius componentis in actu, nedum secundum rationem, sed in generatis etiam præsertim simplicibus non potest

sompositum diuidi in duo ī actu, quia ſeparatio formę a materia ē corruptio ipſius 4.phyſi.com. 17. vbi ſcribit ꝙ eſt poſitio naturalis, ꝙ forma non mutatur per ſe, ſcilicet non mutatur de materia ī materiam ſecundum ꝙ corpora mutantur de loco ad locum, ſed ſeparatio eius a materia eſt corruptio, ſimiliter etiam ſeparatio materiæ ſecundum actum ab omni forma impoſſibilis eſt, quia quod non eſt in actu eſſet in actu, vt ꝺducit cōmenta. in 2. phyſicorum in commento 12. Dixi autem notabiliter hoc veritatem habere in ſimplicibus, nam vt ſcribit Cōmenta. in 3. cœli & mundi. in com. 11. vbi philoſophus ponit elemēti diffinitionem aſſerens ſic, igitur elemētum corporum ad quod alia corpora diuiduntur intus exiſtens potētia aut actu, hoc enim vero modo ſe habet indubitabile ē. Dicit Cōm. ibi & debes ſcire ꝙ hæc elementa de quibus perſcrutatum fuit in 1. ph. ſunt alia ab elementis, de quibus perſcrutatur hic. Illic enim declarauit materiam primam, & formam quę ſunt elementa vniuerſalia corporum, tam ſimplicium q̄ compoſitorum. Hic autem declarare intendit elementa corporum compoſitorum tantum, quę equiuoce dicuntur elemeuta cum illis, quoniam quum compoſitum diuiditur non exiſtunt in actu, forma enim corrumpitur & materia induit aliam formam. Vnde Ariſ. etiam in 2 ph.te.c 12. dicit deſcribēdo naturā, quę eſt forma, quia alio modo natura dicitur habentium in ſeipſis principium motꝰ, forma & ſpecies non eſt ſeparabilis eos, ſed aut ſm rōnem. Et ſic ét dicit Cōm. ibi ꝙ eſt ſeparabilis nō in eſſe, ſed ſecundum diffinitionē tantum. & 12. meta. commen. 39. dicit ꝙ intellectus innatus eſt diuidere adunata in eſſe in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidant in eſſe, ſicut diuidit materiam a forma, & formam a compoſito ex materia & forma, & Ariſtot. in 1 cœli & mundi, hoc idem aſſerit in text. commen. 92. & 95. in omnibus tam natura quā etiā arte conſtantibus, aliud eſt ipſa ſe cundum ſeipſam forma, & quę eſt mixta cum materia, de tali autem abſtractione facta ab intellectu qualis ſit, & ad quem ſpecter artifi cem pulchra difficultas eſt, & tu recurre ad ea quæ notaui tibi in cō cordantijs.

Genus eſt quod eſt commune & ꝓximum equo, & aſino, & non eſt nominatum 7. metaphyſi tex. 28. Ex quo patet ꝙ non eſt vniuerſaliter verum ꝙ vniuerſalia ſunt notiora minus vniuerſalibus in cogoitione confuſa, talia enim genera proxima rerum quandoq; latēt & ſunt minus nota quàm ſpecies, ex hoc enim prouenit quòd ſunt innominata. Nullus enim imponit nomen rei quam ignorat, vt habetur 7. primę philoſophię. cō. 54 & 4. etiam primæ philoſo. cō. 10. Cuius oppoſitum tenuit diuus Thomas & ſequaces. Cōtra diuum Thomam.

Generās & generatum ſunt duo numero, & vnum in intentione vniuerſali 7. met. te c. 28

Genus aliud verum, aliud rhetoricum 3. de anima. com 6

Generatio quęlibet fit per tranſmutationem materiæ: & materia eſt indiui-

indiuiduum generationis 7. met. tex.com.28

Generatum quodlibet generatione actuali.i.de generatione non ceſſabili generatur a ſuo ſimili 7. met. tex co.28. Vide limitationes huius propoſitionis 12. primæ philoſophię.in commen.24. authoritate Alexandri.

Generatio ſi a formis ſeparatis proueniret non eſſet poſſibile,vt iſtæ formæ eſſent cauſæ eius,quod apparet.ſ.ꝙ generans & genitum eſſent duo in numero, & vnum in forma 7.met.com.28. Et ratio eſt quia multiplicatio indiuiduorum in vna ſpecie,prouenit ratiõe materię,vt ibi dicit Cõmẽ.& in 1.meta.com.40. Et in libro deſtruc.in diſputa.1.in ſolutione ſeptimi, & octaui dub.

Generabilia ita ſe habent, ſicut mobilia: nam quemadmodum eorũ, quæ mouentur in loco, quædam mouẽtur ex ſe, & quędam ex alio ita eſt de generabilibus 7.met.cõ. 29.vide in concord.

Generata ab arte ſunt ī duplici differentia,nam in materia quorundam eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio,& talia in diſcriminatim,& a natura,& ab arte generari poſſunt,& in materia,quorũdam non eſt pars potentiæ naturalis,& talia non niſi ab arte generari poſſunt,vt domus 7. meta.text. commen.19

Genera per accidens non generantur a ſibi ſimili 7.meta.comm.& tex 28.& 30. vbi etiam in 12.primę philoſophię.in com.24. vbi inter illas tres limitationes iſta eſt vna,authoritate Alexan.etiam,vt ibi refert Commen.

Generatis ex ſemine formas exhibẽt ſemina per formas quas dederunt generantia ſemina,ſed generans non ex ſe.i.caſu quia corpora cœleſtia ſunt illa quæ dant iſtis aliquid loco ſeminum & virtutũ, quæ ſunt in ſeminibus 7.met.cõ. 31.& 12.meta.c.13 & 18

Generatum é formatũ,& generans eſt formans.ſ. illud quod mouet materiam,donec recipiat formã, ideſt illud,quod extrahit illam de potentia ad actum,& illud quod mouet materiam neceſſario eſt corpus habens qualitatẽ actiuam aut potentiam quæ agit per corpꝰ habens qualitatem actiuam 7.meta.com.31.idem 12. metaphyſicæ commen.18.vbi dicit. imaginatio ſuper creationes formarum,induxit homines dicere formas eſſe datorem formarum.

Generans ſubiectum formę ſi aliud eſſet a generante formã,tũc ſubiectum & ſua forma eſſent duo in actu ꝙ eſt impoſſe 7.meta.com.31. inde colligitur vulgata ꝓpoſitio ꝙ idem eſt agens diſponens mãm, & ītroducẽs formã, nota tũ qđ fallit in generatione artificialium rerum,vt patet in 2.phyſi.in tex.cõ men.14. & 15

Generatio ſubſtantię proprium habet quod requirit aliquam ſubſtãtiam actu exiſtentem quæ facit,vt anima,ſi animal naſcitur generatio autem qualis, aut quanti non neceſſarium,niſi poteſtate ſolũ 7. meta.t.com.32.vide pro hoc in 2. cœli com.42

Generatio eſt ipſius compoſiti non formę neq; materię,& hoc eſt cõe tã ſubſtantiæ quã aliis prędicamẽtis 7.meta.tex.com.32

Generatio

Generatio qualitatum & accidentiū fit duobus modis, nam quandoq; generant a sibi simili, & quandoq; sequuntur formam mixtionis primarum qualitatum 7. meta. cō. 32

Genus non videtur participare differentias, simul in ꝯtrarijs idē participaret, nam differentię contrarię sunt quibus differt genꝰ 7. meta. tex. com. 42

Genus non est præter eas quæ sunt vt generis species, aut si equidē vt materia est, vox. n. genus & materia 7. meta. com. & tex. 43

Genus propinquum appellatur primum, quia in diffinitione ponitur primus 7. meta. com. 43

Generis rationem obtinent quęcunque mediant inter primum genus & vltimam differentiam in diffinitionibus 7. primæ philosophie te. cō 43. vbi per primum genus non intelligitur proximū, sed generale quod est primum secundum natura, & ita vides quomodo in paruo spatio ęquiuocat Philosophus de primo genere in eodē tex. i habendo mod. cam solicitudinem de noībus sicut in simili notauit Cōmenin. 1. physicæ auscultationis ī cōmen. 1. quod dutum videbatur expositori.

Genera diuersantur quia quędā magis assimilantur formæ, & quædā magis materiæ 7. primæ philosophię com. 43

Genus assimilatur materiæ ibidem & 1. meta. cō. 17. & 12. met. cō. 14. & 5. meta. cō. 33. & 10. met. cō. 24. & 8. meta 5 & 6.

Genera sunt repræsentatio & exemplar materierum compositarum, quæ sunt partim actus, partim potentia, vnde huiusmodi esse ꝙ repræsentant genera est membrū inter formam quę est in actu & materiam primam, quæ nō habet formam. Et ideo genera habent diffinitiones, sicut & species donec perueniatur ad primum genus, quo nihil est propinquus materiæ primę. Et propterea huiusmodi genꝰ nō habet diffinitionem, sicut neq; vltima forma nisi per modum similitudinis. Et vnumquodq; illorum genus dicitur vniuoce, quia id quod repręsentatur per illa genera inuenitur perfectiꝰ q̄ ea quæ repręsentātur per genera analoga, vt ens & res, ex paraphrasi meta. tract. 2

Genus per se non prędicatur de differentię 3 meta. tex. com. 10

Genus generalissimum est simplex & genera subalterna sunt composita 3 meta. com. 11

Genus duplex propinquū & remotum 5. met. com. 10. & 2. phy. 28

Genus quodāmodo assimilatur materię & quodammodo assimilatur formæ, ſonus. n. quodāmodo assimilatur materiæ, quia est propinquus materię literaꝝ. & quodammodo assimilatur formæ quæ prædicatur de literis in quid 7. meta. tex. com. 43

Genus apud Arist. est forma vniuersalis, & differentia particularis 7. meta. cō 43. 1. meta. cō. 17. 8. metaphys. cōmen 6. & 2. phy. cō. 28. & cō. vltimo, vbi per formā intelligę formam declarantem quiddita tem, seu vniuersalem conceptum ne incidas in errorē Burlei & Ioānis de Gandauo.

Genꝰ primo debet diuidi in primā differentiā & sibi oppositā, & non primo debet diuidi in differentiā

sue differentiæ 7.meta.tex.cō.43. & 1.posteriorū in illo cap.ad probandum autem terminum per diuisionem,oportet cōiecturare rē. Et est in tex.cō. 21.in translatione antiqua.

Genus prædicatur de hoīe fm materiam:sed materia non prædicatur 8.primæ philosophiæ cō.6.& ibi Cōmenta.reddit causam dicens.& non debes dubitare in hoc,ex hoc quod dictum est in nono,scilicet quòd materia non prædicatur de aliquo secundum numerum,& secundum diffinitionem. Et est dictum hic ꝙ diffinitiones naturales constituunt ex formis & materijs,in diffinitionibus.n.compositorum ex substantijs & accidentib⁹.& in diffinitionibus rerū quę sunt in subiecto est meteria quasi differentia & forma quasi gen⁹,& si non attribuit ei nisi fm aliquā prædicationem,quod ideo dixit: quia 7.metaphysic.commen.43. &23. materia non prædicatur de habente materiam nomine principali,idest in recto,sed in obliquo,aut denominatiue,& sequitur.verbi gta.vt dicatur ꝙ simitas est concauitas in naso,& idolū terrestre idolum ex terra,in diffinitionibus vero rerum existentium per se,genus est quasi materia,& differentia quasi forma,& sic genus nō dicitur materia de diffinito nisi secundum quòd est gen⁹ ei.hoc est dictum ꝙ materia induit rationē generis,aut quod verius est,propter̄ to gen⁹ est proportionale materię, non ꝙ materia fiat genus. Et hoc declarant verba sequentia.Nomē enim generis significat materiam secundū quod est in potētia illud quod habet materiam,& sic prædicatur de habente materiā secundū quod est.Nomen autem materiæ significat materiā aliquid in actu pars n.eius materia est.Et iō non prędicatur de eo cum nō prędicetur aliquid in actu d aliquo in actu nisi per aliquam prędicationē importantem habitudinem. Et hoc est ꝙ confirmauit etiam dominus Albertus,cognomēto Magnus,super Porphyrio.in ca de generatione.vbi inquit ꝙ hæc est causa vera,ꝙ genus prædicatur,non ideo tantum,quia est maris,sed qa est forma,& secundū aliquem modū totum esse dicit,nam est totū essię speciei,sed non est perfectum esse speciei,totum enim esse est in potētia. Et nihil est de esse in potentia quod non sit ante vltimum actū, ad quem terminatur motus potētiæ.Esse autem in potentia est esse in genere,& quòd sic se habet ad subiectū,prędicatur de eo prædicatione essentiali,& non per prędicationem seu denominationē accidentalem,& hoc est quod a multis dicitur,quòd est forma partis quę non prędicatur,& est forma totius quę prædicatur,sed hoc non sufficit,sed oportet addere quòd forma totius sit,& totum esse significet & non significet essentiam,cuius est actus proprius. Animalitas enim non prędicatur. nec etiam humanitas quamuis animalitatis esse sit animal & humanitatis esse sit homo,talis ergo forma designans formā totius & esse prędicatur & non aliter,& aīa sensibilis loco animalis posita nō prędicatur,quia animal non est anima sensibilis.Et similiter aīa hominis

minis non prędicatur de homine, hæc.n.dicit formam partis & non totius esse. Aialitas aũt & humanitas non prędicantur de his, quorũ sunt formæ, non enim designant formas vt esse subiecti, sed vt essentias, aial autẽ & homo prædicant, quia designãt formas vt totum esse subiecti, vel in potentia, vel in actu, subiectũ dico de quo prędicatur. Et sic est ẽt in oĩbus formis accidentalibus, homo.n. est risibilis & non risibilitas, & est albus & nõ albedo, hæc illę. Et hanc etiam sẽtentiã sequitur diffuse diuus Thomas in speciali tractatu de ente & essentia, sicut poteris videre, & est doctrina etiam Auicennę in sualogica & in sua prima philosophia.

Genus vniuocum qũo distinguatur ab analogo, vide Simpliciũ in 2. d anima. in tex. secundo.

Genera altissima sũt simplicia cum non habeant gña, diffinitiones vero sunt compositorum 8. me ? 16

Generatio ex tribus perficitur additione, diminutione, & transmutatione 9. meta. tex. cõ. 12. Nam vt inquit Cõmentator in cõ. necesse est quãdo aliquid generatur, vt aliquid superfluum quod non cõuenit ad recipiendum formam diui datur a sua materia, & necesse est vt aliquid addatur ei, s. forma per quam dicitur generari, & additio & diminutio non fiunt sine transmutatione. vbi aduerte vt haberur ibi in textu, hoc tñ hẽtĩ his, quorum generatio est ab extrinseco, sicut est generatio domus & rerum factarum ab arte, nam in naturalibus generatio non fit per congregationem, vel additionẽ aut diminutionem, sed alterationem vt dicitur primo phy. tex. cõ. 63. & in 1. de gener. & corr. contra antiquos.

Generabilia ex se sunt quęcũq; sũt in potentia, & sunt illa in quib⁹ sicut nõ est aliquid, quod ĩdiget primo motore extrinseco, ita q⁹ sit in potentia illud, sicut sperma, nõ qñ fuerit in aliquo in quo indiget trã smutatione, vt dum est sanguis in venis, sed quando fuerit sperma in actu 9. meta. tex. com. 12

Generatione posteriora spẽ & substantia sunt priora vt vir puero, & homo spermate 9. met. tex. cõ. 15

Genera non sunt subæ & naturę separabiles ab alijs in 10. met. habetur in tex. com. 6

Genus quodlibet habet ĩ se vnũ primũ, quod est metrũ oĩum ĩ illo genere. 10. primę philosophię. t. c 7

Genus vniuocũ significat suas species mediante aliquo cõi, sed analogũ significat prima significatione, & sine medio vt ens & vnũ significat 10. prædicamenta prima signatione, & sine medio 10. met. cõ. 8. & in lib. destruct. in dispu. 7. in solutione 5. dubij. Vide de hoc lucidissimum Themist. in 2. d anima in cap. 12. & est in expositione tex. 30. Vide etiam de hoc 12. primæ philosophiæ com. 19. & 20.

Gña entium naturaliũ repręsentant materias sensibiles: sed gña in diffinitionibus entium mathematicorum, repręsentant materias fictas intentionales, quia in diffinitionibus eorũ non apparet materia sẽsibilis, ex paraphrasi meta. tract. 2

Gñe differunt, quorum non est cõmunis materia, nec generatio ad inuicem 10. meta. tex. com. 12

Genere differentia mutuã ad se viã non habent, sed plurimum distãt

10. met.

10. meta. tex. commen. 13

Genus significat materiam 10. meta. tex. cõmen. 14. Vide in cõcor.

Genere distantia nõ conueniunt in vna natura oino 20. me. cõm vlt. Ex quo patet ꝙ genus analogũ nõ significat vnam naturam cõem analogatis ſ3 Peripateticos, ita ẽt sentit lucidissimus Them. in 2. de anima cap. 12. Et est in expositione tex. 30. idem tenet Cõm. 10. metaph. cõ. 8. de ente & vno. idem tenet in lib. destruct. in disp. 7. in solutione quinti dubij.

Genus verũ non habet species priores se adinuicem, 11. meta. Commenta. ex authoritate Alexan. Et est sententia Arist. in prædicamentis, in cap. de simul. Et est authoritas Porphyrij in cõmunitatibus, licèt Auerrois ibi dicat ꝙ prioritas inuenitur, & in eodem genere, & in diuersis generibus quæ dicũtur in respectu eiusdem rei. Themist. etiam in 2. de anima in cap. 12. in expositione textus. 30. expresse dicit, ea namq; quæ ita inter se hñt, vt priora hæc posteriora sint illa, quam q̃ communem aliquam notionem habeãt, quę de his dicatur fieri, tamen negauit, vt illa, aut genus sit, aut natura vna, ita vt sine his intelligi seorsum possit, de quibus iudicatur dici dicituruę, vide quid sensserim de hoc in 12. primę philosophię. in expositione secundi commentarij.

Genus quandoque dicitur vniuoce, quandoq; secundum prius & posterius 11. meta. cõmen. 2. idem 1. de anima. cõmen. 7. & in secundo de aĩa. cõ. 30. Et in 3. de aĩa. cõmẽ. 4. & 4. meta. cõ. 2. & 5. metaphys. commen. 4

Generationes priuationum nõ proprie dicuntur. nec est recũ eas appellari generationes, quia non ꝓueniunt ſ3 primam intentionem, sed sunt ex erroribus contingentibus, & hoc est tam in natura quã in arte 12. meta. com. 15

Genita ex materia putri videntur esse species intentę a natura & plura eorum generantur in temporibus terminatis, & etiam in locis terminatis 12. meta. com. 13. Et lucidissimus Themis. in primo de anima. in cap 24. inquit. in ęgypto mures sponte nasci, & in nostro cœlo vermes & locustæ.

Genitorum ex materia putri, virtus quę est in materia putri similis arti est a sole tantum, sed genitorũ ex semine fit virtus a sole, & habẽte semen 12. primæ philosophiæ com. 13. & 18. & 7. met. 2. 31. idem 12. meta. com. 40

Generatio qũo fiat require quinq; opiniones duas extremas, quarũ vna est ponentium latitationem, & quodlibet esse ī quolibet. & fuit opinio Anaxagoræ, & secunda est ponentium creationem ex nihilo, & tres aliæ opiniones sunt mediæ inter ipsas 12. meta. cõ. 18. ab illa parte, dicamus igitur ꝙ omnes dicẽtes agẽs & gñationem esse sunt bipartiti & contrarii, & habẽt medios vsq; ad calcẽ cõmenti istarũ autem mediarum. vna est Auicẽ. secunda est The. & tertia est Arist.

Gñatio assimilatur creationi quodammodo inquãtum illud quod est in potentia fit in actu, sed differt a creatione inquantum non conuenit per formam ex non forma. Et aliqualiter assimilatur latitationi 12. primæ philosophię.

com-

cō. 18. iuxta dimidium cōmenti.

Generans animam non ponit animam in materia, ſed extrahit illā quod eſt in anima in potētia ad eſſe animam in actu 12. met. cō. 18

Generabile quodlibet & corruptibile, & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities 12, meta. commen. 50

Generatio nihil aliud eſt niſi res cōuerti de potentia ad actum, nulla namq; permutatio de ſumma priuatione fit, ex libro deſtructionū. diſp. prima, in ſol. 21. dubij.

Generationem fieri in infinitum recte impoſſibile eſt, ſed non circulariter, quia daretur infinitum in actu, ex diſpu. 3. in ſol. 18

Generabile inquantum generabile pars eſt huius mundi, ſenſibilis. Ex libro deſtruct. diſpu. 3. in ſol. 18. dubij.

Generabile quodlibet vere generatur, ex re, & de re, & pro re. & in loco, & tempore. ibidem diſtin. 3. in ſolutione 18

Generā apud hoīum opiniones ita ſe hñt, ꝙ tres ſunt ā generibus opiniones, quidam poſuerūt ꝙ genera ſunt omnia genetabilia & corruptibilia, prout ꝓtinent finita īdiuidua, ſecunda opinio tenet. ꝙ qđ dā genus eſt ab æterno. i. ſine principio, & ſine fine, vt apparet cōtinere infinita indiuidua. Et hęc opinio eſt bipartita, namaliqui tenēt ꝙ talia genera acquiſunt ęternitatem ab aliqua cauſa extrinſeca neceſſaria, & iſta eſt via Philoſophorum. Alij vero dicunt ꝙ prout continentur infinita indiuidua optīe dici pōt ꝙ ſunt ab æterno. Et hæc eſt opinio illoꝝ qui dñr ęternales.

Genus vniuocum & differentia vniuoca ponuntur in diffinitionib⁹ rerum compoſitarū ex forma vniuerſali & particulari, ex diſp. 7. in ſolutione primi.

Generis compoſitio & differētia eadem eſt compoſitioni ex re potentiali & actuali, generis namq; natura nunq̄ actu reperit᷑ nuda a natura differētiali ſeu formali & qđcunq; compoſitum. Ex iſtis duab. naturis apud philoſophos ē generabile & corrup. & habent agēs ex diſput. 7. in ſolutione 3

Generis vniuoci cōmunicatio oppoſita eſt comunicationi generis analogi, & vide cauſam. in lib. deſtr. in diſpu. 7. in ſolone vltimi dubij.

Genitum membrum. debet eſſe de ſubſtantia illius mēbri ex quo genitum eſt ſm Ariſt. ſed Galen negauit. hanc propoſitionem Cōm. in 3. de partibus anima. in ca d corde, & Auicenna etiam negauit illā propoſitionem. dixit enim ꝙ corallum, quod eſt duriſſimum oritur ex terra molli. Auer. autem dicit propoſitionem iſto modo intelligit ꝙ quoties ortum eſt eiuſdē ſpeciei cum mēbro a quo oritur, & quoties ramus eſt eiuſdem formę cū ſua radice, ſemper ſunt eiuſdem ſubſtantiæ. Et ideo non poteſt naſci malum punicum in ramo citri.

Generationis natura ē ꝙ poſt multa genera ſimilitudo redditur, vt ęlide quæ cum æthiope concubuerat non filiam forma ęthiopis peperit, ſed ex filia erat ęthiops, prīo de generatione anim. cap. 18

Generatio & compoſitio naturalis non eſt ex ſimplicibus prius tēpore & loco diſtincte generantis generare compoſita, ſi cum in generatione

tione artificiali contingere potest ibidem.

Generatio aĩalibus data est ad speciem perpetuitatem quum numero perpetuari, nequeant, Arist. sententia est in principio secundi de generatione animalium. & est sentẽtia repetita per ipsummet & per Auerroem in 2. de anima. te. commen. 34

Generare tale quale ipsius, hoc est cuiuscũq; perfecti, tum animalis, tum stirpis secundũ naturam effectum est in 2. de gene. animalium in cap. 1. in fine. & in 2. de anima. tex. cõmen. 34. & in 4. metheoro.

Generatio animalium quinq; modis perficitur, quorum primus est animalium gignentium sibi simile. figura & similitudine ĩtra se & extra se. secundus est animalium quæ ouum generant intra se mox animal edunt foras, & hoc est dũ ouum intra corpus animalis corrumpitur, & est species animaliũ cartilaginea nuncupata. tertius ẽ animalium generantiũ intra ouũ imperfectum & extra perficitur vt pisces non habentes squamas &pẽ nulas, quartus est animalium quę vermiculum extra pariunt, & sũt animalia quæ non gignũtur, sed sponte natura gignuntur. Aue. ex 2. de generatione animalium colligit hanc diuisionem ex Philoso pho. ibidem cap. 1

Generationum secundũ naturam distinctarum & corruptionũ principia quædam incidunt, quæ illas impediunt, atq; ita causę fuerit eorum quæ prȩter naturã eueniunt. Arist. in 4. de gener. anim. ca. vlt. inde patet ꝙ non omnia ex necessitate proueniunt.

Generatio similis in specie & quidditate magis videtur apparere in artificialibus q̃ in naturalibus, tamen ita est in natura, sicut in arte. Ex paraph. meta. tract.

Generationis proprium in his quę gignuntur in paruo consistit, paruum autem facile moueri depraua riq; potest. Arist. in 5. de generatione anima.

Generatio præcedit motum localẽ singularium, sed vniuersaliter motus localis præcedit omnem motum. Them. 8. ph. 58

Generatio est ꝙ nõ a sua natura de generauit. Nobile autem est quod ex bono prodiit genere 1. de hisstoria anim. cap. 1

Genera multa in species diuidi possunt, sed nullis nõibus nominatas 1. de hisstoria anim. ca. 6. Et ibi ẽt colligitur ꝙ multa sunt genera carentia nomine. Et habetur ẽt in 7. meta tex. com. 28

Generatio animalium & stirpium alia ex semine, alia vero sponte naturę proficiscitur. Arist. in 5. de natura animalium cap. 1. & 11. primę philosophiæ tex. com. 27

Generatio animaliũ sponte nascentium, aut ex humo, aut stirpe putrescente consistit, aut in animalibus & eorum excrementis fit 5. de gene. anim. cap. 1

Generatio piscium ex ouo differt a generatione auium. sexto de natura anim. cap. 10

Gentes diuersantur duob' modis, quorum vnus est naturaliter, s. f3 virtutes eorũ, & fm entia propria suis regionibus, secundus est f3 similitudines & opiniones eorum fm leges suas. Commenta. in cõ. libri de diuinatione.

Geometer non habet disputare cõtra negantes principia geometrię. 1. Phy. te. cõ. 8. Nã redditur ibi ratio, quia hoc pertinet ad sciẽtiam cõmunẽ. idẽ habetur in 1. Posterio. ab Arist. idem 3. Cœli cõ. 4. & 8. Ph. com. 22

Geometer habet pro principio ꝙ diuisio magnitudinis procedit in infinitum, idẽ 3. Ph. com. 60. & 1. phy sic. com. 11. 3. Cœ comm. 6. & 4. physi. commen. 72

Geometer considerat superficies lineas & pũcta & corpora, vt abstra hunt a materia sensibili 2. ph. t. c. 18. 1. Cœ. cõ. 1. 3. Cœ. cõ. 5. 6. Meta. t. c. 2 3. Meta. te. com. 3. 7. meta. te. c. 34. & 35. 1. de aĩa. 17. 1. cœ. 92.

Geometer habet pro maximo fundamento ꝙ omnis magnitudo diuiditur in duo ęqualia 3 ph. c 56

Geometer dicit magnitudinem augeri in infinitum 3. ph. com. 60

Geometer cõuenit cum naturali in hoc ꝙ magnitudo est diuisibilis ĩ infinitum, sed non cõuenit in hoc ꝙ sit augumentabilis in infinitũ 3. ph. com. 60. & 3. Cœ. com. 6

Geometricæ propositiones sunt de capitulo opinabilium propositionum, quæ sunt fundamenta geometrię absq; eo ꝙ sunt extra animam 3. physico. commen. 60. & 3. Cœ. commen. 7ª. Nota tamen ꝙ ex hoc non sequit, vt sciẽtia geometriæ sit scientia rationalis & ꝺ secũdis intellectis vt alibi notaui.

Geometer dicit ꝙ linea recta est brevissima linea ducta inter duo pũcta, sed hoc est large. & sil' ꝙ figura circularis est ęqualis figuræ pologoniæ 1. ph. com. 29

Geometer imaginat' ꝙ linea recta incuruetur, & decipitur in hoc 7. ph. com. 29. Vide in concordant.

Geometra licèt ponat diffinitionẽ continui, tñ naturalis experitur ꝓbare 1. Cœli commen. 4. vide idẽ 3. physi. commen. 31

Geometra & naturalis communicãt in tribus magnitudinibus, sed diuersis modis 3. Cœli comm. 6. & 3. phy. com. 60. & alibi.

Geometrię certitudo in demonstrãdis rebus & iudicãdis maior altro nomiæ: nobilitas amplior ẽ merito eius naturæ, circa quam versatur, demõstrationes vero eius probationesq; eius imbecilliores sunt q̃ geometriæ aliquãto, propterea quia agit de rebus agnoscentibus motum, Themist. 1. de Ani. & cõ. ibidem tex. com. primi.

Geometrię principia non oĩa sunt eadem numero, sed propria numerorum sunt eadẽ numero 3. Cœli commen. 35

Geometriæ principium est ꝙ omne corp' est diuisibile, & ꝙ omne corpus diuiditur in quæcunq; pũcta 3. Cœ. com. 37. & tex. com. 38

Geometria erat in magno prętio tẽpore Plato. & Plato propter amorem geometriæ, & magistri ĩ multis erauit. opinãs res geometricas esse principia rerum sensibilium 3. Cœli com. 61

Graue & leue nõ habent motus naturales a medio impeditos 4. phy. com. 71. & 74

Grauitas qñq; ꝛeparatur a densitate 4. ph. t. c. 85. vbi dicitur in text. disonant autem graue & durum. in plumbo & ferro, vbi dicit Cõ. ꝙ plumbum est grauius ferro, & tamẽ est rarius, vide idem in 3. Cę. in cõ. 10. & in 2. de generatiõe & corruptione in com. 15

Grauitas & leuitas sunt numeratæ in tactu, & similiter mollities & duritiæ 7. physic. cõmen. 11. vide in concordantijs.

Grauis & leuis essentia efficit vt leue vbi dicitur superius, & graue inferius. 8. physi. tex. cõm. 32.

Grauitas & leuitas in discriptione grauis & leuis sumuntur pro habitu & forma, quæ est principium mouendi, licèt vulgariter sumantur pro qualitate 1 cœli. commẽ. 17. Ex quo patet grauia & leuia habere principium intrinsecum actiuum respectu motus, vide etiam in primo Cœli. cõmen. 81.

Graue & leue habent duas descriptiones, vnam ex motu, aliam ex quiete. vide primo Cœli. tex. cõm. 17. vide quę sit magis declarans subam in 4. cœli. cõm. 26. & 31.

Grauitas est leuitatis priuatio. 2. cœli. ter. cõ. 19.

Grauium corporum descensus ad medium totius coegit nos dicere ea esse rotunda, ita motos leuium a centro æqualiter ad circunferentiam cogit nos dicere ꝙ circũferentia sit rotũda 2. cœli. cõ. 30. & c. 26.

Grauitas quãdoq; sumitur pro motu ad medium, & quãdoq; pro forma corporis graui 2. cœli. text. cõmen. 104.

Graue & leue quodlibet quod est grauitatem, aut leuitatem habens non per se, sed in comparatione alteri⁹ necesse est vt sit grauius alio, & leuis alio. 3. cœli. tex cõm. 9,

Grauitas & leuitas non sunt eiusdẽ naturę in simplicibus, quia terra est grauis simpliciter: & aqua est grauis secũdum comparationem, 3. cœli. cõm. 8. Simplicia enim vt asserit non sunt eiusdem naturæ inter se vbi ponit tres conclusiones. Prima conclusio quæ elicitur est ista, ꝙ grauitas & leuitas nõ est eiusdem naturę. In simplicib⁹ natura differunt specie, quia grauitas terræ est grauitas simpliciter, grauitas aquę est grauitas comparatiua. Similiter leuitas ignis est leuitas simpliciter, & leuitas aeris aeris est cõparatiua. Secunda conclusio est, ꝙ grauitas & leuitas simplicium non sunt eiusdem naturę & speciei, cũ illis quę sunt in corporibus compositis. i. mixtis, quia vt asserit, parua pars plũbi est grauior magna parte terræ. Tertia conclusio est, ꝙ grauitas & leuitas mixtorum corporum adinuicem comparatæ differũt specie, vt grauitas plũbi & grauitas auri, quia pars parua auri est grauior magna parte plumbi.

Graue simpliciter non est grauius alio secundum Arist. inquantum est terra, aut aqua, sed inquãtum est graue 3. cœli. cõmen. 8. Consimile de subtilitate dicit Cõmẽ. in 4. physi. cõ. 72. & de velocitate motus 6. physi. cõmen. 15. & de regularitate motus 5 phys. cõmen. 45.

Graue quodlibet dẽsum esse & omne leue esse rarum non est vniuersaliter verum, lapis enim diaphanus est grauis, & tamen est rarus & nubes sunt densæ, & tamẽ sunt leues. 3. cœli. cõmen. 8.

Graue esse oportet ꝙ graui grauius est, quemadmodum albo albius album. 3. cœli. tex. commen. 12.

Graue aliquod esse compositum secundum quantitatem ex nõ grauibus impossibile est, & ideo additum est secundum quãtitatem ad excipiendum materiam & for-

mam, quę non ſunt graues, aut leues, ex quibus comparãtur corpora grauia & leuia, quia cõpoſitio ex materia & forma, eſt ſecundum qualitatem. 3. cœli cõmen. 12. Ex quo habes q̃ ſint partes ſm qualitatem ſecundum viam eius.

Graui quolibet dato grauius aliq̃d accipi poteſt, quomodo ſit intelligendum hoc dictum Philoſophi. 3. cœ. t. c. 9. vide Auer. in paraphra. 3. cœli. in ſum. parte ſecunda, in contradictione prima.

Graue & leue quandoq; ſignificãt habitum & formam, & quandoq; ſignificãt actionem. 4. cœli. com. 2. Vide etiam 1. cœli. cõmen. 17.

Graue & leue aliud ſimpliciter, aliud ad alterum. 4. cœli, tex. cõ. 3.

Graue & leue ſecundum comparationem eſt illud in quo nõ eſt pura grãuitas, neque pura leuitas 4. cœli. cõm. 3. vide quomodo ſit intelligendum. 4. cœli. in cõm. 26.

Graue & leue ſimplicia fuerunt cognita ex motibus eorum naturalibus, quia cũ inuenimus duo corpora quorum vnũ eorũ mouetur ex eodẽ loco ex partibus oĩbus ad partes oppoſitas, & alterũ eorum mouetur ad illum eũdem locum ex omnibus partib⁹ oppoſitis, neceſſe eſt vt ſint hic duo loca naturaliter oppoſita, medium. ſ. qđ vocat inferius & circunferenta quã vocat ſuperius ſimpliciter, & non ſecundum comparationem. 4. cœli. cõm. 3. & habetur in tex.

Grauitas in magnitudinibus quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, nõ differt niſi ſecũdum magnitudinem & paruitatem, ſed in magnitudinib⁹ diſtarum ſpecierum ſunt diuerſę in grauitate, quia quemãdmodum velocius mouentur ad medium. 4 cœli cõ. 6. vide cõ. 8. tertij de cœlo & bene inteliges illud.

Grauitas in cõpoſitis magis dominatur, raro enim dominatur leuitas in eis. 4. cœli, cõm. 6.

Grauitatem diuerſificari ex diuerſitate corporum intelligibile ẽ, ſed non ex diuerſitate ſuperficierum, quia grauitas nõ dicitur de ſuperficie 4. cœli. tex. cõm. 11. vbi prefertur opinio Democriti opinioni Platonis in aſſignauda cauſa grauitatis & leuitatis maioris & minoris in corporibus.

Grauitatis & leuitatis cauſæ traditę ab antiquis diuerſimode ſunt, & vſ̃ter ſunt quatuor opiniones antiquorũ. de hoc vide 4. cęli. cõ. 29

Grauitas in elementis mouet vt eſt forma. & mouetur vt eſt in prima materia. 4. cœli. cõm. 22.

Graue ſimpliciter eſt illud qđ quieſcit ſub omni corpore, & leue ſimpliciter eſt illud quod naturaliter qeſcit ſup oĩa corpora. 4. cę. t. c. 26

Grauis & leuis diffinitiones datæ p quietem, magis demonſtrant naturas eorũ quam diffinitiões datæ per motũ, quia motus a medio, vſ̃ ad mediũ non accidit eis, niſi poſt violentiam. 4. cœli. com. 26. & 31.

Grauitas & leuitas, vt tradit Ariſt. in greco idiomate, ſunt duo nomina ſignificãtia potẽtias q̃bus hæc corpora mouentur, ipſorum vero corporũ motus nullũ, vt inqt nomen effertur, in arabica vero lingua vſus horũ noĩum videtur eſſe in contrariũ. Auer. in paraphraſi. 4 de cœlo. ſumma 1. cap. 1.

Grauis & leuis ſubiectum perfectũ eſt & propinquũ eſt ſubſtãtiæ elemẽtorũ. ſecus eſt de ſubiectis aliorum

rum motuū, ſubiectum enim albedinis & nigredinis, & ſubiectum receptiuū ſanitatis & egritudinis longe diſtant à ſubſtantia, & perfectione rei recipientis ſanitatē & ægritudinē. 4.cœli, in paraphraſi ſum. ſcūda. idē. 4.cœli. te.c.24.

Grauis & leuis diffinitiões ſm The. rectius dantur p motū q̄ p quietē: huius tamē oppoſitū ſentit Auer'. in para. quarti de cęlo. ſum. 3.c.1. Et conſidera ibi auream digreſſionem contra Themiſt. vide etiam ipſum 4.cœli.cō.26.&31. vbi habetur ꝙ diffinitiones date p quietem demonſtrant magis naturam eorū, licēt deſcriptiones datæ per motū, magis oſtendunt dřias quæ ſunt inter abſolutū & cōparatiuū.

Grauitatis & leuitatis diuerſitas īuēta in compoſitis proficiſcitur ex diuerſitate ſimplicium in multitudine & pauciate 4 cœli. tex. cō.28.

Grauitas magis aurū q̄ argentum in eodem loco, qa cōſtat ex pluribus partibut terreſtribus, q̄ ex quibus componitur argentum, & hoc eſt manifeſtum. 4.cœli. cōm.28.

Grauitas ex cōpoſitis quoddā magis q̄ alia in eodē loco, & quędam in locis diuerſis. 4.cœli. ibidem.

Grauitas in aere magis lignū centū librarū q̄ plumbū vnius libræ, in aqua vero eſt leuius 4.cœli.t.com 28. vide cauſam ibi cōtra Them.

Grauitas & leuitas elementorū mediorū in proprijs locis eſt alterius rationis & equiuoce cum grauitate & leuitate dictis, quādo ſunt extra loca propria: & hoc ignorauit Themiſt. 4.cœli.cōmen.29. idem habet in paraphraſi. vide etiam. 4. cœli cōm. 39. contra Themiſtiū.

Graue & leue vno modo ſunt contraria & alio mō ſunt relatiua, cū vnū ſit pfectio alterius. 4.cœ.c.35.

Grauitas ī aere magis dānatur q̄ leuitas: vide cauſam & ſigna. 4 cœli.tex.commen.39.

Grauitatis & leuitatis ſimplr cauſa eſt terminatio in parte ſuperiori & inferiori ſimplr, & cauſa qd' ſuperius & inferius ſimplr ſunt eſt finitas extremorum loci, & cauſa finitatis extremorū in loco eſt ꝙ vnū extremorū eſt cētrū & reliquū eſt circūferētia: alioqn nō īueniret finitas ī lōgitudine recta, qa lōgitudo recta nō eſt forma p ſe, & pp aliquod finitū p ſe, ſed pp lōgitudinē rotundā. & ex hoc apparet ꝙ loca ſunt duo tm̄: & impoſſe eſt eſſe plures mundos vno ex 4.cœli.cō.40.

Grauis & leuis antiqui cauſas aſſignauerunt ex quātitatibus. Ariſt. autem ex formis, & nō parua dřia quia finitas nō eſt ex quātitatibus rerum, ſed ex formis. 4 cœli.c.40.

Grauitas aeris in ſuo loco proprio non eſt ſicut grauitas quā dicitur habere in loco ignis. Cōmentator cōtra Themiſtium in paraphraſi quarti de cœlo in ſum. 3. cap.2.

Grauitas & leuitas non ſunt qualitates actiuæ. 2. de genera. & corruptione. tex com·8. vide in. concor.

Graue & leue ſunt in prædicamento ſubſtātiæ. 2. de anima. cōmen. 108. idem 4 cœli. commen. 20.

Grauitas & leuitas ſunt in prædicamento quantitatis, ſecunda intentione. 5. metaphy. cōmen 18.

Grauitas terræ cauſa eſt maxima diſtantia a motu orbium, & per contrariam cauſam ignis eſt in maxima leuitate, ex libro deſtructio. diſpu. prima. in ſolutione 11. dubij idem in 2. cœli. cōmen. 94.

Grauitas sequitur priuationem motus,& leuitas sequitur ad calorem qui causatur a motu. ex paraphrasi metaph. tract. 4

Granis granatorũ inest proprietas resistendi putrefactioni,& vt cibus in fumositatibus malis minime cõuerti possit 7. colli. cap. 16. Ideo in cura putridarum febrium solet a medicis expertis adhiberi in digestiuis syrupis commiscendo vinum granatorum.

Gradus virtutum actiuarum est super vnam eandem complexionem secundum comparationẽ graduũ virtutũ passiuarum. ex 2. colliget, cap. de complexionibus membrorum consimilium, vbi etiam dixit contra Galenum ꝙ mensura duarum qualitatũ actiuarum sequit'a mẽsura duarum passiuarum, quia formę proprie habent materias proprias sub eis.

Grando est aqua congelata in nube 1. metheo. cap. 4

Grando magis generatur in autumno & in vere; econtrario dispositionis huius ibidem.

Grossitudinem habẽs ex admixtione aeris cum aqua est aereũ a predominio, sicut oleum, & ideo natat super aquam. Commẽtator in 4. metheo. in summa.

Grues senescẽtes cuius effectus causa esse potest ꝙ pennarum natura earum albicet plusquã humoris his senescentibus constituitur in pennis quàm vt facilius putredini pareat. Aristoteles in 5. de generatione animalium. cap. 5

Grues ex scyticis campis ad paludes ægypto superiores. vbi nilus profluit veniũt, quo in loco pugnare cum pigmeis dicuntur: non enim id fabula est, sed certe genus tñ hominum, tum equorum pusillum est, vt dicitur, deguntq; in cauernis. vnde nomẽ troglodite a subeũ discauernis accepere, Atisto. in 8. de natura animalium cap. 12. Cæterum autem ideo, Arist. dixisse id nõ esse fabulam, quia de hac re multi scius Home. meminit in 3. lib Iiados. vbi scribit. Aduerte tamen ꝙ tametsi & Arist. & Homerus afferant pigmeos esse hominũ genus, non propterea intelligendum est ꝙ sint eiusdem speciei, non enim habent animam rationalem, sicut bene notauit Albert⁹, cognomento magnus, in libro suo de animalibus libro 7. ca. 6. Est igitur gen⁹ simile homini, quia sunt figurę rę ętæ sed non sunt vere homines.

Grues volant de vltimis in vltima, vt dictum est, & volant flatu secũdo. Quod de lapide narrãt falsum est: lapidem enim eas tenere fulcimento quem vbi deciderit accipi vtilem ad auri probationem. ibid.

Gruum prudentia requiratur in 9. de natura animalium cap. 10

Grues inter se tam acriter pugnant, vt dimicantes capiantur: hominẽ enim expectant potius quàm pugna desistere patiantur 9. de natura animalium cap. 12


Gummi sunt ingrossata & inspissata a calore, quia sunt superfluitates texræ nascentium, & in omnibus est siccitas aliqua per viscosita tem existentem in ipsis 5. colliget. ca. 2. vbi loquitur de ammoniaco.

Gustus & tactus in vnamet parte linguæ sunt. Themis. in 2. de anima capit. 39. vbi collige non esse semper necessarium diuersorum sensuũ esse organa diuersa fm rẽ.

Gustus

Gustus est quidam tactus 2. de anima.text.commen.94
Gustus cum sit in homine absolutior & certior odōratu, cur degustatis rebus statim voluptas, ægritudoue consequatur, neq; Arist. neq; expositores attingunt. The. 2. de anima.cap.32.& est sup t.95
Gutta vltima lapidem cauat, 8.phy. tex.commē.23. & vide Themistiū in 2.li.de memoria & reminiscentia ꝙ præcedētes molliunt & subigunt lapidem, cap. 8.
Gutta quomodo cauet lapidem, vide 8.phy.tex c.23. & vide Them. in 7.phys. versus finem super tex. 38.vbi dicit neq; si lapidem multa stillicidia incauant, necesse est singulis stillicidijs separatum suamenta respondeant: hęc enim semper ad discretionem potentiarum subiectę magnitudines dissecantur, & nonnullæ quoque potentię sunt, quæ illas quasi transcursu prætereunt non diuidendo, secandoue, sed ita efficiendo & pręparando vt secari & diuidi ali quando possint.
Guttur quod & arteria dicitur corpore cōstat cartilaginoso 2.de partibus animalium cap.3 vide 7.de vtili.particu. Gal.ca 3. vbi agit de trachea arteria. & ibi videbis quid sit cartilago. Et nota etiam ibi ꝙ anuli qui sunt in tracheaiuxta substantiam pulmonis.non sunt completi cōtra Mondinum & modernos anathomistas.

De litera H.



Habitus non indiget ad sui cognitionem cōcipi respectu priuationis, nisi esset habitus inquantum est perfectus, & priuatio ex parte qua est quid imperfectum, & vt vniuersalius dicam inquantum est habitus, hoc est, inquantū est relatiuū, ex commento magno in prologo primi posteriorum Commētatoris.
Habituum continuas passiones facit series & continuatio temporis:
Actuum vero vnum esse non concesserim: nisi iunctus sit & continuo defluat. Themist.5.physi.38. & habetur in tex.
Habitus est prior priuatione īre cōrēte habitu 4 ph.com.67 vbi subdit Cōment. ꝙ hæc propositio, vt mihi videtur, non conceditur ab auicen.& est falsitas in illo.
Habitum est quod consequenter est cum tangat 4.ph.tex.com.26
Habitibus prętentibus nō dum generatur aliquid, sed iam est 1. de generatione & corrup. te.com. 55
Habitatio tota impossibile est vt fugiat a philosophia,& forte philosophia inuenit in maiori parte subiecti,3.de aīa c.5. in fol. qōnis 2
Habitatio est possibilis in quarta meridionali, ibidem.
Habitus diffinitio est vt habens ipsum operetur per ipsum quando voluerit, & ex se absq; hoc ꝙ indigeat aliquo extrinseco,3.de anima.commento 18
Habitus mediat inter habentem & habitum 5.metaphy.tex com. 25
Habitū haberi non contingit, alioquin in infinitum erit, habiti fuerit habere habitum. ibidem.
Habitus est prędicamentum fm ꝙ contētum dicitur habere cōtinēs. Cōm.5.meta.cōm.28. sed quando continēs habet contentū, tūc hoc est prædicamentū vbi vt idē dicit.
Habeo verbum demōstrat tot respe

ctus quot demõſtrantur per hanc propoſitionem in,licèt differat qa habere dignius,d. reſpectum continentis ad contentum,ſed,in,præpoſitio,eſt conuerſo modo. Commenta.5.metaphy.com.28

Hanelitus inſtrnmenta ſunt cãna, dyafragma,pulmo, trachea, arteria,epiglottis,& vuula, 2.col.c.19

Hanelitus ſecundum Galenum eſt motus volũtarius,& vide rationẽ. 2.coll. cap.19

Hanelitus ſecundum alios eſt motus naturalis. ibidem, ſicut motꝰ pulſus.

Hanelitus ſecundũ aliquos ſapientes eſt compoſitus ex duabus virtutibus,vꝫ naturali & voluntaria: & iſta opinio eſt verior ſm Auer. ibidem.Comparando autem duas primas opiniones ad indicem, ſecunda eſt verior prima.ibidem.

Harmonia ẽ poſterior inſtrumẽto.

Harmonia non pugnat cum inſtrumento.

Harmonia intenditur & remittitur.

Harmonia cõſtante nõ poteſt conſonantiæ accidere offenſio.

Harmonia corporis nihil aliud eſt q̃ firmitas valẽtia & pulchritudo.

Harmonia eſt quædã ratio mixtorum aut compoſitio. primo de anima. tex commen.53

Harmonia nõ eſt ſubſtantia.ibidẽ.

Harmonia non mouet inſtrumentum .ibidem.

Heraclitus ignẽ principiũ oĩum eſſe aſſeruit,& orbẽ quandoq; deflagrarũ, vt hæc oĩa redeant, vnde profecta deriuataq; fuerint 3.phy. tex.cõm.46. Forte hoc eſt ꝙ Ouidius cecinit i 1.Metamorphoſeos, eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus,Quo mare,quo cęlũ, correptaque regia cœli, Ardeat & mundi moles operoſa laborent.

Heraclitus negauit ſcĩam, & exiſtimauit oĩa entia ſenſibilia eſſe, qa ſunt in continua trãſmutatione, ideo nulla de eis poteſt haberi materia 4.metaph.tex.cõmen.22.ibidem dicitur ꝙ Cratillus increpauit ipſum aſſerentem eundem nõ poſſe bis in idem flumen intrare, immo nec ſemel.

Herinaceus ſolus inter animalia, quæ animal generant, habet teſtes contrario modo adhęrentes: cętera aũt hñt,añ,vel intus,vel extra. vide cauſam 1. de gen. ani.c.2

Herinacei cõmutant ſua cubilia auſtroꝫ & aquilonũ mutatione,qui autẽ intra tecta aluntur ad parietes diſcedunt , quod ita fieri cũ Bizantijquidam aduertiſſe, cõſecutus exiſtimationẽ eſt,vt tempꝰ futurum poſſet prędagire,9.de natura animalium cap.6

Heſiodꝰ primum omnium chaos, deinde terra,litẽ & amoré fuiſſe teſtatur, ex erratis primi metaphy.

Hirci pingues minus fecundi ſunt, quorum argumento vites quoties per nimiam alimenti copiã luxuriantes fructum non ferunt, hirci ſtare ruſtici dicunt. Ariſto. in 5 de natura animalium cap. 14. idem in 1.de generatione ani.cap.18

Hiems noſtra eſt cęſtas in partibus meridionalibus, & cũ fuerit frigiditas in parte ſeptẽtrionali,erit caliditas in parte meridionali,& eꝫuerſo Cõ.in princ.lib.metheoro.

Homo eſt magis aptus ad diſcernẽdum indiuidua odorabiliũ q̃ cętera aĩalia,quãuis quædã aĩalia habeant fortiorem ſenſum odoratus a remotis 3.colli.cap.34

Hominum

Hominum perfectorum in artibus vna conditio est, vt sit dominus artis ex se, ita vt hoīs cognoscat res necessarias perfecte cū inspexerit rerum diuersitatē ex 7. coll. ca. 28

Hominis tactus est fortior q̄ in cęteris animalibus 3. coll. cap. 36

Homo diuersificat ī sensu olfatus a cęteris animalibus, quia homo non pōt odorare nisi cum olfactione, sed multa animalia odorant sine olfactione, vt animalia carentia sanguine, vt apes & formicæ 3. collig. cap. 36

Homo pluries cribrat vnū modiū fabuli, vt inueniat vnam margaritam. Auerroes 4. colliget. cap. 9. de signis ęgritudinis in generali.

Homini ab Apolline pythio iniunctum est, vt seipsum noscat, perinde quasi oībus ex sua cuiusq; cognitione naturalis viuendi ratio statuenda videatur. Alexander in princ. paraphrasis de anima.

Homini soli pariendi tempus multipiex datum est, cętera autē animalia oīa singulari ac simplici modo partum suum perficiunt: nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest, & quod plurimum decimo: nonnullæ etiā vndecimū attingūt 9. de na. ani. c. 4

Materia cum fuerit non erit res, forma aūt cum fuerit erit res. 7. metaphy. cō. 37. & fuit sententia illius dicti Commentatoris sumpta a lucidissimo Themist. in 2. de anima in principio. vbi scribit istud esse discrimen inter materiam & formam, nam res a materia habent, vt fierent, a forma vero vt essent.

Materia etiam erit quorūdam non sensibilium. 7. meta. tex. com. 39.

Materia non solum a phyſico sciri debet, verum etiam ratio seu forma & magis. 7. metaphy. tex. cō. 39. idem 12. phyſi. 11. & 26. & in 1. de partibus animalium. cap. 1.

Materia est propria entibus naturalibus. 7. meta. com. 39. Vide in cō tradictionibus nuper ędi tis.

Materia non prędicatur de re nomine principali. 7. metaph. cō. 43. & 25. idem 9. metaph. tex. cōm 12.

Materiæ natura talis est, quòd per eam potest res esse & non esse. 7. metaph. tex com. 53.

Materiæ naturalis est, ꝙ eius qdditas & forma est recipere formā 7. metap. commen. vlt. idem primo ca. de substantia orbis vbi d. ꝙ natura materię substātiatur per posse. & in 2 phy. com. 15.

Materiam dico, quæ non est hoc aliquid ens actu: potestate aūt est, hoc aliquid 8. meta. tex. com. 33.

Materiam localem ſi quid habet nō est necesse illud habere materiam generabilem & corruptibilem. 8. meta. tex. com. 4. idem infra tex. com. 12. & 12. metaph. text. com. 10. idem in primo phy. com. 63. & in libro de substantia orbis per totum fere, & in primo cœli. commen 20. & 95.

Materiam eē subiectum, est declarandum ī sciētia naturali, sed materiam esse substantiam est declarandum in scientia diuina. Commentator in 8. metaph. com. 4. vide idem in 1. phy. c. 21. & 7 metaph. com. 9. & 12. metaph. cō. 5.

Materia quę est subiectum trāsmutationis substantialis quando recipiat formam, assimilatur ei quod est in actu, & qñ dimiserit eam assimilatur nō esse. 8. meta. cōm. 4.

Materia non dicitur de diffinito nisi ſm ꝙ est genus ei⁹, genus enim significat materiam ſm ꝙ est ī potētia illud quod habet materiam & sic prædicatur de habente materiam. Nomen aūt materiæ significat materiam ſm quod ē aliquid in actu existēs pars illius, cuius ē

materia

materia, & ideo nō prędicatur de habente materiam 8. metaphy. cō mē. 6. vbi elicitur dria inter genus & materiam, quia genus prędicatur formaliter de cōpoſito ex materia & forma, materia vero nequaquam, ſed ſolum denominatiue non nomine principali. 7. metaph. tex. com. 23. & 43.

Materia neq; elementum eſt, neq; ex elementis. 8. meta. text. com. 8. Vide in concordantiis nup editis.

Materia, alia communis, alia propria 8. meta. tex. com. 11.

Materia ea vna exiſtente contingit fieri diuerſa propter mouentem cauſam. ibidem.

Materia ex vna plures fieri materias contingit duobus modis, vel in eodem ordine, & diuerſentur ſecundum magis & minus: vel in diuerſis ordinibus. 8. meta. com. 11.

Materia exiſtente vna & motore vno de neceſſitate gñatū erit vnū. 8. meta. c. 11. idē in 12. met. cō. 11.

Materia exiſtente diuerſa, & motore diuerſo ā neceſſitate gñata erūt diuerſa. 8. met. cō. 11. & 1. com. 12.

Mā exñte vna gñata pñt eſſe diuerſa pp mouentē cām 8. met. t. c. 11. vbi Cō. limitat illā ,ppōnē hīe locum in artificialibus tm, fallit aūt in nālibus, vt patet in 8. phy. in t. cō. 46. Elt. n. in nālibus principiū ꝙ non quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum ex determinato, & in eodem cō. 11. expreſſe dicit, ꝙ quædam materiæ recipiunt formas diuerſas, & quędam formę non recipiunt, niſi vnam materiā, verū eſt in entibus artificialibus, in entibus autē nālibus quælibet forma habet propriam materiā.

Materiā forſan quędā non hñt, aut non talem, ſed ſecundum locum mobilem. 8. metaph. tex. com. 12.

Mā in rei veritate, cuius eſſe eſt in potentia nō inueniť, niſi in ſubſtātiis gñabilibus & corruptibilibus, ſubæ vero æternæ, qa in eis nō eſt potentia ad corruptionē nō eſt in eis mā: ſed materia earū, eſt aliqd exñs in actu. ſ. corpus, īdignius habent hoc nomen ſubiectū, q̄ hoc nomen materia. 8. met. c. 12. idem in 2. c. de ſuba orbis & alibi ſępe.

Materia quæ eſt in potentia, eſt cā alterationis paſſiuæ. 8. met. t. c. 12. & primo cœli. tex. com. 21.

Materia prima eſt in potentia vtrūque contrariorum eodē termino. 8. meta. c. 14. idem 1. phy. com. 6. & 82. & 2. phyſi. com. 48.

Mām intellectualē, aut ſenſibilē nō hñtes, ſtatim ſunt id quod ſunt. 8. meta. t. c. 16. vbi dicit Cō. in cō. ꝙ illa quæ non hñt materiā, nō hñt cām aliā à ſe in hoc ꝙ ſunt vnum, & in hoc ꝙ ſunt ens: ecōtrario eis quæ ſunt in materiis, per formas enim fiunt compoſita ex materia, & forma vnum & aliquid ens, &c.

Materia eſt principiū paſſionis & cā pp quam patiens patiť. 9. met. t. c. 2. vide limitationē ab Auer. in 3. de aia. in cō. 5 in principio digreſſionis, & ibidē in cō. 28. vbi declarat, cuius paſſionis mā ſit cā, inqt enim ꝙ materia non eſt: cā receptionis ſimpliciter, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis. ſ. receptionis huius entis indiuidualis.

Materiā eſſe in potentia ad infinitas formas, ē ſicut īfinitū eē ī potētia. talis. n. potētia nō dř reſpū actꝰ qa potentia q̄ dř reſpū actus ē finita, ſed hoc intelligiť ꝙ potētia ſp aſſociať ei 9. me. c. 11. Et hř ex tex.

Mate-

Materia remota nō dr̄ esse in potentia, illud, cuius est potentia 9. primę philosophiæ. tex. cō. 12. Inde collige dr̄iā, inter mām remotam, & ꝓpinquam q̄ innuit Cō. in cō. dicēs, & intēdit declarare ꝙ materia, q̄ pōt simplr̄ nō indiget, in hoc ꝙ exeat in actū, nisi ī vno motore tm̄. Materia aūt q̄ nō dr̄ posse simpliciter, sed p potentiā remotā exit in actū p plres motores vno motore fm remotionē, aut ꝓpinqtatē.

Materia propinqua rei non p̄dicaf de re, cuius est materia noīe principali, sed denoīatiue, vt nō dr̄ idolum cuprū, sed cupreū 9. metaphy. tex. c. 12. Idem 7. metaph. t. c. 43. & cō. 23. Et aduerte ꝙ cō. dicit in 9. met. cō. 12. ꝙ hoc non est propriū idiomati græcorū, sed in nr̄is idiomatibus. i. arabicis, hoc est manifestum in rebus naturalibus, sed in artificialibus nō est manifestum.

Materia ꝓpinqua dr̄ esse in potentia simplr̄, & dr̄ materia simplr̄ nō remota. 9. metaph. cō. 12. Vide in concordantijs nuper editis.

Materia & vl̄e differunt, quia materia non p̄dicaf de re noīe principali, sed noīe denoīatiuo. vl̄e autem prædicatur de re, vt homo est animal. 9. metaph. tex. cō. 12.

Materia potentia est, donec veniat ad spēm, q̄n vero actu est, tunc in spē est. 9. metaph. tex. cō. 16.

Materia dum est in potentia, non est perfecta per formam, neq; habet esse quod habet forma, sed dū venit ad actum, tunc Perficitur per formam, & habet esse quod habet forma. 9. metaph. commen. 16. Ex quo patet fm Auer. doctrinam, ꝙ licet materia sit essentia diuersa ab ipsa forma, eē tn̄ habet a forma, & non est aliud esse materiæ, & aliud formę. vt dicit. n. diuinus Boetius in lib. de vnitate & vno. oē esse est a forma, quod describentes Peripatetici dixerunt, esse est exiltentia formę in materia.

Materiam cōem habentia adinuicē transmutantur. 10. metaphy. text. cō. 12. & hr̄ proprie in primo de generatione & corruptione. in te. com. 43. & 53.

Materia contrariorum eadem est. 10. meta. tex. com. 14.

Materia negatione ostendit. 10. metaph. tex. com. 24. Vide in concordantiis nuper editis.

Materię diuersitas est cā differentium rerum per accns, quia quæ conueniunt in forma, & differunt fm materiam differunt per accns, vt duo annuli, quorū vnus est ex auro, alter vero ex argento. 10. metaph. tex. com. 24.

Materia non facit dr̄iam. 10. metaph. tex. com. 25.

Materiam primā esse probare, est sermo naturalis contrario. Auic. 12. metaph. cō. 8. idem 1. phy. com. vlti. & 2. phy. comment. 22. idem 12. metaphy. com. 6.

Materia assimilatur mixtioni, quia res admixtæ propinq; sunt. vt sint in potentia 12. metaph. com. 9. vbi declarat, quare Anaxagoras posuit mixturam.

Materia, ꝓpea qa est in potētia omnia, est cā in hoc ꝙ gnatio nō abscinditur. Cō. 12. metaphy. cō. 9. & est dictum Aristo. de quo inquirit in primo de generatione & corruptione. tex. com. 15. & infra.

Materiam nullus sciuit in rei veritate ante Arist. Cō. 12. meta. c. 9. colligitur. ex 1. phy. tex. com. 79.

Mate-

Materiam habent omnia quæcũq; tranſmutantur, ſempiterna autẽ mobilia latione non habent materiam generabilem, ſed vñ & quo. 12. primæ phy. tex. com. 10. & 8. meta. tex. com. 12.

Materierũ naturæ diuerſantur ſm diuerſitatem naturę trãſmutationis 12. primę philoſophiæ. com. 10. & primo phyſic. com. 63. & in 3. de anima. in commen. 5. in principio digreſſionis.

Materia generabilium eſt in potentia, tranſlatorum aũt eſt in actu. 12. metaph. tex. com. 10. idem in 2. cap. de ſubſtãtia orbis, & primo cœli. commen. 96.

Materia quæ eſt in potentia, eſt in omnibus corporibus, vt opinatus eſt Auic. ſed errauit in hoc. Ipſam opinionem imitatus eſt etiam Egidius Roma. in tracta. ſpeciali de materia cœli.

Materia quę eſt in potentia in ſubſtãtijs generabilibus & corruptibilibus eſt cauſa fatigationis & corruptionis in eis 9. meta. tex. cõ. 17.

Materia prima eſt vna, tamen multa eſt in potentia, & habilitate. 12. primæ philoſophiæ. com. 11. idẽ primo de generatione. com. 22. & tex. com. 24. & 4. phy. tex. cõ. 84.

Materia prima, primo habet potẽtias, ſeu habilitates ad recipiendũ primas cõtrarietates. ſ. formas omnium quatuor elementorum. Secundo vero habet potentias conſimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum, & iſtę potẽtiæ diuerſantur ſm diuerſitatem mixtionis quatuor elementorum 12. meta. com. 11. idem 3. cœli commen. 67.

Materia ſm ꝙ caret differentijs formarũ indiuidualium dicitur vna numero, & non quia fiat vna forma numero 12. meta. comm. 14. idem primo phyſi. com. 63.

Materia & forma vniuerſalis, & præcipue quæ eſt genus differunt 12. meta. com. 14.

Materiæ cõitas eſt pura priuatio, & eſt in anima tantum. Et cõitas q̃ intelligitur in formis cõibus ẽ extra animam in potentia 12. meta. commen. 14.

Materia ſm ꝙ intelligitur cõius omnibus rebus generabilibus, nõ habet eſſe ſm hunc intellectum extra animam, cum nõ intelligatur ſic, niſi ſm priuationem omnium formarum 12. meta. comm. 14.

Materiæ perfecta imaginatio, quæ ſit, vide 12. meta com. 14.

Materia nõ eſt ſenſibilis per ſe, ſed per formam 12. meta. com. 14.

Materia non habet eſſe, niſi per hoc ꝙ ſentitur, & non per ſe 12. meta. commen. 14. vbi ponit ꝙ materia non habet eſſe, niſi a forma, licèt alia ſit ſubſtantia & eſſentia materię, & alia formæ, contra Scotum, & Henricum de Gandauo.

Materia, quia non formam habet, ideo nõ habet intentionem intellectam ab ea 12. meta. com. 14. ℔ quo vide primo cœli. com. 92. vbi dicit Commen. ꝙ forma eſt ſubiectum vltatis. Et iſte eſt intellectus cuiuſlibet formæ, & ideo materia non habet rationem alicuius cõis prædicabilis de pluribus, quia eſt primo diuerſa ab omni forma.

Materia, quia non habet formam, ideo nõ habet naturam propriã, ſed ſua natura eſt in comparatione, 12. metaphy. commen. 14. idẽ primo phy. tex. com. 69.

Mate-

Materia est illud ad quod innuitur ſm ſenſum, forma autem non cõprehenditur ſm ſenſum, niſi ſm ſuam actionem. & ideo non comprehenditur, niſi ſm intellectum. 12 metaph. com. 14.

Materia & natura non ſunt propriè ſubſtantiæ abſtractæ, ſed corpus, & anima. Cõ. 12. metaph. cõm. 25. authoritate Alexandri vbi aduerte q̃ Ariſto. ibi ponit diuiſionem entium, quòd, v3, quædam ſunt ſeparabilia & ſunt ſubſtantiæ. quędam inſeparabilia, & ralia sũt accidentia. Et Alexander ſm vnam expoſitionem dicit, & ſubſtantiæ vere ſeparabiles ſunt corp' & anima. Materia vero & natura non ſunt propriè ſubſtantiæ ſeparabiles. vbi collige naturam eſſe infra animam, & materiam eſſe infra corpus, & ideo orbis cęleſtis recti' dr̃ corpus aut ſubiectum q̃ materia. Corpus. n. in eo q̃ corpus ſeparari poteſt a paſſionibus tranſmutantibus ſubſtantiam, ſed nõ mã, qa materiã confeſtim ſequitur cõtrarietas, vt dicit Ariſt. in lib. de lõgitudine & breuitate vitę. Et in 2. de gñatione dicit. in tex. cõ. 6. nos aũt dicimus aliquam materiã vnã ſenſibilium, ſed ſemper eſt cũ contrarietate ex qua gñant' vocata elementa. Et ita dicit Cõm. in lib. de ſuba orbis. cap. 1. Ita ẽt natura eſt infra aĩam, qa aĩa eſt principium naturæ & omnis motus: animata enim ſunt principia oĩum corporum naturaliũ. 12. meta. cõ. 25. & Them. idem habet in principio libri de anima. Siſt anima eſt ſeparabilis a contrarietate, quia quæ contrariantur in natura non contrariantur ĩ anima, lapis enim nõ

eſt ĩ anima, ſed ſpẽs lapidis, ſed lapis bñ ẽ in natura: & ideo „ppriæ ſubæ ſeparabiles poti' ſunt corp' & anima, quã materia & natura, ſemper. n. reſpectus imperfectionis ad perfectius, é reſpectus potẽtiæ ad actum, aut inſtrĩ ad agẽs, vñ materia cõſtituit' p potẽtiam, ſed corpus dicit actũ, & ideo orbis rectius dr̃ corpus, aut ſubtũ quã materia, natura ẽt eſt aĩæ inſtrm, vt patet 2. de aĩa. tex. c. 41. contra Empedoclem & antiquos aſſerentes ignem eſſe cãm augumẽti, &c. Et ideo Cõm. in cõ. 25. dicit, authoritate Alex. q̃ Ariſt. diuiſit formas naturales & primã materiã, quia non ſunt ſubæ in actu, ſicut anima & corpus, aut quia videntur eẽ cauſatę ſubſtãtiis ſeparatis.

Materia eſt cã potẽtiæ in rebus in q̃ bus eſt potentia. 12. primæ philoſophię. com. 30. idem 7. metaph. tex. com. 22. & 53.

Materia non ipſa ſeipſam mouebit 12 primę philoſophię. tex. c. 30. vbi aduerte q̃ hoc eſt verũ tam in natura quam in arte.

Materia nõ intelligit' p ſe, ſed p aſſimilationẽ, forma aũt intelligit' p ſe. 12. primę philoſophię. c. 37. idẽ primo phyſi. tex. com. 69.

Materiam non habens eſt ſimplex. & quod eſt ſimplex, nõ habet materiam. 12. met. com. 49.

Materia q̃ qdẽ eſt vna, nulli eſt contraria. 12. meta. tex. com. 53.

Materię eſſentia ĩpoſſe ẽ vt ſit eſſentia motoris 12. primę philoſophię contra Empedoclem. tex. cõm. 54. idem 2. phy. tex. com. 70.

Materia eſt cã multitudinis & numerabilitatis apud Philoſophos, & cã cõueniẽtię ĩ multitudine ma

teriali eſt forma. Ex lib. deſtru. di ſpu. 1. in ſolut. 7. dub.

Materiam voco nō ens ſimpliciter, non quia omnino ſit nihil, & vſquequaq;, ſed id qđ nuda & mera potentia, cuiuſmodi eſt prima. & originalis materia. Them. 5. phy. ſuper tex. 2. vide in concordantiis nuper æditis.

Materia inquantum materia nō generaſ, oporteret nanq; quòd materia haberet materiam in infinitum. ex 1. diſp. in ſol. 21. dub.

Materia & forma a principio ſeparato, ſm Peripateticos non procedunt, immo agens apud eos in rebus generabilibus, & corruptibilib⁹ non agit, neq; formā, neq; materiam immo agit ex materia compoſita ex eis, ex diſpu. 3. in ſolutione 22. dub.

Materia eſt cauſa corruptiōis apud Philoſophos. ex diſp. 4. ī ſol. 2 du.

Materia quælibet habet accidentia propria fixa in ipſa ſine accidentibus, quæ emanāt a forma, & hæc accidentia, q̄ ſunt in materia, ſunt cauſæ multitudinis varietatū, quę in naturis īdiuiduorum inuenīūtur, quemadmodum accidētia ꝓpria formæ ſunt cauſæ multitudinis varietatū quæ in moralitatib⁹ indiuiduorum hominum cognoſcuntur, vt eſt declaratum in naturali philoſophia. 6. Coll. cap. 1.

Materię ſignum apud Philoſophos eſt paſſio & formæ ſignum eſt operatio. Ex diſp. 6. in ſol. 6 du. & ex diſpu. 10. in ſol. 2. dub.

Materia ſeminalis ex qua aīalia cō ſiſtunt nō iudefinita eſt, nec ī plus nec in minus, vt ex qualibet gñari queāt, quēadmodū pficiēdi cuiuſque aīalis, certa ē magnitudo, tum ad maius, tū vero ad minus, quem terminum non ſupergradiunt, vt vel maiora, vel minora euadāt, ſed in medio magnitudinis ſpatio ex ceſſum defectūue inter ſe capiunt: atq; ita hō alius alio auctior eſt, & cæterorū vnūqđq; aīaliū. Ariſt. in 4. de gñone aīa. ca. 4. Conſimile hr̄ in 2. de anima. in t. c. 42.

Materia quę alit eadē eſt illi, ex qua generationem natura conſtituit. Ariſt. in 4. de gñone aīa. ca. 8. vbi agit de lacte. idem in 2. de genera. & corr. t. c. 50. vbi dr̄ ꝙ omnia nutriuntur, ex eiſdem ex quib⁹ ſunt.

Materia cremēti & generationis eadem eſt 8. de natura animalium. cap. 1. & 2.

Materia eſt pp formam, & compoſitum ex materia & forma, eſt pp operationes. Auer. in 2. Coll. in c. de cōpoſitis membrorum officialium. vbi d. ꝙ hoc nedū eſt verum in naturalibus, verumetiam in artificialibus.

Materia duplex, quędam eſt prima quæ eſt impceptibilis, & quædam habens formā. Ex paraphr. meta. tract. 1. ca. quid gratia.

Materia hñs formā ē duob⁹ modis vnus eſt, vt eius forma nō corrumpaſ in aduentu alterius formæ totali corruptione, immo ineſt ei forma materiæ mediocri quodāmō, vt ſunt quatuor elēta materia corporum compoſitorum, vt fuit declaratum in lib. de gño. & corrup. Scđs eſt illud gen⁹ materiæ ī quo remanet forma māæ adueniente alia forma, vt ē diſpō in quibuſdā corporibus ſimilarium partium ad recipiēdam aīam, hoc tñ appropriatur nomine ſubiecti. ibid.

Mā numeraſ in entibus, ꝛ non ſit aliquid

aliquid ī actu ſm q̄ eſt mā 1.phy. cō.66.vide 4.phyſic.cōm.59.& 1. cap. de ſubſtan.orb.

Mā & forma p̄nt diſtingui ſm diffō nem,ſed non in eſſe.1.phyſi.c.65. & 2.phy. te.commen 12.

Mā non habet formam propriam, neq; priuationem propriā.1.phy. cō.66.63.69. & 3.cœl cō.67. & 7. meta.t.c.8.1.cap.de ſubſtā.orb.1. etiam phy.cōm.27.4.phy c.59.

Mā nō poteſt intelligi per ſe,ſed ſm comparationem.1.phy c.69.& 1. cap.de ſub.or.& 7.met.cō.& tex. 35.4.phy.cō.16. & 7.phy.com.& tex.26. vide in concord.

Mā ad ſuam eſſentiam conſtituendam non indiget ptā te, neq; potestas vlla in prima, ac ſimplici notione materiæ includitur.Them. Alex.Simplic.& Auer.indubitata ſnīa.Them.in 1.phy.in digreſſione vide in Theorematib.

Materiæ modus eſſendi eſt, q̄ non eſt in actu,ſed eſt modo medio inter non eſſe ſimplr, & eſſe in actu. 1 phyſi.c.70.& 5.phy.cō.7.& 12. meta.11.& 14.cōm.

Materia in prima ſui & ſimplici notione eſt quędam res ī ſe,& exiſtit actu.The.ibid.vide in Theorematibus quomodo ſit intelligēdum.

Materia non ens per accidens, & priuatio eſt non ens per ſe.1.phy. cōm.75. & tex.c.79.contra Platonem. vide in concor.

Materia eſt quaſi compoſita,ex eſſe & non eſſe.1.phy.79.

Materia ſubiecta cum forma cauſa, eſt eorum quæ fiunt. ſicut mater. 1.phy.tex.com.80.

Materia ī ſecunda ſui notione qua comparatur ad alia includit potētiam. idem ibid.

Materia appetit formam, ſicut turpe bonum, & fœmina marem. 1. phy.tex.com.81.

Materiam ſine relatione intelligere perdifficile eſſe ſcio, et nuda & ſola intelligatur.verūtamen aſſequi poteris, ſi ī eadem indaginē paulo acri⁹ incubueris,ſtudiumq; cōtuleris. The.ibidem.idem ſequitur Cōm.in 12.met. in cōm. 14. & in cōm.39.

Materia recipit formas alternatim, quando forma agens eſt præſens. 1 phy.cōm.81.

Materię accidit turpitudo, propter mixtionem cum priuatiōe.1.phy. commen.81.

Materia nō poteſt declarari eſſe, niſi in ſcientia naturali.1 phyſi.cōmen.vltimo.

Materia non prima, eſt compoſita ex forma & materia. 2.phyſi. cō. 10.idem 1.ph.com.1

Materia ſi ſepararetur a forma,tūc quod non eſt in actu eſſet in actu 2.phy.cōm.12. idem 3.phy.c 65.

Materia conſideratur a naturali,vt ē materia formę, materia conſideratur a diuino,vt eſt vnum enriū. 2.phyſico. cōm.21. idem 7.meta. 9.& 39. & 2.metap.cōm.vltimo. 1 meta.commen.15.& 18.4.meta phy.commen.1.12.meta.com.5. & 6.commen.

Materia alia particularis, alia generalis, & vide differentiam a The. 2.phy. ſuper tex.7.

Materiam eſſe informem qūo ſit intelligendū. vide The.ibid.vbi dicit,q̄ in affectio non ſignificat priuationem, ſed negationem.

Mā & ſubiectū differunt, vide Themi.1.phy.in digreſſione. idem ſequitur Simpli ibidē, & ante iſtos

Boetus & Alex Materia.n.qualitatibus ſenſibilibus informata non amplius materia remanet, nã ſm ſe informis eſt & ſpeciebus omnibus caret, ſed adhibitis qualitatibus meteria abiit in ſubiectum.

Materia nõ poteſt declarari eſſe, niſi p ſignum naturale, & prim⁹ motor. 2. phy. c. 21. & 1. ph. cõm. vlt.

Materia eſt eorum quæ ſunt ad aliquid 2. phy. tex. com. 26.

Materia eſt propter formam, non forma propter materiam. 2. phyſi. tex. com. 26. & 91.

Materia cõſideratur a naturali propter formam, forma autem per ſe conſideratur. Vide in concordantiis. 2. phy. com. 26.

Materia eſt cauſa formæ & forma materiæ 2. ph cõ. 30. idem prima phy. comm. 70. vide etiam tertio phy. com. 65.

Materia diuerſificatur p formam. 2. phy. tex. c. 26. in alia. n. ſpecie, alia eſt materia idem 1. de ani. c. 52. & 2. de ani. c. 60. idẽ 2 ph. c. 87.

Materia alia ſm cõpõnem, alia ſm alterationem, alia ſm compõnẽ & alterationẽ ſimul. 2. phy. com. 31.

Materia prima ẽ apta recipere duo contraria equaliter. 2. ph c. 48. idẽ 7. meta. tex. com. 53.

Materia ſert oẽs cauſas 2. ph. c 71.

Materiæ eſſentia & infiniti, eſt in potentia. 3. ph. tex. com. 59. idẽ 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Materia non eſt totum, neq; finitũ per ſe, ſed per aliud, ſcilicet, per formam. 3. phy com. 65.

Materia non habet formam, ideo eſt delata in alio. i. in compoſito. 3. phy. tex com. 61.

Materia formæ & accidentia conueniunt in hoc, q̃ non inueniuntur niſi in alio, ſed accidentia & formę differunt a materia in hoc q̃ ſunt in ſubiecto, aut de ſubiecto. Materia aũt eſt ipſum ſubiectum, & nõ inuenitur per ſe, ſed in alio. ſ. in compoſito & cum aliquo. ſ. cũ forma. 3. phy. com. 65. Vide conſimile 2. de anima com. 4.

Materia eſt cauſa diminutionis, q̃ eſt terminata & non terminans. 3. phy. com. 67.

Materia a forma habet vt tota finita & perfecta ſit. The. 3. ph. in tex. 75. Ex quo patet contra illos qui tenẽt materiam circumſcripta forma, habere aliquam perfectionẽ.

Materia eſt cauſa infinitatis. 3. phy. com. 60. & 65. 3. cœli. c. 72. 4. ph. tex. com. 38. & 49.

Materia eſt cauſa priuationis. 3. ph. tex. com. 72.

Materiæ proprium eſt, vt habeat dimenſiones in potentia, & iſtæ dimenſiones dum terminantur in ſuperficies, fiunt dimenſiones in actu. ſ. corpus, & cum auferuntur fiunt dimenſiones in potentia. 4. phy. com. 15. & in 1. cap. de ſubſtãtia orbis.

Materiam ſcire ſine forma, aut formam ſine materia, impoſſibile eſt 4. phy. com. 16. conſimile 2. phy. 26. & 1. ph. t com. 69.

Materia & forma nõ numerantur in actu, aut ſeparantur, ſed ratione. 4. phy. tex. comm. 17. idem 2. phy. tex com 12.

Materia & forma ſunt partes rei, ſecundum qualitatem & non ſecũdum quantitatem 4. ph. com. 20.

Materia & forma mouentur p motum rei. 4 ph. t c. 20.

Materia neq; diuiſa eſt a re, neque continet rem 4. ph. tex. com. 18.

Mate-

Materia non cognoſcitur eſſe niſi per tranſmutationem in ſubſtantia. 4. ph. tex. c. 38. & 1. ph. c. 63. & com. vlt. 8. metaph. 4. & 12. com.

Materia eſt ſuba ſm ꝙ ſubſtat formæ, & forma eſt ſubſtantia ſm ꝙ conſtituit 7. meta. com. 7.

Materia ſpecies non eſt: qa ſpecies qualitas eſt, in materia autem eſt ſine qualitate, neq; eſt. Alex. in para. cap. 4. vbi probat ꝙ anima eſt inſeparabilis à corpore.

Materię more ſuſcipere idem, eſt ac materiam fieri rei quę ſuſcipietur in paraphraſi de anima in c. de intellectu practico & ſpeculatiuo. Alex. & ibi vide quid ſit ſuſcipere ſpecies ſine materia, idem etiã aſſerit The. in paraphra. de anima. lib, & cap. 42. & eſt ſuper text. cõ. 122. vide pulchre.

Materia nulla de forma ſibi inherẽte iudicium ferre poteſt, quia materia ſuapte ingenio bruta irrationabilisq; eſt, ratio vero tũ de alijs iudicat, tũ ratione & forma, rõnẽ & formam apprehendit. Them. 2. de anima 42. & eſt ſuper text. cõ. 121. Inde collige quomodo intelligunt Peripatetici materiã impedire cognitionem, quia ſenſus non eſt vt forma exiſtens in materia ſit cognitione priuata. Alioqu animalia & homines careremt cognitione, ſed modus recipiẽdi materiæ appropriatus ẽ cognitioni repugnans, quia materia recipit cũ tranſmutatione reali, quæ fit per quatuor qualitates, & recipit formas diuerſas, & iſtas, vt dicit Cõ. in 3 de ani. c. 5. in principio digreſſionis & quod more materiæ recipit eſt materiam fieri rei, quæ recipitur ſed ſenſus recipit non more materiæ, quia non fit materia agentis formę, viſus enim non albet neq; nigricat, & forma coloris recipit non mã, qa forma coloris agit in ſenſum non compoſitum, vt dicit The. in præſenti loco. Amplius in eodem puncto organi eſt ſpecies albedinis, & ſpecies nigredinis, ſecus eſt de materia.

Materia ipſa ĩfinitum, ſi per ſe ſola ſpectetur. i. ĩ priuatione, infinitas aũt ipſa priuatio eſt. non tamẽ id circo quia infinitas in materia, & priuatione eſt. materia ipſa per ſe poteſt eſſe diuiſionis ſubiectum: ſed corpus continuum ſenſibile, nam diuidundę res actu ſubſiſtũt, ſed quamobrem dictum ẽ infinitatem diuiſionis pertinere ad materiam, nempe quia compoſitum & id quod diuiditur corpus non amittit formam in diuiſione, ſed retinet, ita cũ non poſſit a forma. pendere, a materia pendeat neceſſe eſt. The. aurea & notabilis sẽtẽtia in 3. ph. ſuper 72.

Materia & forma hoc diſcrimine diſtant, quia a materia res habuerũt vt fierent, a forma vero vt eſſent. The. ĩ 2. de ani. ĩ principio. Quã ſuĩam tranſtulit Auer. in 7. primæ philoſophię. in cõ. 37. vbi habet ꝙ materia cum fuerit nõ erit res, ſed forma cum fuerit erit res. nam recte dicitur a materia res habere, vt fiant, quia materia eſt, ex quo fit aliquid, vt in exiſtente, vt dicitur ĩ calce primi phy. Eſſe vero eſt a forma, ꝙ, vt inquit Boetius, ĩ lib. de vnitate & vno. Peripatetici deſcribentes dixerunt eſſe eſt exiſtentia formæ in materia. eius enim & vnum quum multipliciter dicãtur quod vere eſt act' eſt. 2. de anima.

tex. commen. 7.

Materia fm Plato. cognoſcitur cognitiõe nota,& extranea:cognitio aũt adulterina ſeu extranea nũcupat in ſenſu q̃ ī intell'u ꝓprie illa q̃ non de facie aut vultu rei q̃ contẽplamur elicitur, ſed de forma illa qua priuat. The.3.de ani.c.44.

Materia corporũ ſimpliciũ eſt ſimplex quędam, & à ſpecie ſequeſtrata natura,quæ ſuapte rõne informis atq; ĩfigurata omni ſpecie carere dignoſcitur,& eſt ſimplr materia, ſed materia quæ compoſitis corporibus ſubijcitur materia qui dẽ eſt, ſed nõ ſimplr materia,q̃quidem non ſine ſpe aliqua ſubiici vr. Alexander in principio ſuæ abbreuiationis de aĩa. idẽ t3 Cõ. 4.phy.c.71.& 8.phy.c.30.& 3.cœli.c.67. contra fatuos qui ponunt ex mẽte Auer. foſa corporeitatis.

Materia cũ dicat analogice.i.f3 pri9 & poſterius de materia corporum cęleſtium, & de prima materia. & in ijs quæ dicuntur fm prius, & poſterius, prius eſt cã poſterioris, neceſſe eſt vt materia corporũ cœleſtium ſit cauſa,vt hęc materia ſit ex paraphraſi meta. tract.4.

Materia prima vt ſit,indiget formis elementorum, quæ ſunt cãæ propinquæ per modũ formæ & finis. Natura materia impoſſe eſt vt de cauſis habeat aliã cãm niſi has duas cauſas,quia agẽs ideo efficit aliqd, qa prætitat eſſentiã ſuam,q̃ vr eſſe eius forma,& materia prima non eſt eſſentia formæ quod habeat agens ex paraphraſi meta. tract.4.

Materia in compoſito indiuiduo eſſe in potentia intelligimus,ita q̃ ſe parabit forma ab ea p corrupio nẽ illius indiuidui, & ſic ſuccitu trãſmutari in actu poſtquam fuit in potentia.in paraphraſi meta. tract. 2.

Materierũ quędã sũt ſubales,& diffinitiones taliũ neceſſario p̃cedũt diffinitum,& quędã ſunt accidẽtales, vt æs,& lignum reſpectu triãguli:& figuræ,& diffõnes taliũ nõ p̃cedunt diffinitum.ex paraph.meta.trac.2.& hr in 7.met.de partib. diffinitionis. tex.cõm.33.& infra.

Materia q̃ ſit intelligibilis non habet ex hoc quòd eſt materia, quia res non eſt intelligibilis niſi per hoc quod eſt in actu,ſed ſi intelligimus ipſam hoc fit continuo illud fit per attributionem, & hoc de materia prima, vel accidit ſibi hre actum,& hoc de materiis propriis vnicuiq; enti. Auer. ſnĩa ī para.met.trac.2.idem 1.phy.t.c.69.

Ex hoc patet contra formalizantes, qui volunt intelligibilitatem eſſe paſſionem primo competentem enti inquantum ens.ſed Peripatetici dicunt q̃ eſt primo competens enti,in actu;licèt.n.oẽ ens ſit ĩtelligibile,nõ tñ primo ex parte qua eſt ens.

Materia ẽ cauſa vt res ſit ſenſibilis & forma eſt cã vt res ſit intelligibilis.1.cęli.c.95.& in paraphraſi meta.tract.2.

Materierum duo ſunt gña, vnũ eſt ſubiectum tranſmutationis ſubalis,& proprie nominatur materia, aliud eſt ſubiectum aliarum tranſmutationum,& appellatur vt plurimum ſubiectum. ibid. in para.

Materia alia cõis,& alia propria,& differũt inter ſe,quia quæ hñt materiam cõem pñt adinuicẽ tranſmutari, & vnũ eſt in potentia ad ſuũ oppoſitũ,ſicut & reliquum,vt

ſunt

ſunt corpora ſimplicia, aqua. n. eſt potentia aer; & aer eſt potentia aqua, ſed quę habent materias proprias & diuerſas non eſt trāſmutatio reciproca, interea nec vnum ē in potentia reliquum, vt materia propria flegmatis eſt vnctuoſitas, & materia coleræ ſunt res amaræ: & licèt vnctuoſitas vel pīguedo ſit in potentia flegma, tñ flegma nō eſt in potentia pinguedo, & licèt vnum ſit potentia mortuū, tamen mortuū non eſt in potentia viuū. & ideo non quodlibet fit ex quolibet, & res non ſolū diſtinguūtur per ſuas formas, verum etiam & p ſuas materias, & per cauſas efficiētes & finales. in 2 tract. meta.

Materia non habet potentiam niſi apud ſeparationē eius à forma, & ſi aliqua forma eſſet in materia q̄ non poſſet ſeparari à materia: tūc natura otioſe egiſſet. 1. cęli. c. 20.

Materiæ operatio quæ eſt ex ea, ſicut abſciſſio de acumine gladij, eſt gñatio & corrup. 1. cœli. c. 20.

Materia communis eſt in potentia, ſed orbis cœleſtis eſt materia in actu. 1. cœli. c. 95. idē 2. cap. de ſuba orbis. & 8. met. commen. 12.

Materiæ plurimorū indiuiduorum ſunt terminatæ quantitatis, & excelſus inter eas eſt terminatus. 1. cęli. cōm. 95. idem 2. de ani. te. c. 41. & 6. phy. 32. & 91.

Materia eſt cauſa abſciſſionis cōtinuitatis eſſe & eius æternitatis. 2. cœli. c. 38. idem 7. primę philoſophię. te. c. 22. & 53. & 1. cœli. 20.

Materia eſt cauſa ꝙ in rebus generabilibus inuenitur caſus, & ideo corpora cęleſtia carent caſu, quia non eſt ibi materia. 2. cęli. c. 45. & idem 2. phy. c. 48. 9. meta. tex cō. 19. 6. metaphy. t. c. 5.

Materia & forma non habent grauitatem, ſed congregatum habet. 3. cęli. authoritate Alex. cōm. 8.

Materia & forma ꝓpinqua rei ſunt gñabilia & corruptibilia p accidēs quia exiſtunt in cōpoſito per ſe generabili & corruptibili, ſed materia remota, vt eſt prima materia, eſt ingñabilis & incorruptibilis. 3 cœli. c. 61. idem 1. phy cōm. 81.

Materia habēs formā eſt receptibilis quarundam formarū. ſed materia prima cum ſit ſm ſe ſubm informe, eſt receptibilis omniū formarū. 3. cęli. commen. 67.

Materia prima eſt vlis cū nullā habeat formam omnino. 3. cœli. cō. 67. vide in concordantijs.

Materia prima non eſt ens in actu. ſed eſt ens in ente in actu nō diſtīcta ab eo 3. cœ. c. 29. idē 2. ph. c. 12.

Materia eſt vna ſm ſubm, & plura ſm habilitates, & hoc eſt declaratū in pluribus locis. 4. cęli. cō. 35. idem 12. primę philoſophię, cō. 11. 1. de gñatione & corrup. tex. c. 22. & te. c. 29. & 4. phy. tex. cōm. 84.

Materia recipit cōtraria æqualiter, ſecus aūt de corpore cōpoſito, nā corpus ſanitatē recipit elsētialr, & egritudinē accidētalr. 4. cœ. c. 35.

Materiā vna ſp contrariis ſupponere op3, ſiue tranſmutet ſm locū, ſiue ſm augmētationē & diminutionē, ſiue ſm alterationem. 1. de gñatione & corrup. tex. cō. primo.

Materia principalr eſt ſub3 gñationis ſeu trāſmutatiōis ſubalis, alia rū vero trāſmutationū eſt ſubm ſm poſteri9. 1. de gñatione & corruptione. tex. commen. 24.

Mā eſt vna numero, & plures potētia & habilitate. 1. de gñatiōe. c. &

tex.29.qũo aũt sit vna nume. vide 12.primæ philosophiæ.cõm.14.
Materiam impossibile est à magnitudine esse separabilem.1.de generatione & corrup.tex.c.32.
Materia est in continuo fluxu, forma aũt est permanens.1.de generatione & corrup.c.35.
Materia authoritate Alexandri nõ dissoluitur ſm totum,sed remanet mea aliqua pars fixa,alioquĩ possibile esset formam separari.1.de generatione & corrup.c.38.
Materia ẽ causa passionis,causa autem passionis consimilis est eadẽ materia,passionis aũt dissimilis cã est dissimilitudo materię.1.de generatione & corruptione, cõ.54. & elicitur ex tex.
Materia ſm ꝙ materia est passiuũ. 1.de gñatione & corrup. te.c.55.
Materia non prædicatur de eo cuĩ est materia, vera nominatione in rebus generatis:sed in rebus alteratis.2.de gene.tex.com.4.
Materia in generabilibꝰ est causa p quam res potest esse & non esse.2. de generatione & corrup.tex.cõ. 51 idem 7.meta.tex.cõ.22.& 53.
Materia est principium transmutationis inquantum transmutatio: forma aũt cum inuenitur quiescit transmutatio.& ideo antiqui,qui assiguauerunt cãm materialẽ trãsmutationis melius dixerunt, q̃ q̃ posuerunt cãm formalem,sicut fecit Plato 2.de generatione & corrup.tex.cõm.52.
Materię est moueri & pati:mouere aũt facere alterius est potentiæ. 2.de gñatione & corrup.tex.c.53
Materia est potentia,spẽs aũt endelechia.2.de ani.t.c.2.
Materia non differt à forma in cõposito nisi potẽtia.2.de ani.cõ.7. idem 10.met.cõm.23.
Materia nullũ habet esse in actu in rebus naturalibus ſm ꝙ est materia, & esse in actu nõ est nisi ipsius formæ 1.de aĩa cõ.8.idem 5.phy. cõ.8 vbi dicit ꝙ in materia nõ est actus oĩno. Ex quo patet,ꝙ actus existentię cõpetit formæ p essentiam,& mãæ & cõposito competit ratione formæ,& nõ oportet dicere aliũ esse actũ existendi materię & alium formæ,& aliũ cõpositi ex materia & forꝛa,nõ.n.oportet multiplicare entia sine necessitate:omne.n.esse a forma est, vt dicit etiã Boetius in lib.de vnitate & vno. Licèt igit̃ substantia materiæ alia sit a subꝛa formę, & simil̃ cõpositum ex vtroq;,tñ vnũ est existere & ista est via peripateticorũ antiqua.consimilẽ snĩam de mã inuenies 2.phy.c.12. & 1.phy.c.76. & 3.cœli.c.29.7.primæ philosophię t.c.8.& vide ample quæ scripsi in illo theoremate quod incipit,Materia non est quid,neq; quãtum, neq; quale. &c.
Materia prima non est cã receptionis simpliciter,sed est cã receptionis transmutabilis.3.de ani. c.14. & cõm.28.& com 5.
Materia ita a physico cõsideraꝛ vt cogitationem ad formam referat vniuersam.Them.2.ph.ex t.c.26
Materia sustẽtaꝛ p posse & potẽtia ẽ dr̃ia subalis materię.1.ca.de subꝛa orbis.Ex hoc ĩualuit opĩo multorũ asserẽtiũ mã nõ dicere aliquã entitatẽ in actu,sed merã põam.& ꝓ hoc adduxerũt aliã authoritatẽ in 5.phy. cõm 8.vbi Cõm. scribit ꝙ ĩ eẽ materię nõ admiscetur actꝰ oĩno.& adducũt ꝓ hoc ẽtam tho-

thoritatē Philosophi in 7. primæ philosophiæ. t c. 8. asserentis mām non esse quid, neq; quātum, neq; quale, neq; vniuersaliter aliq̄d eorū quibus ens est determinatum, sed est potestate omnia hæc. Ex aduerso autem aliqui asseruerunt materiam esse actum quendam entitatiuum, sicut fuit Henricus de Gandauo, & Scotus, & Gregorius Ariminen. ita ꝙ materia non solū ē essētia quędam distincta ab essentia formæ, verum etiam est exist̄tia quædam distincta ab exist̄tia formę: & ita cum existentia realiter nō distinguatur ab essentia, sicut materia habet essentiam distīctam a forma, sic habet & existentiam: & sic dicūt Deum per suā omnipotentiam posse facere materiam existere sine omni forma. ꝓ hac opiniōe facit authoritas Themistij, qui asserit materiam ī prima sui notione consideratam, esse aliquid actu. Et quia ista auctoritas multos tempore meo philosophantes ī errore traxit, cogor in hoc digressionem adducere ex mēte Alexandri in 1. phy & in 2. libro naturalium quęstionū, capite seu quæsito 7. & declarabo digressionē auream Themistij, qui voluit exponere mentem Alexā. fuit enim (vt inquit Comment.) abbreuiator Alexan. sententia igitur Themist. est in illa digressione, ꝙ priuatio tametsi non sit aliqua res ī nā subsistens, sed sola ratione consistens: est tamē necessaria ī transmutatione rerum: alioquin res fieri non posset, nisi diceretur rem esse anteq̄ fieret. Sed tūc dubitat, si enim priuatio cōsequitur materiā & est de substātia ei⁹, cum priuatio definat esse in aduētu formę, tunc sequitur materiā corrumpi ī aduentu formæ: & cō firmatur, quia cū materia sit ens in potentia, potentiam autem cōmitat priuatio, sequitur ꝙ cū priuatio definit in aduētu formę, definat etiam potestas materiæ, & per consequens essentia eius. Volens autem Themi soluere huius modi argumēta altius exorditur, asserens ꝙ entium qualitercūque exigentium, quædam sunt sibi attributa secundum se, quędam vero vt cōparātur ad alia, vt ligno bipedale esse competit vt secūdū se consideratur, sed bipedale esse non competit ligno nisi vt comparatur ad alterū puta ad pedale: eodem modo asserit materiam secūdum se cōsideratam aliquid esse, & hoc secundum se sibi competere, sed potestatē esse hoc habet vt comparatur ad alterum, nō enim penes hoc ꝙ est materiam esse habet hoc potestate, esset enim materia materiæ: sed manifestum ē ꝙ ipsa exist̄s primo aliquid & ipsa existens actu sic quorundā est & potestate ad talia se habet. & ista est mens Themistij ad verbum, licēt illæ Hermolaus modicū curans de verbis, aliter transtulerit.

Ex quo elicitur quomodo secundum Themistium & Alexandrum intelligatur materia secūdum se consideratam esse aliquid actu. nō enim intelligitur materiam habere actum entitatiuum, sumendo actum entitatiuū pro actu exist̄tię, ita vt materia habeat alium actum existendi ab actu quem habet a forma in compositō cui⁹ est pars, sed bene habet actum entita-

tium

tiuum, quia est quædam entitas distincta ab entitate formæ, & est substantia & natura quædam distincta a forma, quia pars substantiæ est substantia, & materia est pars substantiæ demonstratæ: & ideo est substãtia & alia q̃ forma, vt patet, vnde bene materia est entitas, & substantia quædam distincta a substantia quæ est forma, & est substantia quædam quæ actu est materia & subiectum. Hoc.n. quod est esse materiam aut subiectum non sibi competit potentia, sed actu. nam si, vt inquit, hoc etiã sibi competeret potentia, tunc materię esset materia: quia dicit Commenta. 12. metaphy. commen. 26. q̃ potẽtia reducitur ad materiam, & ita primũ potentiale esset in potentia alterius materiæ, quod est absurdum: tunc enim primo daretur prius, & esset etiam processus in infinitum in materiis, sicut bene apparet deducenti. Vnde per vitam meam male intellexerunt prouerui, asserentes materiã nihil actu esse sed esse puram potentiam, tũc enim esset pura priuatio si nihil omnino actu possideret. Dicit enim Commenta. 3. de anima. commẽ. quinto in solutione quęstionis tertię, q̃ propositio dicens q̃ recipiẽs debet esse denudatum à natura recepti, nõ dicitur simpliciter, sed cũ conditione. s. q̃ non est necesse vt recipiens non sit in actu omnino, sed vt nõ sit in actu aliquid eorũ quę recipit: & ita etiã materia si dicitur esse in potentia ad omnes formas substãtiales & accidẽtales, sm se ẽ denudata ab omni forma: quia de se non est forma nec habens aliquam formam sibi propriam, sed non propter hoc q̃ materia est in potentia ad omnẽ formam dicitur esse in potẽtia ad omnia simpliciter: non enim est in potentia ad seipsam: alioqn esset à seipsa denudata, & ita materia est in potentia materia: quod non capit intellectus. Materia igit sm se est actu materia, & secundum se actu est subiectum: & substantia quædam actu substans. ista enim non competunt sibi potestate sed actu: & sic materia actu existente materia efficitur postea potentia ad alia distincta ab ea. & sic patet exemplũ adductum per Themistiũ de ære, q̃ cs cum actu subiectum sit quoddam, efficitur postea materia potestate respectu aliorum. Non est igitur mens Alexan. & Themistij q̃ prima materia sit in actu existẽdi distincto ab ipsa forma, sed q̃ est act⁹ quidam, idest entitas quædam actu distincta à forma & per se quia simplicia seipsis distinguũtur. & si hoc intellexisset Henricus, & Scotus cum sequacibus, peripateticis consentirent, sed alius est eorum sensus. Insuper addit Themist. quòd duobus nominibus ascriptis materię, videlicet, subiecto & materia: alterum quidẽ videtur continere ipsi secundum se considerarę: hoc autem magis secundum respectum quem habet ad alia à se: ambo enim ad alterũ dicuntur: & nanque materia alicuius est materia, & subiectum alicui est subiectum. verumtamen quando vt materia capitur tũc ẽ cum priuatione & potestate: dicitur enim materia respectu eius qđ nondum factum est, sed quando sumitur vt subiectum non omni-

no

no cum priuatione dicitur, nihil enim prohibet subiici in existenti speciei. Materia aũt quomodo esse poterit respectu illius cum non habet potestatem, vnde æs donec infiguratum fuerit, dicere poteris materiam statuæ esse, sed dum determinatum & perfectum fuerit per formam, nullatenus materia sed subiectum dicitur. Ista sunt verba Themistij iuxta literam.

Vbi patet error, qui vsque ad mea tempora perseuerauit. nam in translatione Hermolai dicitur oppositum, videlicet, ꝙ illorum duorum nominum, videlicet, materia & subiectum: hoc nomen materia potius competit materiæ secundũ se consideratę, subiectum vero cõpetit sibi vt comparatur ad alia. Et per vitam meam est totum oppositum: nam ratio quam adducit esset contra conclusionem, quia cõclusio est secundum literam Hermolai, ꝙ hoc nomen, materia, rectius competit materiæ in sua prima notione q̃ subiectum. & ratio est, quia nomen, materia, concernit priuationem & potentia, quod nõ concernit subiectum. sed per ea allegata per Themistium in principio digressionis, potentia & priuatio non competunt materiæ in sua prima notione, sed in secunda, igitur hoc nomen, materia, potius competit materiæ dum consideratur ī comparatione ad alia, q̃ dum consideratur in se, & quia subiectum non includit ex ratione sui modi significãdi priuationem neque potentiam, & materia in sua prima notione etiam non includit potentiam neque priuationẽ. rectius igitur in prima notione sui materia dicitur subiectum q̃ materia. & si illę Barbarus ita curasset de medulla, sicut curauit de cortice, non detrusisset in errorem multos ex philosophantibus tempestate sua & mea. Et aduerte ꝙ absoluta notio materiæ est prior quo ad naturã q̃ secunda eius notio quæ est in comparatione, quia primo Ethicorum cap. 5. ens per se est prius natura enti ad aliud. sed secunda notio eius est prior quoad nos, videlicet, dum comparatur ad aliam præsertim per trãsitionẽ, sicut naturalis scientia quoad nos præcedit diuinam. Confirmatur quia materia in prima sui notione, vt est res quædã absoluta, pertinet illa consideratio ad diuinũ, vt testatur Cõmenta. 7. meta. cõ. 9. & 12. meta. cõmen. 14. Et quia secundũ peripateticos materia nõ cõparatur ad alia, nisi pro quanto est potentia ad alia cum respectus potentiæ & priuationis importetur per nomen materiæ, & istæ respectus potentiæ & priuationis nõ importetur per hoc nomen, subiectum. Rectius igitur illud nomen, videlicet, subiectum, trãsfertur ad mãm ī se cõsideratã, q̃ hoc nomẽ, materia: licet etiã subiectũ sit de nominib⁹ importãtibus respectũ, quia subiectũ dr̃ respectu alicuius subiectum. Et ideo soluitur contradictio' inter Themist. & Comenta. quia Cõmentator octauo metaphysi. commen. 4. dicit quòd ad scientiam diuinam pertinet declarare materiam esse subsstatiam: & ad naturalem pertinet declarare ipsam esse subiectum: & tunc materia, vt à naturali consideratur, dr̃ relatiue ad formã. 2. physi. cõm. &

text.

tex. 16. Soluitur concedendo totum, ꝙ naturalis considerat materiam, & respectu futuri ex quo aliquid potest fieri, & sic dicitur materia: & respectu præsentis, vt dicitur subiectum formæ per quam actu perficitur, cum hoc tñ stat, quòd tametsi vtrunq; istorum nominum in respectu consistat, qa materia alicuius est materia, & subiectum alicui est subiectum: qa tamen materia non dicitur relatiuę ad alia quę est secunda eius notio nisi per potentiam & priuationem. sic enim potentia & priuatio competunt materiæ, vt comparantur ad alia. ideo hoc nomen, materia, potius competit sibi in secũda notione, & hoc nomen subiectũ magis in prima: est enim nomen subiecti magis remotum ab illa ratione contrahẽte materiam ad secundam sui notionem, q̃ hoc nomen materia, licèt vtrunque respectũ dicat. & ista sine dubio est mens antiqua Alexã. & Simplici' in primo physico. in expositione tex. commen. 56. expresse recitando sententiam Alexan. ita asserit sicut scripsi, & notaui. ita etiam notat dominus Albertus, cognomento Magnus, in quinto meta. tract. secũdo, capitulo. 4. quòd materia vt substantia & fundamẽtũ est prior ad materiam, vt est in potentia. quia isto secundo modo ẽ subiectum mutationis, & motus, priori autem modo est ante mutationem & motum. vt nõ exhibeatis fidem translatoribus modernis qui curant ornatum verborum, & dimittunt sensum: & satius putãt errare mentem quam linguam.

Ad authoritates igitur Commẽ. in libro de substantia orbis respõdetur, quòd non est intentio eius dicere quòd potentia sit vera differentia substãtialis materiæ, alioquin contradiceret sibi ipsi in primo physico. commen. 70. vbi habet ꝙ si potentia esset de essentia materiæ, tunc materia corrumperetur ī aduentu formæ. sed voluit dicere quòd vt asserit Themisti', licèt materia in prima sui notione sit quędam res absoluta, est enim substantia, sic enim non est potentia de ratione eius, tum propter rationem adductam, tum quia conceptus potentiæ est conceptus entis ad alterum. nono enim primæ philosophiæ potentia relatiue dicitur ad actum, substantia autem materiæ est conceptus entis ad se, idest absolutus; sed in secnnda sui notione competit sibi tanquã differentia, sicut albedo, licèt non sit de ratione hominis, est tamen de ratione hominis albi: ita licèt potentia, licèt non sit de ratione materiæ in se & absolute consideratæ, in secunda tamen notione sui sic est de ratione eius: quia si materia comparatur ad alia oportet ipsam per potentiam comparari, cui de necessitate est annexa priuatio: dicere enim aliquid esse in potentia, est dicere aliquem modum priuationis: vere tamen loquendo potius talis potentia est materiæ proprietas. sicut dicit etiam prędictus Commentator in sua media expositione, super primo physico. & quia rerum proprietates plerunque circumloquuntur nobis differentias occultas rerum: sic potentia circumloquitur nobis rationem illam, quæcũq; sit, per quam

materia distinguitur à forma.

Ad aliam autem Auer. authoritate in quinto physico. commen. octauo. respondetur quòd rēsus talis est quòd ī essentia materię nullus actus omnino includitur: quia videlicet, in sua essentia considerata est primo diuersa ab omni actu & substantiali & accidentiali: qa nec est forma, nec formatum, nec habet aliquam formam, neque priuationem: tamen cum hoc stat ꝙ sit actu entitas quædam, quæ est subiectum in quo fundatur potentia ad omnem formam, & priuationem: vnde Commenta. 7. primę philosophiæ. commento vltimo scribit de prima materia, quòd natura ista est illa, cuius quidditas & forma est recipere omnem formam. Ad authoritatē Philosophi, in septimo metaphysi. respondetur quòd materia non est quid, idest substantia ī actu, sicut est forma, & habens formam: & ita etiā non est quāta in actu, aut qualis: sed bene est substantia quæ est in potentia omnia hæc, vt ibidem dicitur per Auerroem in commento. Sic igitur habes quòd licet materia potestate sit respectu omniū formarum, tam substantialium q̄ accidentialium: in se tamen secūdum naturam prius est aliquid actu, & posterius natura efficitur alia potestate. nam quod in se nullo modo aliquid actus habet, nullo pacto potētia respectu aliorum esse potest. sic igitur materia in se est actu materia & actu substātia quædam, quæ potentia est omnia alia quorum capax esse potest. Recipiēs enim debet esse denudatum ab eo quod recipit, non quòd debeat esse denudatum ab esse simpliciter.

Materia non denudatur a corporeitate, quia tunc haberet dispositionem substantialem, & haberet nomen & diffinitionem, sentētia ista est Auer. ī primo physicæ auscultationis. commen. 63. quam consequentiam Burle⁹ isto modo nititur deducere stantibus trib⁹ prę suppositis, quorū primum est, ꝙ materia prima nunq̄ potest denudari ab omni forma substantiali. secundum est quòd ad hoc ꝙ materia prima recipiat aliquam formam substātialem diuisibilē aut materialem, oportet quòd sit extensa, aliter non quantum reciperet quantum. tertium ē quòd materia non est extensa nisi per dimēsiones quę dicuntur corpus. ex quibus sequit quòd si materia prima nō esset denudata a corporeitate, non esset extensa per tertium suppositum: & per consequens non posset recipere aliam formam substātialē materialem diuisibilem: quia quælibet forma substātialis materialis est diuisibilis & extēsa, & per consequens nullam formā substantialem materia posset recipere, & quia non potest stare sine omni forma, sequitur ergo quòd si materia denudaretur à corporeitate, quòd materia haberet aliquā formam substantialem dātem nomen & diffinitionem. Sed in veritate primum suppositum est verum per ea quæ scribit Commē. secundo physi. cōmen. 12. si enim materia posset esse sine omni forma, tunc quod non esset ī actu, esset ī actu. & tertium suppositum est verū de facto, quòd omnis forma

ma materialis sit extensa ī via eī⁹, qui ponit quantitates esse coæternas primæ materię, & omnem formam aduenire materiæ quantæ: sed qui ponerent oppositum non est admittendum illud suppositū. & etiam secundum suppositum absolutè est falsum: nam dimensio fundatur immediate in substantia materiæ, & tamen materia non est quanta de se. & ideo non oportet ꝙ recipiens quantum, sit quantum ī actu: sed sufficit quòd sit potentia quantum. Et ideo aliter deduco illam consequentiā ex mẽte Auerr. in primo capitulo lib. de substantia orbis. dicit enim Commentator quòd causa propter quā materia primitus recipit dimensiones recipientes dimensionem terminatam, est quia est multa in potentia. & ideo si illa potentia debet reduci ad actum oportet si in eodem tempore materia debet reduci de potentia ad actum sed pluribus formis cum formæ istæ sint diuersæ, & non possunt simul esse in eadem materia. oportet igitur quòd materia habeat diuisionem in suis partibus: & ita cum diuisionem habere nō possit nisi per dimensiones. oportet igitur vt dimensiones præcedant, aliter in eodem tempore non posset habere plures formas in actu, sed solū vnam haberet in vno tempore, & si illa corrumperetur succederet alia: & sic semper vnam. si autem materia non esset in potentia ad multas formas nec simul nec successiue: & cum materia nō possit stare sine forma, oporteret illā formam esse perpetuam in materia, & esset in substantia eius dans sibi nomen & diffinitionem, & ab illa separari non posset, quia non est in potentia ad multa, & cum non possit stare sine forma, tunc igitur illa forma quam haberet esse incorruptibilis, & nulla alia esset generabilis, ex quo nō erat potentia ad aliam per suppositum. nā quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri, quod impossibile est fieri, impossibile est factum esse. Bene igitur dictum est, quòd si materia denudaretur a corporeitate, oporteret quòd haberet aliquam formam substantialē dātem sibi vnitatem numeralem, & esse actualis existentiæ, quę corporeitas fuit sibi ab æterno: propterea qa erat potētia multa. & ideo si non haberet corporeitatem, signum est quòd non est potentia multa: & ideo cum sine forma stare non possit, esset igitur ita actu sub ea quòd non est potentia ad aliam: & ita nunquām à prima posset expoliari. vñ deductio stat super illa diuisione quòd materia aut est in potentia multa, aut non. si primum aut est in potentia multa in eodem tempore existēte possibili illam multitudinem reduci ad actum, aut in diuersis temporibus. si primum, oportet quòd diuidatur, sed non habet diuisionem nisi per dimensiones, igitur illæ præcederunt. si vero illa potentia esset in diuersis temporibus, tunc materia solum in vno tempore haberet vnam formam: vnum enim subiectum habere nisi vnam formam substantialem est impossibile. vt dicit Commentator primo capitulo de substantia orbis. Vnde circumscripta di-

men-

mensione a materia, nō negat Cō menta. multitudinem istam formarum cum successione, sed semper in vno tempore vna forma esset. Si vero detur secundum condiuidens principalem, videlicet, quòd materia non est in potentia ad plures formas, nec in eodem tempore, nec in diuersis temporibus: tunc cum sine forma stare non possit, haberet de necessitate semper illam eandem formam: & quia non est in potentia ad aliam partē, illa alia generabilis non esset, nec ista quam possideret esset corruptibilis: quia tunc si corrumperetur, materia staret sine omni forma, & tunc quod non est in actu esset in actu, quod est impossibile. vnde nil melius est q̄ exponere Auerroem per ipsummet Auerroem.

Materia prima est vna numero primo physico. commento sexagesimo tertio. Ista conclusio declaratur per Auerr. in 12. primę philosophię. in cōm. 14. per illam distinctionem, vnū numero bifariā sumit, positiue & priuatiue. vnum numero positiue est q̄ hēt vnā formam substantialem dantem sibi talem vnitatem: dicitur enim in secundo de anima. textu commenti secundi quòd forma est substantia per quam est hoc aliquid. & primo de anima commen. 90. omne quod est vnum numero, & continuū est per suā formā, & non p suā mām: alio mō aliq̄d dī vnū numero priuatiue. quia videlicet non habet in se aliquam formam dantem sibi vnitatem numeralē, quemadmodum Socrates est vnus numero per vnam formam. vnde Commentator vult quòd materia differt à forma vniuersali. multi enim crediderunt quòd quia natura materiæ primæ est communis omnibus rebus generabilibus & corruptibilibus, crediderūt materiam esse genus, sed inquit Commentator quòd est differentia inter communitatem formæ generalis seu communis, & inter communitatem primæ materiæ: quia communitas formę generalis est extra animam in potentia. & ideo scire aliquid in vniuersali est scire in potentia. sed communitas primæ materiæ est pura priuatio, & non est extra animam, sed in anima tantum, & est locus satis obscurus. Nam si communitas formæ communitas extra animam ē in potentia, cum potentię sit annexa priuatio. nono metaphysic. commento tertio, de necessitate videtur ergo quòd etiam talis communitas formarum sit priuatiua. ex aduerso etiam si communitas materię est priuatiua cum priuatio sit annexa potentiæ, sequitur etiam talem communitatem esse potentialem, & ita non erit solum in anima, verumetiam extra animam, sicut erat de forma communi. Soluitur ex mente Alexan. & Themistij, qui fuit abbreuiator eius in digressione aurea de priuatione materiæ, q̄ illa non est vera priuatio dum dicitur materiam secūdū se esse inaffectam seu informen, sed est negatio pura: dicit. n. negationē formæ & formati, quia materia prima de se neque est forma, neque formatum: differentia enim

enim magna valde eſt ĩter negatio nem puram & ipſam priuationẽ, quia vt habetur in ſecundo libro de interprætatione. negationem puram affirmatio priuatoria non ſequitur, quia non ſi aliquid non videt, cæcum propterea eſſe affirmabitur: de lapide enim verũ eſt dicere quòd non videt, tamen lapis cæcus non eſt, neque ſi aliquid capillicium nõ habuerit caluum, propterea eſſe affirmabitur: priuatio enim quodam̃ modo eſt qualitas quædam: & ideo talis informitas vel inaffectio in prima materia non eſt vera priuatio, ſed negatio ſola: alioquin ſequereť materiam in ſui ſubſtantia habere aliquam qualitatem. vnde Ariſtote. decimo primæ philoſophiæ. text. cõmẽ. 24. materia negatione oſtẽditur: pro quanto igitur materia in ſe conſiderata nõ ẽ forma neq; formatum, ſic dicitur vna numero: quia non habet formam dantem ſibi vnitatem numeralem, & ſic etiam dicitur communis pluribus: quia non habet differentias formarum indiuidualium, ex quibus eſt multitudo. Et ſic vides quo modo cõmunitas materiæ eſt priuatiua ſummendo priuationẽ large pro negatione. negatio autem eſt purum ens rationis. & ideo Cõmentator dixit in commento decimoquarto, quòd cõmunitas materiæ iſto modo eſt ſolum in anima tantum. ſed communitas formarum vniuerſalium eſt extra animam in potentia: quia extra animam nõ ſunt niſi ſingularia in actu, in quibus ſaluatur natura formæ communis: non enim vniuerſalia ſunt extra animam in actu, ſicut poſuit Plato, tunc enim non opus eſſet ponere intellectum agẽtem ſicut dicit Commenta. tertio de anima commen. 18. ſed ſolum ſunt ſingularia à quibus intellect⁹ abſtrahit vniuerſale: & ideo cõmunitas formæ habet aliquid extra animam potentiale, & ſunt ſingularia in quibus ſaluatur, & iſta eſt ratio diuerſitatis. Licèt igitur priuatio proprię dicta quæ diſtinguitur contra negationem preſupponat potentiam: tamen priuatio large quæ eſt ipſa negatio nullam potentiam præſupponit, nec aliquem habitum ponit, aut qualitatem, & talis ẽ priuatio communitatis materiæ, quia eſt negatio formæ. Sed tunc iterum eſt difficultas, quia videtur quòd materia habet intentionem vniuerſalis prędicabilis de pluribus numero differentibus, quia certum eſt quòd materia prima extra animam per dimenſiones interminatas, eſt diuiſa & multiplicata in varias, & diuerſas partes, quæ ſtant ſub diuerſis formis. eſt enim ſententię Philoſophi in duodecimo primæ philoſophię in tex. commẽ. 27. quòd ſingulariũ cauſę ſunt ſingulares, etenim dicit ſingularium aliud tua materia, ſpecies, & mouens, & mea, vniuerſali autem ratione eadem. & in ſecundo phyſico. text. commento 38. idem habetur: & tunc certum eſt quòd illa portio materiæ primæ quæ ſtat ſub forma Socratis eſt materia, & ſimiliter portio materiæ quę ſtat ſub forma Platonis, & ita cum iſtæ portiones ſint numero differentes, ſicut

tur vult Aristot. sequitur igitur ꝙ materia prima dicta de illis habet vnitatem speciei amplissimæ. Ad hoc respondet Alex. Achillinus in 1. lib. de elementis in dubio 8. negando materiam habere intentionem speciei, quia species hꝫ partes subiectiuas, de qbus species prædicatur in recto, sed materia respicit plures materias indiuiduis cõmunicatas tãquam partes integrales, quæ non recipiunt totius prædicationem cuius sunt partes, tamen materia homogeneum est habens partes eiusdem rationis. Sedista solutio seipsam interimit. nam quotiens aliquod totum integrale est homogeneum dũ diuiditur ĩ suas partes ibi est duplex diuisio, vna in partes integrales, alia vero est in partes subiectiuas; quia istæ in homogeneis inseparabiliter se consequuntur, sicut aqua est quoddam totum integrale homogeneum, & quando diuiditur in plures partes est ibi duplex diuisio, & totius integralis in partes integrales, & totius vniuersalis in suas partes subiectiuas, & licet aqua non prædicetur in recto ex parte qua est totũ integrale, prædicatur tamen ex parte qua est totum vniuersale, vt clarũ est. Amplius si materia prima per te est totum homogeneum, de necessitate sequitur materiam habere rationem vniuersalis prædicabilis de pluribus. scribit enim Cõmentator primo cœli. commẽ. 19. vbi Aristo. probat ꝙ in elementis cum sint homogenea quo fertur pars fertur & totum, quia eadem in talibus est ratio de parte & toto.
» dicit Commen. sic. Natura partiũ
» corporum consimilium eadem est
» cum natura totius diffinitione, &
» cum sit eadem diffinitione est ea-
» dem forma, & si fuerit eadem for-
» ma, erit eadem actione proueniente ab illa forma. si igitur prima materia per te est homogeneum totũ eiusdem rationis cum suis partib. tunc natura partis cum toto est eadem diffinitione, & si est eadem diffinitione, est eadem forma, & sic materia habet rationem formæ cõmunis prædicabilis de pluribus qđ prius negabas. Dixit autem Suessanus super illa authoritate Comment. 12. meta. commen. 14. quod materia potest sumi vt pars, & sic non prædicatur nisi de seipsa: & potest sumi vt totum, & sic bene potest prędicare de pluribus ĩ quale. vnde vult quod Auerroes licet neget primam materiam non habere rationem vniuersalis prædicabilis in quid sicut genus, habet tamen rationem communis prædicabilis de pluribus in quale sicut differentia. Ista solutio est purus error, quia prima materia, si est primo diuersa à forma potẽtialis qualis est forma generica, multo magis erit diuersa à forma actuali qualis est differentia: maior enim est conuenientia inter genus & materiam, quam inter materiam & differentiam, vt est videre. 7. metaph. text. comment. 43. genus non est præter generis species, & si quid est, illud vt materia est, Amplius Porphyrius in capitulo de differẽtia dicit quod genus est proportionale materiæ & differentia formæ. vnde propter conuenientiam inter materiam & genus, Alexander in libro naturalium quæstionum demonstratiuæ scripsit mate-

ſiam non eſſe genus, vt teſtatur ẽt Commentator 1.metap.com.17. & 12.metaph.comm.14. Dicamus igitur ſermonem non intellectum à modernis, ꝙ materia prima ſm mentem Auerrois in illo cõmento habet duplex eſſe, vnum eſt eẽ quo intelligitur, aliud eſt eſſe ſm ꝙ ſentitur. in primo eſſe conſideratur in ſe, vt dicitur eſſe vna numero priuatiue modo expoſito, & illo modo non prædicatur, nec de ſeipſa, nec de alijs, non de ſeipſa, qa prædicatio eiuſdem de ſeipſo eſt innaturalis, & eſt ī fine abhominationis, vt dicit Commentator in primo priorũ in digreſſione de quarta figura, & eſt nugatoria, vt dicit Cõmentator contra Auicen. vnde prędicatio prẽter naturã non meretur dici prędicatio, vt dicit lucidiſſimus Themiſtius 1.poſteriorũ.cap.38. Materia etiam primo illo modo conſiderata nõ prædicatur de alijs, quia forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis, vt dicit Commenta. 1.cęli.com.92. ſed materia prima illo modo non hȝ formam intellectam ab ea, & ideo non habet rationem alicuius formæ cõis, neque generalis, neque ſpecificę, & de tali materia illo modo ꝯſiderata nulla prorſus trahitur prædicatio neq; eſſentialis neque denominatiua, quia eſt præſtiſſime conſiderata, & habet eſſe vt ſic in anima tantum, habet iterum materia aliud eſſe ſecundum quod ſentitur, & hoc habet extra animam in compoſito ſenſibili cuius eſt pars, & in tali eſſe materia conſiderata, licẽt ſit vna ſm ſubiectum, eſt tamen plures ſm potẽtias & habilitates, & in primo quidem eſſe pertinet ad diuinum, & in ſecundo eſſe pertinet ad naturalem, vnde Philoſophus in primo de generatione & corruptione, in tex.cõ.22.dicit, ꝙ materia ẽ qualiter eadẽ, eſt aũt qualiter altera. vbi Cõmẽtator ſcribit in commẽto, ꝙ mã eſt vna ſm ſubiectũ, & multæ ſm potentias & habilitates ad recipiendũ formas cõtrarias, & ſic recipit diuerſitatem & ſm ſpeciẽ & ſm numerum, ſm diuerſitatem formarũ quibus afficitur, & recipit ratio nẽ prędicabilis ꝺ pluribus, qa tunc conſideratur vt eſt formata. ſic eñ rerum ſpecie differentium materię ſunt ſpecie differentes, vt dicit Cõmentator 8.phyſi.cõm.46. & primo de aĩa.com.53. & materiæ rerum numero differentiũ ſunt numero differẽtes, vt dicit Ariſt.ī 12. meta.t.c.27. & 7.metaphy.t.c.28. Sortes & Callias diuerſa ſunt ꝓp materiam, & de materia taliter cõſiderata verificatur etiã dictũ Philoſophi in 7. & in 8.metaph.text. com.6. vbi Cõmentator ponit documentũ dicẽs, & non debes dubitare in hoc ꝙ fuit dictum in 7.ſ.ꝙ materia non prædicatur de aliquo ſm nomen & ſm diffinitionem. & eſt dictum hic, ꝙ diffinitiones naturales conſtituuntur ex formis & materijs. Vbi patet conſiderãti ꝙ loquitur de materia, vt eſt ſub forma & in ſecunda ſui notione, & vt comparatur ad materiatum, tunc enim prædicatur vt denominatiũ prędicatum. dicimus enim idolum eſſe ligneum aut ęreum, ſed nõ æs. aut lignum, & de tali materia formata etiam verificatur ꝙ in diffinitione accidentium cadit vt differentia, præſertim quando in abſtracto diffiniuntur, ſicut naſus in

diffi-

diffinitiones ſimilitatis, ſed patet ꝙ nõ eſt conſideratio iſta de illa materia de qua Auer. loquebatur, nec ẽm illam conſiderationem ſecundum quàm dicitur habere eſſe in anima tm̃, nunquam igitur materia habet rõnem prædicabilis niſi ratione formæ, ſed nõ ratione ſui in ſe præciſe ꝯceptæ, & ſic patet ſolutio ad omnia obiecta. Sed tunc eſt vna difficultas, ꝙa non videtur ꝙ prima materia poſſit intelligi p priuationem omnium formaꝝ, ꝙa materia cœli eſt magis actualis q̃ materia prima, & tamen materia cęli quę eſt orbis, non poteſt intelligi ſine forma. quod oſtenditur p Auerroem in libro de ſubſtãtia orbis. cap. 2. vbi dicit, ꝙ ſi intellectus poneret illam ſine intelligentia, eſſet ſicut de motu. vnde ſicut motus non remanet, ſic nec orbis: igitur orbis non poteſt abſtrahi a ſua forma, multo igitur magis prima mã quæ eſt in fine & in vltimo gradu potentialitatis & imperfectionis poterit abſtrahi ab ipſa forma.

Ad hoc reſpondet præfatus Achillinus vbi ſupra, aſſerendo differentiam eſſe inter materiam cœli & inferiorum, quia materia cęli nullam prioritatem habet ad formam cęli, & ſic nullo modo p̃ſcindi poteſt a forma ſua, quia hoc eſſet abſtrahere poſterius a ſuo priori qđ implicat, ſed materia iſtorum inferiorum, licèt abſolute ſit ſimul natura cum forma, quia eſt correlariua formę, & ſit materia poſterius forma in genere cauſæ formalis, quia in illo genere eſt cauſata, tamẽ prioritatem habet ad formam in genere cauſæ materialis, & ſic minus repugnat materiæ inferiorum abſtrahi à ſua forma, quàm materię ſuperiorum: quamuis ipſa ſit magis potentialis quàm materia cęli, quia materiam primam prę ſcindere à forma, eſt quodammodo prę ſcindere prius à poſteriori. Sed iſta ſolutio ſtare non poteſt: quia tunc Auerroes in ſecũdo cap. de ſubſtantia orbis, poſuiſſet caſum implicantem contradictionem in eſſe intelligibili, & tunc caſus ille eſſet deriſibilis. Amplius Cõmentator in primo cęli. com. 92. & in 2. cap. de ſubſtantia orbis, comparat materiam cęli ad materiam primam ponendo differentiam, quia materia cęli eſt in actu, & materia prima eſt in potẽtia, & tunc quęro vtrum in tali comparatione intellectus Auerrois abſtrahit materiam cœli à ſua forma, quando comparauit ipſam materiam primę aut non, ſi primũ, habetur propoſitum ꝙ intellect⁹ poteſt abſtrahere materiã cœli à ſua forma, ſi non, igitur eſt mala comparatio, quia cætera nõ ſunt paria, quia cõparatur materia cęli vt eſt habens formam ad materiam primam ſine forma: & tunc dicam ſibi quòd ſi materia cęli eſt in actu, eſt ratione ſuę formę, & nõ eſt, ex ſua intrinſeca ratione: dicam enim quòd materia prima etiam vt eſt formata eſt in actu, & ita non habet Commentator intentũ ſuum. Amplius ſi cęlũ non poſſet intelligi ſine forma, qũo igitur diuerſificati fuerũt Philoſophi, cum quidam aſſeruerunt ipſum eſſe primam cauſam. Aliqui vero dixerunt quòd eſt cauſatum à prima cauſa, vt dicit Commentator in primo cęli commento 20.

Amplius falsum est quod cœlum nullo modo prioritatis procedit suam formam, quia præcedit secũdum nostram cognitionem: cęlum enim est sensibile sensu visus, & certum est ꝙ Philosophi via motus primo cognouerunt naturas corporales, quàm naturas abstractas. Amplius sicut res se habet ad esse sic se habet ad cognosci, sed materia prima est magis prope nihil quam orbis. dicit enim Comment. in vltimo cap. libri de substãtia orbis, quod materia habet gradus, & potentia habet gradus. vnde ex secundo capite de substantia orbis est ex perfectissimis modis materię, quæ possunt inueniri in corporibus: & ita magis videtur dependere tam in esse quàm in cognosci materia prima à forma materiali, quàm materia cęli à forma spirituali: & hoc teneo sine dubio. Nec valet, quia tunc posterius abstraheretur à suo priori. nã vt scripsi in Theorematibus, propositio illa vulgata quæ asserit posterius non posse abstrahi à suo priori, locum habet vbi prius est de quidditate inferioris seu posterioris, sed fallit vbi secus est. Nam certum est quod pur mathematice considerant numeros & magnitudines, nulla habita considerationę substãtiæ: nulla enim mathematicarum de substantia considerat nisi astrologia. 2. meta. tex. comm. 44. Et ex hoc etiam sequitur, si illa opinio vera esset, quod tunc si cęlum non potest abstrahi à sua forma ꝙ cum astrologus considerat de substantia cęli ęterna, cõsideraret de ītelligentia, quod nullus vnquam Peripateticus asseruit. Et propterea dico quod quæcunque sunt realiter distincta, intellectus potest seorsum separare, licet in re non separentur: diuidit enim materiam à forma licet natura non diuidat, & hoc tam in corruptilibus quam in rebus æternis: maior enim longe est diuersitas inter intelligentiam & orbem, quàm sit inter materiã istorum & formas corporales: & maior est diuersitas cęli ab intelligentia, quam sit distantia & diuersitas corporum cęlestium à corporibus quę sunt hic, quia corpora omnia sunt in eodem ordine, licet sit ibi prioritas, & posterioritas, & natura corporis & natura intellectus sint in diuersis ordinibus: & ideo sicut intellectus põt abstrahere corpus corruptibile à corpore ętherno, sic potest abstrahere corpus ęternum à substantia spirituali. vnde Commentator. 2. cęli. commẽ. 3. dicit ꝙ licet ex intelligentia & orbe fiat vnum numero, tamen est secundum dispositionem mãgis diminutam quam sit dispositio recipiẽtis & recepti in forma abstracta propter causam prædictam.

Tũc dico quod casus Auerrois est possibilis secũdum imaginationẽ, & quærit Commentator posito quod intelligentia non esset quid esset de orbe: & ipse respõdet ꝙ esset sicut est de motu, vt ostendat ꝙ tametsi cœlum non habeat compositionem neque principium intrinsecum per quod possit corrumpi: sic enim ex se formaliter loquẽdo est necesse esse, est tamen causatum ab intelligẽtia in ratione causæ efficientis & finalis ab æterno: & ita sicut motus cœli non esset si intelligentia efficiens motum nõ

esset;

esset: sic cælum non esset si intelligentia quę dat sibi permanentiam æternum non esset. Non dicit igitur Cõmen. ꝙ intellectus non potest intelligere cælũ nõ intellecta intelligentia, quia hoc falsum est, sed dicit ꝙ cælũ non potest remanere in existentia, si causa eius nõ existeret: & ista est via eius, vt patet inspicienti verba eius. Sed est ardua difficultas ad huc, vtrum materia in illa prima notione sui qua à diuino consideratur, vltra vnitatem illam priuatiuam qua dicitur vna numero, habeat aliquam vnitatem positiuam, cum ens & vnũ eandem naturam significent. Ad hoc respõdetur ꝙ materia sicut in se considerata est substãtia & ens, sic etiam est vna vnitate transcendenti, quę conuertitur cũ ente, nec Auerroes hoc negare potest. vnde Albertus cognomento magnus, q̃ fuit diligens speculator in scientia diuina. in tractatu 2. cap. 4 dicit ꝙ materia potest considerari duobus modis. vno modo vt est substãtia & fundamentum, & sic est diuersa substantia à forma, & forma etiã vt est substantia est diuersa à materia, & illo modo cõsideratæ non referunt ad inuicem, nec illo modo vna est causa alterius. Materia enim non est causa substantiæ formæ: q̃a materia est potentia, & id quod est potẽtia nõ est causa eius quod est in effectu. forma aũt secũdum suam naturã actus est: forma etiam non est causa, quia materia sit substantia, vel quia materia sit materia: tamẽ forma causa est quia materia sit in effectu siue in actu, q̃a forma dat materiæ esse in actu, non inquantum est hęc forma vel illa, sed inquantum forma est absolute: & ideo per successionẽ formarum mã semp est ī actu, & corruptio vnius est generatio alteri⁹, & quia forma est ꝓpter q̃ est actu materia, & mã non potest esse in rerum natura nisi sit in actu. ideo forma est causa quia materia sit. & ideo sequitur ꝙ si nulla sit forma, ꝙ materia non erit, & si nõ sit materia, non erit materiatum. Et ex hoc accipitur ꝙ forma aliquo modo est prior materia prioritate causæ, quia licet non sit causa materiæ vel substãtiæ eius in eo quod materia, vel in eo ꝙ substantia est: tamen est causa esse materiæ, & non est causata ab ea, & pancis interpositis dicit ꝙ aliud est dicere materiam in esse substantiæ esse eandẽ numero: & aliud in esse materiæ esse idẽ numero: & aliud est dicere hoc aliquid. i. substantiã demõstratam esse idẽ numero, sicut enim supra dictum est, indiuisio causa est vnius: & inde cõtingit ꝙ materia in esse fundantis substantię indiuisa est & manet, & diuidit̃ in esse materiæ, prout materia est in potentia, quia secundũ esse fundamenti videtur esse vna materia in omnib⁹, quæ materiã habẽt, & hoc modo nihil prohibet esse vnũ in formis, quæ sibi succedũt, sed in esse materiæ cui coniuncta est potentia non est sic, quia potentia ad vnum non necessario est potentia ad alterum: materia enim vt substantia & fundamentum prior est ad materiam ẽm ꝙ materia est in potentia, quia isto secũdo modo ō subiectum motus & mutationis, priori autem modo est ante mutationem & motum. Et si quæritur

quid ſibi tribuit vnitatẽ numeri, Dicendũ eſt ꝙ nihil, niſi indiuiſio ſui eſſe ſm ꝙ ſic vel ſic conſideratur, hæc ille, & eſt ſententia conſonãs, ſicut vides, opinioni Alex. & Themiſtij in digreſſione primi phy. & oĩbus Peripateticis, ſicut vides.

Materiam nullam habet formã ſibi propriam & naturam exiſtentẽ in actu, ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe. 1. capite de ſubſtantia orbis, & primo phyſi. comm. 63. & 69.

Materia difficile intelligi aut imaginari poteſt, niſi per compatationẽ ad alterũ, ſicut dicit Ariſtoteles. 1. cap. de ſubſtãtia orbis. & eſt authoritas Philoſophi in primo. phy. t. c. 69. vide in concordantiis.

Materia non habet diuiſionem niſi per dimenſiones: & ideo primitus recipit tres diuiſiones, quę dicũtur corpus. 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 1. phyſi. comm. 63.

Materia nunquam denudatur à dimenſionibus non terminatis: qa tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſio ex non dimẽſione. 1. cap. de ſubſtantia orbis.

Materia ideo primit⁹ percipit dimẽſiones recipientes dimẽſionem terminatam, quia eſt multa in potentia: quoniam ſi non haberet dimẽſiones, non reciperet ſimul formas diuerſas nec numero, nec ſpecie. niſi in tẽporibus diuerſis: ſed ĩ eodem tempore nõ inueniretur niſi vna forma, & cum hoc materia eſſet vna numero ibidem. Ex quo patet qualiter deducat' cõſequentia in qua tãtũ laborauit Burleus. 1. phyſi. cõm. 63. vbi Cõmẽtator habet, ꝙ ſi materia expoliaret' à corporeitate, tũc materia haberet formam dantem ſibi nomen & diffinitionem.

Materia, vt dicit Ariſt. nõ habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ videtur, quẽadmodum forma non habet eſſe in actu niſi ſm ꝙ intelligitur. Cõmẽtator in 1. capite de ſubſtantia orbis idem 12. primæ philoſophiæ, tex. cõm. 14. vide in concordantiis quomodo ſit hoc intelligendum.

Materia habet gradus & potentia ſimiliter. vltimo capite de ſubſtãtia orbis. Ex hoc patet ſolutio ad argumentum Ioannis grãmatici: arguebat enim, ꝙ ſi materia corporũ cęleſtium nõ eſt eiuſdẽ rationis cum iſtis, tunc talis materia eſſet cõpoſita ex aliquo cõmuni in quo conueniunt, & ex aliquo proprio vtriq; per quod differunt. Diuus Thomas tenens corpora cælestia eſſe compoſita ex mã & forma, alterius rationis ab iſtis inferioribꝰ iſto modo nititur ſoluere iſtud argumentũ in 1. de cælo & mundo ĩ lectione 6. inquit enim, ꝙ iſtę materiæ ſunt diuerſæ, ſed non ꝓpter aliquam cõpoſitionẽ, vt imaginabatur Ioannes Grãmaticus, ſed pp habitudinem ad diuerſas formas: quia vna eſt totalis, & alia eſt partialis, ſic enim potẽtiæ diuerſantur ſm diuerſitatem actuum. Sed iſta opinio non videtur eſſe de intẽtione Ariſt. ꝙ orbis ſecluſa intelligẽtia ſit cõpoſitus ex materia & forma, immo eſt corpus ſimplex. vt late probatum eſt per Auerroem in libro de ſubſtantia orbis, tum quia licèt materiæ diſtinguantur per habitudines ad diuerſas formas, hoc ẽ extrinſece, quia habitudines iſtæ ſunt tres reſpectus, & ptinent ad p̃ dicamẽtum relationis, ſed iſtæ materiæ cum ſint ſubſtãtiæ & ſubſtã-

tia

tia à toto genere est ens absolutū ens enim ad se ē natura prius ente ad alterum. Quæro igitur in illo priori ſi ſunt diuerſæ, vel idē: & ſi ſunt diuerſæ. quæro igit' ꝙ diuerſificantur. & ſic argumentū Ioānis Grāmatici ſtat in ſuo robore: ſi vera eſt propoſitio Philoſophi, ꝙ oīs diſtinctio ſit p actum. 7. meta. t. c. 49. & ſic iſtæ erunt compoſitæ ex cōmuni vtriq; & ex aliquo ꝓprio. Et ideo melius eſt dicere iuxta viā Auerrois, ꝙ orbis nō eſt ſubſtātia compoſita, ſed ſimplex: & eſt materia in actu, & eſt diuerſa à materia in potentia, quæ eſt in iſtis per ſuam rationem intrinſecam: materia enim habet gradus, & potentia gradus. vnde ſecus eſt de ſimplicib⁹ & de principijs, ſecus de cō poſitis & principiatis: cōpoſita enī diſtinguūtur per ſuas formas principaliter, & principiata differunt p ſua principia, ſed ſimplicia ipſa & principia non differunt p alia prior a: ſic enim procederetur in infinitum, & illo modo locum habet in cōpoſitis ꝙ diſtinctio eſt p actum, ſed nō eſt vniuerſaliter vera de ſimplicibus. vnde dico, ꝙ orbis eſt in ſupremo & pfectiſſimo gradu materierū corporalium: & prima materia eſt in gradu infimo, & in medio ſunt alia vt elementa & id genus, quæ differūt etiam ſm magis, & iſta via tutior eſt ſicut vides.

Materiæ entium oppoſitorum ſeu contrariorum, debent eſſe oppoſitæ ſiue contrariæ, ſecundo metheorum. cap. 2.

Materia non mouetur per ſe. 1. metaphy. cōm. 11. vide etiam 5. phy. tex. comm. 8.

Materia prima vere recipit diffinitionē elemēti poſitam in 5. meta. Cōmentator 5. Met. commen. 4. in calce comm.

Materia nō eſt genus. 1. meta. com. 17. & 12. meta. com. 14. vbi Commentator dicit, ꝙ Alexāder ſcripſit demonſtratiuè, ꝙ mā nō eſt gen', pro quo vide Alexandrū. in 2. lib. nūlium qōnum. qōne vltima.

Materia primo recipit formā magis vniuerſalē, & ea mediāte, formam minus vniuerſalem vſq; ad indiuiduales. 1. metaphy. com. 17.

Materia eſt vna numero in multis ſecundum ꝙ eius eſſe eſt in potentia. primo metaph. comment. 17. & 12. meta. com. 14. & primo phy. comm. 63.

Materia nō poteſt prædicari de ſpeciebus generatis ex ea. 1. metaphy. commen. 17. & 12. meta. cōm. 14.

Materia eſt vna numero ſecundum ꝙ eſt ſubiectum formarum indiuidualium, & multa ſecundum formas, quia diuiditur per eas. primo mataphy. cōment. 17. & 12. meta. commen. 11. & 14. primo de generatione & corruptione, com. 22. & tex. comm. 29. & 4. phyſi. text. com. 84.

Materiale non tranſmutatur niſi ab alio materiali. primo metaph. t. cō. 31. & 7. meta. com. 31.

Materiam oportet intelligere in remota. 2. meta. tex. com. 12. vbi Cōmentator gloſat in generatis compoſitis ex materia & forma, aut formis.

Materia alia intelligibilis: alia ſenſibilis: materia ſenſibilis eſt, vt lignum, & æs: materia autem intelligibilis ſunt, vt ſunt mathematica. 7. meta. tex. comm. 35. idem 8. metaph. commen. & tex. 15.

Digreſſio contra D. Tho. Egidium Ro. & Scotū.

S. Th. in 2. Phy. in lectione 3. in expositione tex. cō. 18. & in quæstionibus super Boetio de Trinitate, quæstione qua quærit vtrum consideratio mathematica sit sine mā, videtur dicere subſtantiam cir cūſcriptis accidentibus esse materiam intelligibilem, quia sic non remanet cōprehēſibilis nisi in intellectu, eo ꝙ ſenſibilis potentiæ non ptingunt vſq; ad ſubſtantiæ cōprehenſionem, & qa ſubſtantiæ accidunt accña ordine quodā: qa prius natura accidit ſibi quātitas, deinde qualitas, deinde paſſiones & motus. vnde cum accña ēm ſui rationem dependeant à ſubſtātia, non poſſunt per intellm abſtrahi à ſubſtantia, ſz quātitas poteſt intelligi ſine qualitatib⁹ ſenſibilib⁹ à quibus dr mā ſenſibilis: quantitas. n. non dependet à qualitatib⁹ ſenſibilibus: & ideo poteſt abſtrahi ab eis, ſz non poteſt abſtrahi à ſubſtantia quæ eſt mā intelligibilis. & ibidem dicit, ꝙ cum dicimus ꝙ forma abſtrahitur à mā, nō intelligitur de forma ſubſtātiali, qa forma ſubſtantialis & mā ſibi correſpondens depēdent adinuicem, & vnum ſine alio nō poſſit intelligi, eo ꝙ ꝓprius actus in ꝓpria mā fit: ſz intelligit de forma accidentali, quæ eſt qualitas & figura: à qua quidem mā ſenſibilis abſtrahi non pōt, cum qualitates ſenſibiles nō poſſunt intelligi non intellecta quātitate, ſicut pz ī ſuperficie & colore: nec etiam pōt intelligi ſubiectum motus, qđ non intelligitur eſſe quantum. Conſimilē ſnīam imitatur Egidius Rom. in 2. Phy. in loco allegato. Scotus etiam in 6. Meta. q. 1. tenet ſubiectum ſcīatuz mathematicarū eſſe ſubſtantiam corporeā. & Auic. & vlr oēs ponentes formam corporeitatis coæternam in mā, vñr tenere ſubſtantiā corporeā eſſe ſubiectum & mām intelligibilē, à qua nō abſtrahunt ſcīę mathematicę. Sz in veritate iſta nō eſt mēs Ariſto. nec antiquoꝝ expoſitoꝝ. Ariſto. n. in 12. primæ philoſophiæ. t. c. 44. expreſſe dicit, ꝙ ex mathematicis ſola aſtrologia de ſubſtantia ſempiterna ſenſibili mentionē facit, aliarum vero de nulla ſubſtā-tia mētionē faciūt. Amplius Themiſt. 1. de Aīa in expōne. t. c. 16. expreſſe dicit mathematicū ſolum inania ſpacia cōtēplari. & Simpl. ī 2. Phyſ. in expōne tex. 18. & 19. dicit geometrā ſolū corpus qđ eſt trina dimenſio, non aūt mām, aut motum ꝓſiderare, ita etiā Them. immo Themiſt. dicit, ꝙ aſtrologꝰ qñ vnà cum mathematico 1. cum geometra cęleſtium corporum accidentia ſpeculatur, nō illoꝝ ſubſtantiā quærit, &c. Ita etiā Cōm. dicit ꝙ non ꝓſiderat de eis vt ſunt cęleſtia mobilia, ſz vt ſunt figuræ tm̄. Amplius pz ex diffinitionib⁹ poſitis in geometria & arithmetica, vbi patet nullam dari per ſubſtantiam neque compoſitam, neque ſimplicem, vt patet in lib. elementorum Euclidis de diffinitione lineæ, ſuperficiei, corporis, figuræ, circuli, trianguli, & ita eſt de diffinitione numeri & paſſionum eius in Arithmetica. Amplius dicit diuus Thomas, & Egidius quod cum accidentia ſint poſteriora ſubſtantia, non poſſunt abſtrahi: & ſic cum qualitates ſenſibiles ſint poſteriores quantitate,

non

non possunt abstrahi, quia posteriùs nõ potest abstrahi à suo priori. Respõdetur ꝙ qñ prius est de quidditate posterioris, tunc posterius non potest abstrahi à suo priori, sicut species nõ possunt abstrahi à generibus, nec inferiora à superiorib. sed si prius nõ est de quidditate posterioris, intellꝰ bene potest abstrahere: intellꝰ. n. vt dr 12. Meta. com. 39. põt multa separare quę nã non põt, quia aũt subiectũ non est de quidditate accidentis, intellꝰ põt abstrahere accidẽs à subiecto, quia põt intelligere accidens intellectione simplici non considerãdo de substantia, quæ est subiectum eius. vnde Aristo. in prædicamentis docuit qũo intellectus potest intelligere verum correlatiuum alicuius isto modo, procedit per viam abstractionis, circũscribendo omnia ab illo quę accidunt. & sunt extranea illi, sicut ad non circũscribẽdo ab ipso ꝙ sit homo & animal, & eadẽ ratio substantia sola remanẽte relatione dñi apud intellectũ, qa tali remanente adhuc seruus dr ad dñm. ideo dñs est per se correlatiuum serui. Arist. igitur docuisset modum impossem si intellꝰ nõ posset abstrahere accidens à subiecto: immo magis, qa loquit ibi de accidentib. quę sunt in capitulo relationis quæ hñt esse diminutũ, intãtũ ꝙ quidam reputauerũt ꝓdicamẽtum relationis esse de scdis intellectis, vt d. Comm. 12. Meta. cõ. 19. multo igitur fortius intellꝰ poterit abstrahere quantitatẽ & qualitatem à substantia, quæ sunt entia absoluta & maioris entitatis. Amplius ꝙ dicit Thom. ꝙ intellꝰ formã substantialẽ non põt abstrahere à mã, quia in quadam relatione consistit. Rñdetur ꝙ non sunt relatiua ℔m esse, sed ℔m dici. Amplꝰ est ꝺ Arist. in 2. Phy. text. com. 12. vbi dicit ꝙ nã dr de forma quæ nõ est separabilis ℔m esse, sed ℔m rationem vbi lucidissimus Themistius dicit, formam porro dicimus non re, sed ratione à materia abiungi. Amplius hoc est contra Aristo. 2. Physi. tex. comm. 26. vbi licet dixerit mãm esse quodammodo ad aliquid: in eodem tñ textu terminãs qõnem in qua quærebat vsque ad quem terminum se extendit consideratio quidditatiua naturalis philosophi, dicit, ꝙ vsq; ad species separatas quidẽ sed in mã existẽtes. vbi Themisto. & græci exponunt ꝙ quãquam formæ materiales qñque possunt cogitatione à mã separari: non tñ possunt actu aut subsistentia eximi: licet Comm. locum illum aliter interpretetur. & Diuꝰ Thomas dicat illud pp aĩas rationales: tñ illud ℔m antiquos expositores veritatem hz de omnib. formis materialib. & est authoritas Philosophi. 1. de generatione & corruptio. tex. comm. 41. vbi dicit, hæc aũt species sine mã vt immaterialis potentia in mã existẽs, &c. Amplius Commen. 12. Metaphy. comm. 39. expresse dicit ꝙ intellectus innatus est diuidere coniũcta in esse in ea, ex quib. componunt, q̃uis in esse non diuidant sicut diuidit materiam à forma, & formã à composito ex mã & forma, ita ẽt dicit 7. Meta. commen. 27. ꝙ generatum est diuisibile in duas partes ratione, non actu. s. in materiam, & formam. & 2. Physi. com. 12. dicit formam esse separatam à materia

teria ſm diffinitionem, qūod etiã dicit diuus Thomas. & Egidius de qualitatib⁹ falſum eſt: quia Ariſt. in 12. primæ philoſophiæ vult, ꝙ in omni prædicamento eſt ꝓpria potẽtia & proprius actus: & ex cõſequenti intellectus põt intelligere qualitatẽ ꝓ ſua ꝓpria principia nihil ꝓſiderãdo de principiis quãtitatis: in omni, n. genere eſt inuenire quid propriũ, vt dicitur in 6. topicorũ. Dicamus igitur vt aperiamus veritatẽ in hoc quæſito, ꝙ vt notat Alexander in principio libri priorum. naturalis in pleriſq; locis vtitur mathematica abſtractione: ſcientiæ. n. ſibi inuicem famulant. dat autẽ exemplũ Alexander, ſicut qñ intellectus ratione abſtrahit formam à materia, & ſicut abſtrahit accidentia à ſubſtantia. vnde licèt naturalis per diffinitionem naturalẽ non poſſit diffinire formã ſine materia, nec ecõtra. qa ſic vt naturaliter conſideratur, in relatione quadam conſiſtũt, vt dicitur in 2. phyſi. in tex. cõm. 26. & ſic etiã diffinitiones cõpletæ accidentiũ propria debent dari ꝓ ſubiecta, &c. nihilominus per cogitationem & abſtractionẽ ſimplicem poteſt ꝓſiderare formã non conſiderando materiã aut econtra. & ſimiliter de accidẽte & ſubiecto. ſed tunc naturalis in iſtis caſibus vtit mathematica abſtractione nõ naturali quatenus naturalis, quia diffinitiones naturales ꝓcernunt materiam ſenſibilem: & ꝙ hoc verũ ſit, oſtenditur Ariſt. authoritate in primo cæli & mundi, tex. com. 92. & 93. Quòd in oĩbus habentibus formã in materia, ſiue ſint arte ſine natura ꝓſtantia: alterũ eſt ipſa ſm ſeipſam forma, & q̃ eſt mixta cum materia. vnde diſtam propoſitionem verã eſſe in ſolutione illius quæſtionis, & confirmatur, qa videmus intellectũ aliquas diſpoſitiones attribuere formæ ſm ſe ꝓceptæ, quarum oppoſitas attribuit eidẽ vt cõcipitur cum materia. Dicit enim Cõmen. in 3. cæli. cõmẽ. 28. & etiã in 4. cæli. cõmen. 22. ꝙ grauitas in motu elementi, ſm ꝙ eſt forma tantũ eſt motor, ſed ſm ꝙ eſt ĩ prima materia eſt mota. qđ quidem fieri nõ poſſet ſi intellect⁹ nõ eſſet aptus abſtrahere formam à materia ſeu diuidere eam. Animaduerte igitur & bene conſidera ꝙ eſt magna differentia, dicere intellectum poſſe abſtrahere, vel diuidere hoc ab hoc, & dicere intellectum poſſe diffinire hoc ſine hoc. Nam abſtrahere hoc ab hoc nihil aliud eſt, quã intelligere hoc, alio nõ intellecto, & hoc intellectus vniuerſaliter facere poteſt in oĩbus in uicẽ coniunctis in eſſe, vbi vnũ nõ eſt de quidditate alterius, & quia materia & forma ſunt primo diuerſa, & ſubſtantia & accidẽs ſunt primo diuerſa, & ſubiectũ non eſt de quidditate ꝓpriæ paſſionis. dico ꝙ intellectus indiſcriminatim poteſt ita per abſtractionẽ & diuiſionẽ quãdam apprehendere: quia innatus eſt diuidere ea q̃ ſunt coniuncta in eſſe. tñ intellectus nõ poteſt diffinire formam materialem ſine materia, nec ecõtra: nec poteſt diffinire accidens ſine ſubiecto ꝓprio: quia diffinitio explicat completæ rei eſſentiam: & licèt forma nõ ſit de qdditate materiæ, nec ecõtra: quia tñ in quadam relatione conſiſtit, vt dicitur in 2. phyſi. ideo

non

non potest completè diffiniri, nisi in eius diffinitione ponatur materia, vel expresse, vel consecutiue. vt dr̃ in 2. phys. in tex. cõmenti vlti mi. & similiter cõpleta diffinitio accidentis debet dari per subiectũ, quod cadit tanq̃ additum. vt dicit in 7. metaphy. tex. cõm. 17. Non distinxerunt igitur isti doctores inter actum abstrahendi, & diffinien di, & tamẽ est magna distinctio, licèt vterq; ad primã intellect⁹ operationem pertinere videat, sed est differentia magna, sicut inter actũ imperfectũ & perfectum, si bñ consideras. Vnde Arist. isto modo docuit in 2. phys. in tex. cõ. 19. ad discernendũ diuersitatem in nã formarũ in sua abstractione à materia sensibili ex diffinitionibus eaꝝ ponendo regulã, ꝙ quæcunq; formæ diffiniri possunt sine materia sensibili, tales ex ratione sui sũt abstractæ à mã & vt sic ꝑtinẽt ad mathematicũ: quæcunq; vero impoſe est vt sine materia diffiniantur ꝑtinent ad naturalẽ: impossibile. n. ẽ qdditates naturales diffinire sine materia & trãsmutatione, vt dicit Cõmenta. 7. meta. cõm. 39. vnde ex diffinitionibus, quę cõplete rei naturam ostendunt, talem dr̃iam venat⁹ est. & isto modo ẽt ꝓcessit in 6. meta. dum venatus est diffinitionẽ formalẽ in sciẽtiis speculatiuis ex diuersis modis diffiniẽdi, ꝓp hoc igitur dixit in 2. phy. in loco ꝓallegato: fiet autẽ hoc vtiq; manifestũ, si aliquis tẽtauerit vtrorũq; dicere terminos & ipsoꝝ accñtiũ: impar quidẽ enim & par, & rectũ, & curuũ, adhuc aũt & numerus, & linea, & figura sine motu, caro aũt, & os, & homo nõ adhuc, sed hæc ii cui naris simũ, sed nõ sicut curuũ dicitur. Vbi notat Com. cõẽto 19. ꝙ formarũ quædam sunt magis separabiles, & quædã minus. vnde formæ illæ quæ indifferẽter concipi possunt sine materia sensibili, & cũ materia sunt illæ in qb⁹ cõuenit naturalis cũ mathematico, sed mathematicus considerat & diffinit eas absq; materia, quæ est principiũ trãsmutationis: naturalis vero cũ materia, sed illæ formæ quæ nullaten⁹ sine materia diffiniri possunt, illæ sunt appropriatæ nãli, aut artibus mediis, quæ etiã sine materia sensibili diffiniri nõ possunt. vt dr̃ in 2. phy. tex. cõ. 20. licèt minus appareat in eis quã in puris naturalibus: & vt redeamus ad propositum. materia intelligibilis, vt Aristoteles dicit, sunt mathematica. i. res mathematicæ, sicut. v.g. in geometria punctus, & magnitudo, seu continuũ & passiones eius vt abstrahũt à qualitatib⁹ sensibilibus dr̃ materia intelligibilis, siue tale continuũ sit ad vnũ diuisibile vt linea, siue ꝑm duo vt superficies, siue corpus, qđ est vnde quaq; diuisibile. vñ Commen. in 3. cæli. cõm. 6. inquit, ꝙ geometer cõsiderat corpus inquantũ est quãtum, sine accidẽtibus aliorũ prædicamentorũ: sed naturalis ꝓsiderat corp⁹ tunc cũ accñtibus cæteroꝝ ꝓdicamentoꝝ. & ista ẽt est expressa sñia Arist. in 11. meta. cap. 3. inqt enim mathematicus circa eaq̃ ex ablatione theoriã facit: circũtollẽs enim oĩa sensibilia speculatur, puta leuitatẽ & grauitatẽ, & duritiẽ, & cõtrarium, adhuc autẽ & caliditatẽ, & frigiditatẽ, & alias sensibiles qualitates seu ꝓtrietates, solũ

autem

aũt derelinquit quãtũ & cõtinuũ, horum quidẽ ad vnũ, horum vero ad duo, horũ autẽ ad tria; & paſſiones horũ inquantũ quãta ſunt & continua. & nõ ſecundũ aliud ſpeculatur, hæc ille. Ita dic conſequẽter in arithmetica ꝙ numerus, & vnitas, & paſſiones numeri inquãtum ſunt q̃titas diſcreta, & abſtrahunt a cæteris prædicamẽtis ſunt materia ĩtelligibilis in arithmetica. Sed cõtra iſtã determinationẽ inſtat, quia Ari. in 4. prĩæ philoſophiæ. t. c. 4. tot ſunt partes philoſophiç, quot sũt partes ſubſtãtiç & ita nõ vr̃ eẽ aliqua ſcĩa ſpeculatiua, q̃ nõ ſit de ſuba, & cũ ſcĩa mathematica ſit in numero ſcientiarũ ſpeculatiuarũ. videt ergo ꝙ ſit de ſubſtantia. Amplius tu dixiſti ꝙ nãlis nõ poteſt diffinire formam ſine materia, neq; accidẽs ſine ſubiecto ꝓprio: & quæ eſt ratio diuerſitatis ꝙ mathematicus diffinit ſine ſubſtantia, q̃ eſt ſubiectũ quantitatis, ſi materia ĩtelligibilis à qua mathematicè non eſt abſtracta nõ eſt ſubſtantia, ſed eſt quantitas vel continua, vel diſcreta. Ad primũ r̃ndetur ſm expoſitionem Auerr. per philoſophiam Ariſt. intellexit primã philoſophiã, quæ per antonomaſiam philoſophia dicitur: & quia ſubſtãtiæ quædã ſunt abſtractæ à matetia, quædã vero inter ſe in materia. ſic prima philoſophia ſecat in duas partes, quarũ altera cõtemplatur ſubſtantias materiales quatenus ſubſtantiæ & entia ſunt. alia vero cõſiderat de abſtractis, & iſta eſt via Auerr. ſine dubio ibi. Vel ſm Alexand. ſicut in entibus mathematicis quædã ſunt prima, quædã ſecda, idcirco mathẽdã eſt 1. quædã 2. q̃dam 3. 1. v. g. ẽ quæ circa plana verſat. 2. quæ circa ſolida, deinde aſtrologica quæ ſolida quę in motu ſunt cõſiderat, tum mœchanica quæ naſcentia & pereuntia tractat, qui ordo in ſubſtantiis quoq; reperit. nam primæ ſunt ingenitę & immortales q̃ corpore vacant nec mouentur, de quib⁹ prima philoſophia edidſerit. 2. vero philoſophia de ſempiternis quæ motu cientur. 3. quæ ſubſtantias cõſiderat naſcentes & intereũtes: nam hæ ſubſtantiæ vltiæ ſunt, vbi patet ꝙ duo vltima mẽbra pertinent ad naturalẽ ſub rationibus ſenſibilibus, licèt eadẽ pertineant ad diuinũ ſub rationibus tranſcendentib⁹, vt notat Cõment. 12. metaph. com. 1. 6. & 29. ita ꝙ ſm nullam expoſitionem cogimur dicere mathematicas puras de ſubſtantia theoriã facere. Ad aliud r̃ndetur ꝙ mathematicus, vt dicit Cõmenta. in 1. phyſi. cõm. 1. ſolum cauſam formalẽ conſiderat. vnde ſolũ formã declarantẽ qdditatem ꝓtinui, aut diſcreti, vel paſſionum iſtorũ vt abſtrahunt à ſuba, & à cæteris ꝑdicamentis, & tales diffinitiones ſunt media q̃ ſufficiunt ĩ demõſtrãdis accũtibus q̃ emanãt à ſuo ſubiecto ĩ tali eẽ imaginabili: & ideo non ingreditur (vt inquit Cõm.) in diffinitionibus taliũ materia, q̃ eſt cauſa tranſmurationis ſed̃ naturalis, quia eſt artifex ſenſatus, verſatur enim circa res ſenſibiles, nõ poteſt abſtrahere à tali materia ſẽſibili nec à ſubſtantia tali à qua fluit eſſe ſenſibile, & ſi quandoq; diffiniret illæ eſsẽt diffinitiões dialecticæ & vanę, vt dicit Philoſoph⁹ in primo de anima. tex. cõmẽ. 11.

vnde

vnde Cõmentator 1. phys.comm. vltimo dicit, ꝙ formarũ quędam sunt in materiis, & q̃dam sunt abstractæ à materia. & ideo consideratio de formis est duarum sciẽtiarum, s. naturalis & diuinæ: quia quidditatiue naturalis considerat formas materiales, & diuinus abstractas, & patet ꝙ nulla fit mentio de sciẽtiis mathematicis: quia opinio eius fuit, mathematicũ purum solum circa quantitates versari, & hoc teneo.

Materia dupl'r dr̃, aut quo ad ipsum prima, aut omnino prima. 5. Met. tex.com. 5. vbi Commen. d. ꝙ materia dr̃ duobus modis, aut cõis omnib. entibus, aut propria vnicuiq; enti. idem 3. cęli. commẽ. 67. & 1. Physi. comm. 82. & 2. Physi. 10.

Materia non dr̃ natura, nisi quia recipit naturam. s. formã quę princi paliter est nã. 5. Meta. text. com. 5.

Materiã vnam habent vniuersaliter quæ adinuicem transmutantur. 5. Meta. tex. cõm. 11. idem 1. de gene ratione & corrup. tex. com. 43.

Materia est prior forma ſm potestatem, forma autem ast prior materia ſm actum. 5. Meta. tex. comm. 16. & est in capitulo de priori.

Materia prima est tanquã genus altissimum. mã aũt propinqua est vltimam formam habens in gñatione, idest quæ recipit vltimam formam. 5. Metap. comm. 29. Ex quo loco possumus declarare authoritatem Auerr. in 1. Physicæ auscultationis. in com 1. in qua adeo laborauerunt expositores, vt Ægidius Rom. in quolibeto. 5. q. 19. & similiter Ioannes de Baccone in quolibeto 2. q̃ne, qua quęrit vtrum mã sit pura potentia, similiter Burleus in illo loco multũ laborat, tñ est pñti loco Com. põt declarari p seipsum. prima. n. materia est sicut genus altissimum, p genus altissimum intelligo genus gñalissimũ. Vbi aduerte ꝙ nõ est intẽtio Auerrois assimilare primam materiam gñi gñalissimo quantum ad prædicationem & vniuersalitatem prędicationis, tunc. n. sibi manifeste cõtradiceret in 1. Meta. com. 17. & in 12. Metaph. cõm. 14. vbi inquit, ꝙ prima mã non hz intentionem alicuius cõis, vniuersalis prędicabilis de pluribus sicut genus. Alexander. n. scripsit demõstratiue ꝙ materia nõ sit genus, sicut dicit. & est videre in 2. lib. naturalium q̃nũ. q̃ne vltima. Sed talis similitudo est penes hoc, nam sicut genus altissimum non hz superueniẽs genus in quod possit resolui. sunt. n. decẽ gña generalissima, vt dicit Porphirius, tanquam decẽ rerũ principia: principij autem proprium est primum esse. 5. Meta. text. com. 1. Sic prima mã non hz priorem in qua resoluatur. & ideo appellatur simplex. per vltimam formam autem intellexit formam vltimatam non ordinabilem ad vlteriorem formã, sicut immixtio vltimæ formę est forma mixti: & illa nõ ordinatur ad vlteriorem, sicut formæ elementariæ ordinantur ad formã mixti, vt patet ex fine primi de gñone. Et ideo quæcunq; mediant inter primam mãm & vltimam formã, appellantur materiæ cõpositæ & formæ cõpositæ, quia materia talium reducitur ad primam materiam, & forma talium ordinatur ad vltimã formam. Sic igitur primam pter mãm & vltimam formam, omnia

media

media ſunt materiæ compoſitæ & formę compoſitæ, ſed illa duo tñ ſunt cauſæ ſimplices. Quòd aũt dixit Ægidius illud intelligi ſm diuerſum modũ abſtractionis, quia forma generis & forma ſpeciei ſm Auerroẽ ſunt vnũ realiter, ſed differunt ſm maiorem aut minorẽ abſtractionẽ: mã enim, vt dicit Commentator 1. Meta. com. 17. prius recipit formas magis vniuerſales, & eis mediantib. recipit min⁹ vniuerſales vſq; ad indiuiduales. licèt hoc verum ſit ꝙ hmõi gradus dantur in forma, & ẽt in mã. vt eſt videre ī vltimo capitulo libri de ſubſtantia orbis ab Auerroe, vbi dicit, ꝙ mã hȝ gradus, & potentia habet gradus: nihilominus vr̃ mihi ꝙ iſta expoſitio non quadrat expoſitori Auerrois, qui vult ꝙ Ariſto. in probatione illius maioris, ī qua dr̃. Tunc. n. opinamur cognoſcere vnumquodq; cum cauſas primas cognoſcimus, & principia prima, & vſq; ad elementa. Vbi dicit, ꝙ p cauſas primas intelligit cauſas ſimplices exiſtentes in re primas non compoſitas, & ſunt prima materia & vltima forma, & ex conſequenti loquitur de cauſis realib. & in eſſe reali cõſideratis, & non ſm abſtractionẽ rationis. quia Philoſophus naturalis eſt artifex realis, & ſua intereſt cognoſcere oẽs cauſas reales & propinquas, & remotas, ſed illa conſideratio ſm differẽtiam rationis inter gradũ minoris abſtractionis pertinet ad artificem rõnalem vel cõem. vnde dicit. Quæ. n. ſunt præter primam mãm & vltimam formam cuiuſlibet rerum naturalium, ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ. loquitur enim ſecundum eſſe rationale. Et ex hoc patet quanto plus ſit accuſatione dignus ille bonus Ioannes de Baccone in loco allegato, qui per vltimam formam expoſuit primũ motorem, motus authoritate Cõmentatoris in 12. Meta. cõ. 18. vbi hȝ ꝙ omnes formæ naturales ſunt in potentia in prima mã, & ſunt in actu in primo motore. Sed hoc iterum ſtare non põt: quia lȝ dictum Commentatoris ſit verum, ibi tñ non facit ad propoſitum, qa Commẽtator dicit hic, ꝙ per cauſas ſimplices Ariſt. intellexit cauſas exiſtẽtes re primas & nõ compoſitas, vbi patet, ꝙ loquitur de cauſis intrinſecis primis. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ primus motor nõ eſt de principiis intrinſecis, ſed extrinſecis. Sed dices tunc iſta expoſitio non põt verificari niſi in mixtis & in habentibus plures formas, in elementis autem non vr̃ verificari, vbi nõ eſt niſi vna forma tantum. Soluitur ꝙ, vt dicit Commentator 1. Phyſi. comment. primo, propoſitio illa Philoſophi omnia habentia principia cãs & elementa non cognoſcuntur niſi ex cognitione principiorum, aut cauſarum, aut elementorum ſuorum impoſſibile eſt vt hæc coniunctio, aut, ſit ſicut copulatiuæ natura: nam diſpoſitio ſcientiæ certe inuenitur in rebus habentibus cauſas quaſdã per ſciẽtiam illarum cauſarum, ſicut inuenitur in habẽtibus omnes cauſas. Tunc igitur in ſimili in elemẽtis non eſt niſi materia prima & forma elementi, & illa eſt vltima forma in elemento, quia vlteriorem non habet neque priorem ſecundum rem. & ideo ſcientia de elemen-

Impugnatio Ægidij com.

Impugnatio Ioannis de Baccone.

Obiectio.

Soluti.

Mens sola extrinsecus accedit eaq; sola diuina est, nihil enim cum eius actione cõmunicat actio corporalis. Arist. in 2. de generatione animalium. cap. 3. Dicit Petrus Pomponatius in suo definitorio. cap. 13. ipsam authoritatem principaliter ītelligi de animabus cælestiũ corporũ non de intellectu humano: nam Arist. in istomet loco dicit, animam sensitiuam & intellectualem prius esse in potentia quã in actu, & ista est conditio generabilium & corruptibilium ꝙ quando ꝙ; sunt potestate, quãdoq; actu. Sed fallitur per vitam meam, quia Arist. ibi nullam quæstionem mouet de anima corpori æterni vtrũ de foris accidat vel non, sed solũ de anima & virtutibus animæ existentibus in animali generabili & corruptibili, nam propositis duab⁹ quæstionibus, quarum altera erat de semine, si non sit pars concept⁹ quo natura vertatur eius copulentia; & altera de anima ipsius animalis, vtrum in semine & ꝯceptu sit. 3. q̃stio est de mente seu intellectu, quonã tẽpore & qũo eam recipiunt q̃ ꝓprium impartiri possunt, hoc enim, vt asserit, plurimũ dubitatur, & incipiens à solone 2. qõnis, dicit animã vegetabilẽ sensibilem pariter & ītellectualẽ priꝰ esse in potentia q̃ in actu, sed tunc subdit, ꝙ aut omnes contingere cum ante non essent necesse est, aut omnes cum ante fuerint, aut partim cum ante non fuerint, & contingere, aut in materia non subeuntes semen maris, aut eo quidem inde venientes, sed in mare aut omnes extrinsecꝰ contingere, aut nullã, aut partim extrinsecus, partim nõ extrinsecꝰ. In qbus verbis manifeste dedit ītelligi, ꝙ licèt oẽs istę tres aīę ꝙueniant in hoc, ꝙ prius dicunt esse in potentia q̃ in actu, est tamẽ difficultas, an iste modus potestatis sit vniuocus vel ęquiuocus, saltem analogus. Alioquin ista diuisio in casum fuisset adducta. & ideo Arist. determinãs hoc subdit, cęterũ omnes ante esse impossibile his rationibus ostẽditur. Quorum enim principiorum actio est corporalis, hæc sine corpore in esse non possunt: v.g. ambulare sine pedibus, itaq; extrinsecus ea venire impossibile est, nec ipse ꝑ se accidere possunt, cũ insepparabilia sint, neq; cum corpore, semen. n. excrementũ alimẽti est. restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat, eaq; sola diuina sit. nihil enim cum eius actione cõmunicat actio corporalis. vbi patet Arist. soluere quæstionẽ de mente hominis, quia de ea quærebatur, quo tempore & qũo, & vnde eam recipiãt ea quę principium participant, & qs est adeo rudis, hoc nõ esse q̃situm nisi de intellectu q̃ est in nobis? non est enim dubium apud Peripateticos quo tpe accedat intellectus ī corporib⁹ cœlestibus,

bus, & quomodo & vnde corpora cælestia recipiant tale principiū. Nam apud Arist. corpora cęlestia ab ęterno sunt animata & viua, & intelligentia ab ęterno. Ostendit etiā hoc ex solutione quæstionis primę ibi motæ, in qua quærebatur quid fiat de corpulentia genitu rę, formato fœtu, nunquid sit pars constitutæ magnitudinis, & qa dixerat ī semine ꝓtinere calorē non igneum, sed cęlestem, qui est radix & propriū vitæ, dicit scire solummodo istā quæstionem [corpus autem genitur̄ę in quo semē animalis principij contentū vna prouenit]. i. vt exponit Ioan. Grāmaticus, calor qui est semen & radix animali principij. i. animæ] q̄ habet inanimare corp⁹ partim separabile est à corpore]. i. istud ꝓprium aīale, idest anima ipsa, partim, inq̄, est separabile à corpore. s. tale principium animale, & declarat in quibus hoc verificetur, & dicit [in quibus diuina pars compre henditur quę mens appellatur]. i. in hominibus, in istis enim generabilibus mens non est nisi in hominibus tātum [partim vero inseparabile] hoc dicit ꝓpter alias virtutes animæ, quæ sunt inseparabiles à corpore [hoc, inq̄, genitur̄ę sē tentiæ diffoluitur verſumq̄; ī spiritu euanescit] &c. Vbi clarissime patet Arist. loqui de mēte quę est in nobis, & dicitur aliquo mō in semine ꝓtineri, extrinsecus. s. modo iam declarato, vbi ista, ītelligētię cęli minime adaptari possunt, immo Alexā. in tracta. de intellectu, iam etiam intelligit hęc de intellectu agente, vt terminat generationē hominis, & non vt est intellectus rerum cæli &c. Vide igitur penę ad qd deueneris cū tua pertinacia qui vis intellectum hominis ꝙ Arist. esse mortalē, & nō vides q, alia ratione intellect⁹ dicitur esse ī potētia in semine, & alia rōne anima vegetatiua & sensitiua, quia ītellect⁹ terminat extrinsecus, sed vegetatiua & sēsitiua sūt per se terminus ītrinsecę generationis, & quis potuit ꝑ vitā meā locum istum melius interpretari q̄ Theophrastus, qui viua voce audiuit Arist. cuius hęc est sententia referēte Themist. in 3. de anima in cap. 39. inquit enim, de intellectu potestatis, hęc dicit Theophr. quomodo ītellectus potestatis homini extrinsecus accedat, quomodoq́; tanq̄ appositus inuectusq́; sit, quæritur quemadmodum cōgenitus vobis dicatur, demū quæ naturę confirmatio naturaq́; eius sit. Certe id quod dicitur nihil actu esse intellectum ad potestatem omnia recte hacten⁹ dicitur, quēadmodum & in sensu, non tamen vsque ad viuum resecanda res est, neque tamē nihil actu probādus, vt neq; ipsemet sit, calumnia hæc esset, & oratio contētioni cauilloque proxima, sed ita intelligendū, vt in animo talis quædā sui generis potentia sit, pro subiecto formarū, ac gremio qualis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitutioni earum & concretioni substernitur. porrò quod dicitur mētem extrinsecus accedere, non ita statuēdum est, vt qui vere appositus inuectusque habeatur: sed vt qui statim ab ortu quasi cōprehendere nos complectiq́ue soleat &c. Verum de hoc fuit ser-

mo prolixus, habitus à nobis ī ſpeciali tractatu de hoc, quid ſenſerit Ariſt. de immortalitate intellect' humani. ibi .n. oſtendimus cauſas erroris iſtius viri, qui non diſtinxit apud Ariſt. inter animam & intellectum, & credidit ꝙ ſi hominis intellectus habet operationem nō dependentem à corpore, vt à ſubiecto, ꝙ hoc non ſufficit ad demonſtrantē ipſum eſſe vere intellectualem, & tn̄ hoc eſt falſum. Nā Ariſt. in 8. phyſicę auſcultationis ex hoc ꝙ primus motor mouet æterno tē pore, demonſtrauit ipſum eſſe abſtractum a magnitudine, quia virtus in magnitudine exiſtens non poteſt habere operationē ęternā, igitur virtus quæ nō eſt in magnitudine eſt abſtracta, ſi per te intellectus humanus non eſt virtus in magnitudine, quia nullius corporis eſt actus, igitur eſt virtus abſtracta, Nec valet fictio illa de conſequentia, quę habetur primo de anima tex. cōmen. 12. ꝙ ſi intelligere eſt phantaſia, aut nō ſine phātaſia, quòd propterea credis dictū hoc fuiſſe ꝙ requiratur ad hoc ꝙ intellectus ſit vere abſtractus, oportet ꝙ nō dependeat à corpore, nec vt à ſubiecto, nec vt ab obiecto, & ideo Ariſtote. dixit phantaſiam, vt denotet ꝙ eſt in ſubiecto, vel non ſine phantaſia, quia dependet ab obiecto, o Petre quantum erras, nō eſt intentio Ariſtot. iſta, alioquin ipſe ſibi cōtradiceret. Nam primo de anima tex. commenti ſertii dicit. inquirimus autem contemplari, & cognoſcere naturam eius & ſubſtantiam, & quæ ſunt propriæ paſſionis ipſius, & quæ communes, ſed conſequentia Ariſtotel. fuit dicta propter antiquos, qui poſuerunt intellectum eſſe phantaſiam, & ſecundum fuit appoſitum ſecundum mentem propriam, & tunc conſequētia Ariſtote. eſt ibi, ſed oſtendam difficultatem, nam fuit maxima difficultas, an intellectus intelligat abſtracta per eſſentiam, tunc enim operatio illa eſt abſtracta vtroque modo, & à ſubiecto & ab obiecto. Vnde ſi nullam haberet talem operationem, intellectus iſtæ abſtractus non eſſet, ſed iam hoc ſequitur, licèt in tertio de anima, iſta quæſtio non fuerit determinata, eſt tamen determinata alibi, vt notat Diuus Thomas in nono primæ philoſophiæ. in textu commen. vlti. & Cōmentator & ēt græci expoſitores ibi. iſta igitur conſequētia eſt ad oſtendendum difficultatem de qua eſt inquirendum, ſed non eſt aſſertiue tenenda, & Ariſtote. in tertio de anima locutus eſt de iſta intellectione, quam paſſim experimur in nobis, ſed de alia dixit eſſe conſiderandum poſterius. tamen omnes Peripatetici præcipui, vt Theophraſtus, Alexander, & Auerr. ponunt illam, vt patet intuentibus opera ipſorum.

Memnonis ambiguitas tangitur 3. meta. text. commē. 14. & in prologo primi poſteriotum analyticorum.

Meridionalis pars velocius recipit frigiditatem quàm caliditatem. Commentator 2. metheororum cap. 2.

Merularum duo ſunt gña, nigrum & candidum, nono de natura animalium cap. 19. vbi dicitur candidum ſolum circa Cyllenem Archa

dię

die & non alibi nasci.

Metaphysica est de rebus nō admixtis cum materia, & si considerauerit in rebus admixtis cum materia, considerabit in modo secundum quem non admiscentur cum materia. verbi gratia, res naturales diuidi in potētiam & actum vnū, & multitudinē & substantiam & accidens. secundo meta. cōm. vlt.

Vbi aduerte q̄ entis quod est subiectum in metaphysica sunt tres diuisiones essentiales, videlicet, per substantiam & accidens, de qua diuisione Aristot. egit in tractatibus de substātia, videlicet in 7. & in 8. metaph. isti enim libri appellātur tractatus de substantia. secunda diuisio est per potentiam, & actum, de qua agitur in nono metaphys. tertia diuisio est per vnum & multa, de qua agitur in 10. meta. ita notabiliter scribit Auer. in prohemio septimi primæ philosophiæ. Aduerte autem q̄ res nō admixta materię, aut separata à materia est duobus modis, vel secundum essentiā, quia nunq̄ sunt in materia, sed habent existentiam extra materiam, vt deus & intelligentiæ. quædam vero sunt separata vel non admixta materiæ per indifferētiam, quia ratio eorum saluari potest, & in rebus materialibus, & in rebus separatis à materia secundum essentiā, sicut est substantia & actus & potētia, & ens & vnū & multa, & id genus & scientia diuina dicitur esse de abstractis à materia vtroq; modo, vnde omnes res naturales cōsideratæ sub istis rationibus transcēdentibus, vt sic à diuino considerātur, sicut dicit Commentator secundo physic. commento quarto. & 21. & septimo metaphysic. commento quinto, & nono. & duodecimo metaphysic. commento primo. quinto, & 29. & alibi infinities &c.

Metaphysica diuiditur in duas partes, sicut enim substantia est duplex, sensibilis & abstracta 5. meta. tex. cō. 4. vbi dicitur quot sunt partes substātię, tot & philosophiæ. i. primæ philosophiæ, vt exponit ibi Commentator.

Metaphysica quare ita dicatur, vide 4. meta. cōm. 4.

Metaphysica sumit numerum motorum ab astronomica scientia, ex paraphrasi meta. Auer. tract. primo cap. primo.

Metaphysica diuiditur in tres partes, in prima agitur de substantiis, vel rebus sensibilibus inquantum sunt entia, in secūda de principiis substantiæ, quæ sunt res separatæ, & de attributis earum, & istæ duæ partes sunt necessariæ. tertia vero pars disputat & speculatur de subiectis scientiarum particularium, & remouet errores eorum in quos inciderunt antiqui, scilicet in scientia logicali, & in duabus sententiis particularibus, scilicet in naturali philosophia, & mathematica, & ista est melioris notæ gratia, cum modus esse plurium subiectorum scientiarum particulariū, & modus esse ipsorum sit ex rebus per se notis, sed cecidit in eis error apud antiquos, & est de perfectione scientiæ soluere errores. Aduerte quòd dicit istam scientiam soluere errores circa subiectum logicæ, propter scire quod est subiectum in ca 3. cœ. cōmē. 4. Nam primæ philosophię disputat cōtra

antiquos negantes scientiã esse, & ex hoc patet error illorũ, qui asserunt Arist. in prohemio posteriorum analiticorum facere hoc ex paraphrasi metaph. Auer. tractatu 1. ca. 1. Vide etiam aliam diuisionẽ meta. bimembrem penes tres diuisiones entis in prohemio super septimo metaphysicæ.

Metaphysica habet ꝓ fiderare de ente simpliciter, & de generib⁹ & differentiis in quas diuiditur essentia liter. 9. meta. com. 1. idem 4. & 6. meta. in principio.

Metaphysicus considerat principia scientiarum communiter. 11. primæ philosophiæ. cap. 3.

Metaphysicæ vtilitas est in nobilio ri & altiori gradu, licèt sit de gene re, vtilitatis scĩarum particulariũ, nõ eius proportio ad alias est proportio finis & perfectionis cum ꝓ eius cognitionẽ habeatur scĩa causarum entium, quod est intentum cognitionis humanæ, ex paraphra si meta. Auer. tract. 1. cap. 1. sic intelligas dictum eius. 12. meta. cõ. 44. vbi dicit, ꝓ per hanc scientiam inuenitur homo in sua vltima perfectione essendi, & vide quę scripse rim olim in contradictionibus ꝓ logi Auer. in 1. physic.

Metaphysicæ ordo est vt loceꝰ post scientiã naturalẽ, nam vt diximus, ipsa vtitur pro radice supposita eo quod illic fuit declaratũ de esse virtutum, quæ non sunt in materia. Et verisimile est ꝓ hæc scientia vocetur meta. propter ordinem eius ĩ doctrina licèt sit prima ĩ esse, ex paraphrasi Auer. in meta. tract. 1. cap. 1. Ex quo elicitur ordinẽ doctrinę in scientiis speculatiuis esse vt prȩcedat scientia mathematica, postea naturalis, & postremo scientia diuina. cuius oppositum tenuerunt Platonici, & Albertus ex latinis, & Auicẽna. Idem Simplicius in prologo primi physicorum. vbi dicit, ꝓ ideo metaphysica dicitur, quia post naturalium rerũ cognitionem ordinata esse videtur.

Metaphysica pro maiori parte vtitur demonstrationibus signi, nam semper accipimus signum à rebus notiorib⁹ nobis ad notiores naturæ, Auer. ĩ paraphrasi meta. tract. 1. in principio.

Metaphysica vt plurimũ vtitur declarationibus logicalibus, & qualiter, vide in paraphrasi metaphysicæ tract. 2. in principio.

Metaphysicæ duodecimus quid consideret, vide ĩ tract. 4. & paraphra. metaphysicæ.

Metaphorę non sunt vsitãdæ in doctrina demonstratiua, colligit' ex sentẽtia philosophi ĩ 2. poste. tex. com. 22. vbi habeꝰ ꝓ nõ est disputandum, neq; diffiniendũ per metaphoras. ita etiam iubet in 2. topicorũ cap. 2. vbi dicit. nam mentiẽtes. & qui quod ineſt alicui in eẽ dicunt, peccãt, & qui nominibus extraneis res appellant, vt plantã hominem transgrediẽtes nominationem, & hoc dicit propter Platonẽ qui diffiniebat, esse plantam inuersam, & Commẽtator in 1. cœli cõ. 106. contra plurimos ĩquit, ꝓ aut peccant, aut deuiant à veritate, aut male docẽt, & lucidissimus Them. „ in paraphrasi primi de anima, cap. „ 20. inquit. nam non est ęquum in „ altissimis philosophiæ quæstioni- „ bus, aliud sentire, aliud dicere: cum „ enim semper res digna homine „ est, ne à mente vera dissentiant, tũ

id

id maxime in rebus obscuris & ce peris obseruandum, quo ea quæ suapte ingenio, & natura remota & condita videãtur, verbis illustri bus & q̃ maxime potest declaranti bus vendicantur à tenebris. Hoc etiam colligitur ex sententia Philosophi in 2. metheororum. cap. 1. vbi impugnat opinionem Democriti de mari, vbi d. illam opinionẽ eius non deficere à fabulis Esopi, & magis reprehendit ipsum, quia Esopo licebat more poetarum aliquid in metaphoris tradere, sed Philosophis veritatẽ inquirentib. non licet hoc facere. & ex illo loco potest etiam Homerus defendi à dictis Aristo. qui in 2. physic. dixit poetam derisorie apposuisse mortem esse finem propter quem nati sumus. Nam dicam sibi, q̃ licèt secundum veritatem finis habet rationem boni: & physice mors finis dici non potest, tamen poetis quibus datum est in metaphoris posse loqui hoc bene licuit. Et con firmatur, quia ipsemet Aristote. in 5. metaphys. cap. de perfecto, & est in tex. commen. 21. expresse dicit, q̃ mors secundum metaphoram di citur finis, vnde credendũ est Aristot. non increpasse Homerum ex eo quòd poetice vsus est illo sermo ne metaphorico, quia tũc contradiceret sibiipsi i locis allegatis, & in sua arte poetica, sed locutus est secundum rei naturam. Et ex hoc frater mi collige quantum Aristo. abhorreat locutiones istas metaphoricas in sententiis speculatiuis, quarum finis est veritas, quod plerunq; poetarum sermones metaphoricos damnant, quibus datũ est ex arte metaphoricæ posse loqui. Et ideo caueat Alexand. & sequaces eius tenentes ex mente Magistri intellectum materialem esse mortalem, quum Aristote. in 3. de anima. & in primo & secundo appellet eum simplicem, immixtum, incorruptibilem, immortalem atque diuinum, oporteret enim omnia ista metaphoricè poetarũ more interpretari, sicut bene etiam no tauit Commentator in tertio de anima. in commẽto quinto. quòd opinio ista manifeste discordat, & à verbis Aristote. & à demonstratione eiusdem, & nota bene hoc. nota tamen q̃ vbi est indigentia nominum in propria significatio ne, possunt vti transumptione & metaphoricis, vide Themistium in libro de Memoria & Reminiscentia, libro primo, cap. 11. & est etiam sententia Alexand. in paraphra. de anima. in cap. de phantasti ca virtute.

Metaphoræ non sunt adducendæ in doctrina demonstratiua, regula est Aristotel. in secundo posteriorum. vbi docet & præcipit non esse diffiniendum, neque disputandum in metaphoris. Nota tamen q̃ licet quandoq; vti in rebus quæ non possunt intelligi per comparationem ad alterũ, vt scribit Commentator primo physi. comm. 81. vbi Aristo. dicit materiam appetere formam, sicut turpe pulchrum, & fœmina marẽ, & habetur etiam in tertio de anima commen. 14. de intellectu qui comparatur tabulæ non scriptę. item fallit vbi vera vocabula desiniũt, tũc enim ars imitatur naturam in hoc, quæ semper de possibilibus facit quod melius est, & ideo ex nominum carent a

propriorum possumus abuti verbis metaphoricis, ita notat Alex. pulchre in paraphrasi de aïa. in ca. de phãtasia, idem abbreuiator eius Themist. annotauit in simili in 1. libro de Memoria & Reminiscentia. cap. 11. vbi loquitur de impressione & vestigio in sẽsu derelicto. inquit enim, illud. n. nemo ignorat cum impressionem, aut effigiẽ, aut figuram dicimus abusionẽ esse nominum, nã proprie impressio & sigillum recessu & eminẽtia parum constat. Nota etiam q̃ licèt in doctrina demonstratiua nõ liceat nisi in istis casib⁹, licet tamẽ poetis ad libitum iuxta illud Oratij in arte ⌣.

Pictoribus, atque poetis.

Quidlibet audẽdi semper fuit æqua potestas.

Minima pars ignis est cõposita ex materia & forma 3. met. cõ. 17.

Minus est ante maius in generatione, quia maius resoluitur in min⁹ 1. metaphy. cõ. 14.

Minimus color est terminatus per se, sicut minima forma, & ita est in corporib. simplicibus, sicut in cõpositis. 6. phy. cõmẽ. 49. idem ibidem cõmen. 91.

Minus exit à via naturali qui dicit omnia moueri, q̃ qui dicit omnia quiescere, licèt vtrunq; sit falsum. Cõmẽ. 8. physicorũ, in principio cõmenti 23. quod ideo dixit, quia natura licèt sit principium mot⁹ & quietis, tamẽ analogicè, vt scribit Conmenta. in secundo physi. com. 1. & 3.

Minus aliquo nõ est necesse paucũ esse 10. met. t. cõ. 21. quia vt dicit Cõmẽ. in cõ. non sequitur q̃ omne quod min⁹ est aliquo, sit diuisibile, sed potest esse omnino indiuisibile, & ista est dispositio vnius cũ duobus, & ideo vnũ n⁹ est paucũ.

Minima pars ignis ẽ terminata 6. physi. cõmen. 32. & 91. 1. physic. 36. 37. 38. & 8. phys. 44. & secũdo de anima 41. & 97. 7. physi. cõme. 2. 8. phy. 62. 1. cœli. 116. & 3. cœli com. 9. 6. etiam phy. 49. & 57.

Mixtio priuationis cũ materia, est causa in hoc q̃ desiderium naturale est in materia ad recipiendũ formam. 1. phy. com. 81.

Mixtum quodlibet cum materia necesse est vt fiat à mixto cum materia, & quodlibet non mixtum cũ materia, fiat quoquo modo à non mixto cum materia. 7. meta. cõm. 31. põdera ly quoquo modo, quia in abstractis à materia non est propriè factio, aut generatio, sed ẽm similitudinem 4. cœli cõ. 1. & 12. meta. com. 44.

Mixtum quodlibet vt declaratũ est in 4. metheorox, consistit ex dominio partis calidę agẽtis & partis humidæ patientis, cũ quibus fit mixtio & coctio. Auer. in 2. Colli. ca. 1. vbi impugnat opinionem mediocrum de distemperantiis complexionum simplicibus. Vbi aduerte q̃ ex mente Arist. in 4. metheoro. videtur fuisse omne mixtum perfectum cõparatione ad æquale ad pondus, esse plus calidum q̃ frigidum, & plus humidũ q̃ siccũ, propter præfatam rationem, quam Auer. bene perpendit.

Mixtio & compositio differũt, quia id quod ex quibusdam cõmixtũ, ex his est quibus cum admiscetur, sed nõ illa, sed compositum ex illa, ex quibus constat, sed compositione quadam & ordine. Alexã. in

para-

paraphrasi de aīa cap. de phantasia. hinc scire potes mixtum dicere naturam distinctam, & superadditā miscibilibus, aliter mixtio esset ad sensum, vt dicitur in fine primi de generatione & corruptione. Et inde nota ꝙ substantia composita dicit tertiam entitatem à componētibus distinctam, contra vulgares.

Mixto existente, necesse est simplicia esse 1. cœli. tex. com. 97.

Misceri passiones & formæ nō possunt. 1. de genera. & corruptione. tex. commen. 83.

Misceri quodlibet cū quolibet impossibile est. ibidem.

Mixtio & generatio differunt. ibid.

Mixtio & augumentum differunt. ibidem.

Mixtio & alteratio differunt. ibid.

Mixtum est aliud à miscibilibus in actu. 1. de generatione. tex. cō. 84. idem 7. metaphy. tex. cō. 60. & 1. de anima. 77.

Mixti quælibet pars mixta est 1. de generatione. tex. com. 86.

Misceri non possunt, quorum non eadem est materia. 1. de generatione. tex. commen. 87.

Miscētur melius, quæ in partua sunt diuisibilia. ibidem. 88. & 89.

Miscētur bene humida nisi fuerint viscosa. ibidem.

Mixtio est miscibilium alteratorū vitio. 1. de generatione & corruptione. tex. com. vltimi.

Miscibilia sunt in potentia in mixto ſm Arist. vt dicit Auicēna, quia saluatur essentia eorum, sed remittuntur accidentia. 1. de generatione. cōmen. vlt. Vide tamen exquisitæ de hoc 3. cęli. com. 67.

Miscibilia quæ miscentur corrumpunt in tentiones adinuicē. 2. de generatione. & corru. tex. com. 48.

Mixtio non est generatio simpliciter, neq; alteratio, sed cōpositā fiūt ab elementis ſm mixtionem, & elementa fiunt à compositis ſm dissolutionem. 2. de gener. & corruptione commen. 48.

Mixtio fit qñ alterum contrariorū non fuerit simpliciter dominans, sed fuerit dñans dñati, & tunc gñabitur ex eis aliquod mediū, sed tamen illud medium declinat ad partem dominantis. ibidem.

Mixta corpora quæcunque circa locum medium sunt, ex omnibus cō posita sunt simplicibus. 2. de gene 1a. & corrup. tex. com. 49.

Miscibiliū quædā sunt facile posſia, sicut butyrū & quædā non sunt velociter passibilia nō liquefiūt, sicut lana ex 4. me. eo. c. 1. ī digressione.

Mixtio vera nō fit p paruitatē ptiū, illa n. est mixtio apud sensū, sed vera mixtio fit, cū mixta alterant' adinuicē, donec fiat ex eis forma media 1. met. cō. 16. vide etiam 1. de gen. & cor. tex. cō. 86. 89. & 90. & in 2. de gen. tex. cōm. 48.

Mixtio nō intelligitur nisi post segregationem 1. met. com. 16.

Miscibilia reuertūtur in vnum ſm qualitatē & ꝓtinuationē, & in hoc dīnt ꝓsolidatis. 5. me. cō. 5. Ex quo patet ꝙ ī vera mixtiōe resultat vna forma mixti supaddita & distincta à formis eīntoꝝ re fractis, & oīa vna quātitate terminata terminā', ita ꝙ quælibet pars mixti mixta, si. n. plura corpora sil'esse nō pnt, ē pp diuersas quātitates terminatas, qb. terminant': scribit. n. Philosoph⁹ ī 4. phy. 76. si corpus cubū separatū à sensibilibus passionibus poneret in aqua, cederet sibi aqua.

Modus generationis eorũ quę mouent se adinuicem est per accidẽs. verbi gratia, ꝙ homo in generatione hominis nõ largitur nisi illud quod est quasi instrumentũ & corpora cœlestia sunt quasi artifex, & virtutes informatiuæ fiũt à corporibus cœlestibus. 8. phy. cõ. 47. idẽ 7. primę philosophiæ. cõ. 31. & 12. meta. cõ. 13. & 18.

Modi mouentiũ desiderabiliũ mouẽtium nos, sunt alij à modis mouentium intelligibilium quę mouet nos. 12. meta. cõ. 36.

Modi essendi ī alio sunt octo vñiter 4. phy. tex. cõ. 21.

Moderni ponunt vnum agens omnia entia sine medio, scilicet deum 9. metaph. cõm. 7. idem in 12. metaph. 18. versus finem, vbi dicit, „ & quũ loquentes nostræ legis opi „ nabãtur ꝙ agens agit creando formam ex nihilo & nullum huiusmodi agens viderunt hoc, dixerũt vnum agens omnia entia sine medio, vbi patet istam opinionẽ fuisse loquentium in lege sua. Nam lex nostra christianorum hoc non concedit. Dicit enim Augustinus in libro de libero arbi. Deus res quas condidit sic administrat, vt eas ꝓprios motus agere sinat.

Mola mulieribus, aut solũ, aut maxime accidit, vide causam in 4. de gener. anim. cap. 7.

Mola gignitur dum ex humore cõcoctu difficili cõceptus ꝙstitit. ibi.

Mola dum emittitur adeo obdurescit, vt vix ferro trãsfigi possit. ibi.

Mollities & durities, & subtilitas & spissitudo non significant nisi sup virtutes patientes, scilicet super humiditatem & siccitatem, & non super virtutes agentes 5. Coll. ca. 26.

Monstra raro accidunt 2. physi. tex. commen. 77.

Monstra accidunt ex errore naturę, sicut in arte. 2. physi. 82.

Monstrum quodammodo est qui suis parentibus similis nõ est. Aristotel. in 4. de generatione animalium. cap. 3.

Monstrum oblesio quędam est. Aristo. in 4. de generatione anim. ca. 3. in fine.

Mõstrum aliquod dari cuius caput sit arietis aut bouis, & reliquũ hominis impossibile est, ibidem, sed bene põt esse similitudo quædam.

Monstra contingunt in auibus numerosos conceptus gignẽtibus, vt in gallinis magis q̃ in paucos generãtibus conceptus, ex 4. de generatione animaliũ ca. 4. in principio.

Monstrorũ causa ex materia sumitur, ibidem. vbi Auerr. dicit ꝙ etiã 1. veniũt ex debilitate virtutis agẽtis, aut propter impedimẽtũ receptionis formæ.

Monstruosi partus minus hoī ꝓtingunt, quia singulare perfectũq; generare solet, ex 4. de gen. ani. ca. 4.

Monstruosi partus contingere solent, vel secundum qualitatem vel secundum numerum, vel ℈m magnitudinem, vel ℈m situm mẽbrorum: in qualitate, vt aīal quod nõ est mas neq; fęmina quod incertũ appellatur: in quantitate, vt si habuerit caput maius aut minus. In numero, vt si habeat duo capita, in situ, vt si habeat iecur in sinistro latere, & lien in dextro. Auer. & Aristo. ibidem.

Monstrorũ vnitas & multitudo ex principali mẽbro dignoscit, nã si cor fuerit vnum, vnũ animal erit, si plura, plura ibidem.

Mon-

Monstruositates quandoq; contingunt in ægritudinibus sicut in rebus naturalibus, sicut sanitas ex vlceratione pulmonis, & similia. 17. Coll. cap. 31.

Mori vtrum in tempore cõtingat, an in temporis confinio, vide Themi. 6. physicor. super 45. vbi soluit argutiolam sophistarum probantium aliquem non esse mortuum.

Mors est ex necessitate yle. i. materię. Com. in prologo. 1. phy.

Mors est vltimum proueniens ex necessitate materiæ. 2. phy. cõ. 23. & in prologo super 1. phy. idẽ 2. phy. tex. com. 88.

Morbus est aduentitia senectus, senectus vero est naturalis morbus. Arist. in 5. de gene. anima. ca. 4.

Mortu⁹ ex gladio nõ dicitur ꝙ corruptio eius est ex tẽpore, sicut mortuus ex vita humana completa. 4. phy. tex. com. 128.

Morum diuersitatem loca efficiũt. Arist. in 8. de natura animal. cap. 29. Vbi aduerte ꝙ loquitur de animalibus brutis. Gale. autẽ in lib. qui inscribitur ꝙ potentiæ animæ sequuntur corporis complexionẽ, tenet etiam hoc in hominibus, sed falsa est opinio eius absoluteè intelligenda.

Mos est Arist. vti abbreuiatione. 1. phy. com. 6 & c. 35. & 1. de gener. & corru. com. 38.

Mos est vt illud quod est cõe omnibus artibus dicatur in logica, & ꝓprium vnicuiq; arti dicatur in ista arte. 2. phy. com. 16. eandem sentẽtiam habet Com. in sua paraph. in lib. de partib. ani. Ex hoc soluitur Achilles Thomę in 1. phy. in prologo super tex. 2. contra Auer. cõsidera quia consimile est de prima philosophia.

Mos est in sermonibus demonstratiuis innuere summam. Cõmẽ. 5. phy. com. 5.

Mobilia corruptibilia & mobilia ęterna sunt vnius scientiæ. 2. physi. com. 71. & 12. met. com. 29.

Motu ablato, aufertur natura. 1. phy si. t. c. 8. idem 2. phy. 71. & 1. phy. t. c. 11. & 8. phy. 22. & 23.

Intelligitur per viam signi, nam ablatio naturæ aufert motum per viam causę.

Mouẽtium quædam mota mouẽt, quædam vero immobilia manentia mouent. 2. phy. t. c. 71. & 73.

Mouentium naturaliter quoddam est physicum, quoddam vero non est physicum, quia non habet in se principium motus. 2. phy. t. c. 37. vide etiam in 1. de gene. & corrup. tex. com. 14.

Motor primus habet duas proprietates, quia est pęnitus immobilis, & quia est omnino prim⁹. 2. phy. te. com. 73. & vide ibi Simpl. pulchre declarantem.

Motus est primus actus rei, quę potestate est aliquid, quia vltimus actus videtur esse forma, quam res quã primum assecuta est quiescit, Themi. 3. phy. super tex. 7.

Motui accidit ꝙ sit nõ ens ex eo ꝙ procul est ab ente, vnde Pithagorici diffinientes motum per nõ ens, accidens potius quoddam motus, quàm naturam videtur significasse. 3. phy. The. super 13.

Mouẽs & motum sunt priora quã agens & patiens. 3. physi. com. 3. Vbi animaduerte, ꝙ litera communiter est deprauata, & ita legit eam Burleus, & cõiter inuenitur, iacet enim ꝙ sunt perfectiora, sed in veritate

Correctio literæ.

ritate, licèt Burleus defendat illam literam videtur mihi ꝙ locus sit mendosus propter causam, quam immediate subnectit Comen. ibi. Nam Arist. in tex. enumerans diuisiones illas quæ sunt in cap. relationis. d. in tex. Arabico, & quædã ſm agens & patiens, & vſr ſm mouens & mobile. Cõm. appoſuit documentum ponderans ly vſr, dicẽs & dixit, & vſr ſm mouẽs & motũ, quia mouens & motum sunt prio ra quàm agens & patiens, cum oẽ agens sit mouens, & non conuerti tur, vbi si iaceret (perfectiora) documentum non esset ad propositũ vſitatis expreſſe in litera, sicut patet clariſſime intuẽti, in re autem perfectiori non reperitur ista vniuerſalitas ſm subsistendi conſequẽtiam, non enim dicimus ꝙ homo sit perfectior animal, quia omne animal sit homo, & nõ omnis homo sit animal, & ita sine dubio locus ille est depravatus, & similitudo est causa deceptionis, quia vbi scribitur pfectiora, dz scribi priora, illud enim est prius à quo non cõuertitur subsistendi cõsequentia, vt dicitur in prædicamentis, & in 5. meta. in cap. de priori: emendari debet sine dubio. Consimilem sententiam, vide in 1. de genera. tex. commẽ. 45. & 12. meta. cõ. 23.

Motu ignorato, necesse est ignorari naturam. 3. Phyſ. tex. commen. 1.

Motus ẽactio motoris in re mota. 3. Phy. cõm. 2. 5. Phy. cõm. 3. & 8. Phy. cõ. 4. idem 3. Phy. 6. 18. 19.

Motus nõ habet diffinitionem vnivoce dictam, sed ſm prius & posterius. 3. Phyſi. commen. 4. & commen. 6. idem 8. Phyſi. commen. 4.

Motus nihil aliud est quàm genera tio partis post partem, ad quem intendit motus donec perficitur, & sit in actu. 3. Phy. commẽ. 4. & 5. Phyſico. commen. 48.

Motus tot sunt ſpecies, quot & entis 2. Phyſi. tex. commen. 5.

Motus est actus entis in potẽtia inquantum in potentia. 3. Phy. t. 6.

Motum quodlibet ſm ꝙ est in actu & est in potentia, habet duas perfectiones. 3. Phyſi. commen. 6.

Motus diffinitio est communis motui nouo & antiquo. 3. Phyſi. commen. 6. & 8. Phyſi. commen. 4.

Motus augmẽti & alterationis sũt plures motus, & nõ sunt vnus motus continuus. 3. Phyſi. commen. 6. & 8. Phyſi. commen. 23.

Motus augmenti à principio motus vſq; ad finem est compoſitus, ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus.

Motus continuatio magis apparet in motu locali. 3. Phyſi. commen. 6. & 8. Phyſi. commen. 23.

Mouens phyſicè omne mobile est 3. Phyſi. tex. cõm. 8. & 2. Phy. tex. commen. 71. & 1. Phyſi. 11. Vbi aduerte quòd ibi reperitur duplex litera, vna est ista, quę communiter inuenitur, & est litera quam ſequitur Aſpaſius & Commen. in cõm. alia est litera Alexã. & Them. quę dicit, omne quod mouetur phyſicè mobile, & est melior, vt notat ibi Simplicius auctoritate Alexan.

Motus diffinitio non est nota per ſe 3. Phyſi. commen. 12.

Motus diffinitio declaratur triplici via, ibidem.

Motor qui in monendo mouetur est motor in potentia. 3. Phy. tex. cõm. 16. cuius immobilitas quies est, & ibi dicitur ꝓpter causam ibi allega-

allegatam in commen.

Motꝰ habet duas diffinitiones, quarum prima datur secūdum formā, & magis demonstrat substantiam motus, alia datur secundum materiam, & est notior prima. 3. Physi. commen. 16. vide in concordātijs.

Motus secunda diffinitio, quæ datur per mobile, est notior prima, quæ datur per potentiam, vide cau sam à Them. in 3. Physi. 16

Motus fit in moto per contactum motoris & moti 3. Physi. t. cō. 17.

Motor non mouet nisi ſm ꝙ est in actu, & motum non mouetur, nisi ſm ꝙ est in potentia. 3. Phy. t. cō. 17. & 2. de anī. 54. & 3. de anī. c. 4. & 1. de gener. & corr. tex. cōm. 53.

Motor & motum sunt diuersa secūdum formam. 3. physi. cōm. 19.

Mouere & moueri nō sunt idem secundum quidditatem, quia diffinitio eorum est diuersa. 3. physi. tex. commen 22.

Mouere est actio motoris in rē motam. 3. Phy. tex. cōm. 16. & cō. 22.

Moueri est passio moti à motore. ibidem.

Motus localis tria sunt genera, delatio, augmentum, & diminutio. 4. Phy. tex. commen. 32. Vide in concordantijs nuper editis.

Motus possibilitates & temporis & numeri, non sunt partes vnius possibilitatis. 3. physic. commen. 54.

Motus notior est quiete, quia motus est habitꝰ, & quies est priuatio, 4. phy. commen 32.

Motus localis facit homines cognoscere locum esse. 4. Physi. tex. commen. 3. 32. 38. & 61.

Motum per accidens est duobꝰ modis, modus qui potest fieri per se motum: & modus per impossibile est vt per se moueatur. 4 physico. commē. 32. idem 5. physi. cōm. 1.

Motus si esset ad motam rem, esset otiosus. 4. physi. commen. 41.

Motum diuiditur, quia aliud est in loco essentialiter, & aliud est in loco per accidens 4. phy. commē. 43.

Motum quodlibet est in loco. ibid.

Mobilia quæ per se mouentur, indigent aliquo quiescente circa quod mouentur, vt declarauit Aristo. in li. de motibus animalium. 4. phy. commen. 43.

Mobilium quædam sunt in loco vere, quædam sunt in locō per accidens, vt accidentia, & color, 4. phy. tex. commen. 45.

Motus non est in situ 5. phy. tex. commē. 10. & habetur expresse per Auer. 4. physi. commen. 45. & 6. physi. commen 85. contra Auic.

Motum dicere esse situalē, quia mutatur de situ in situm, est aliud quā dicere motum esse in situ. 4. physi. commen. 45.

Motus naturalis & quietis eadem est causa, & est similitudo in continente. 4. Physi. commē. 48. & 69.

Motus alius violentus, alius naturalis. 4. Physi. tex. commen. 67.

Motus violentus est posterior naturali 4. physi. tex. c 67 & 1. cœli 14. & 2 cœli. tex. commen. 18.

Motus diuersitas causatur à diuersitate naturarum locorum, & à diuersitate rerum motarum 4. Phy. commen. 67. & commen 36.

Motus projectorum secundum Platonem fit ab aere secundum successionem. 4. physi. commen. 68. vide etiam 8. physi. commen. 82.

Motus projectorum ſm Arist. fit qñ in motu lapidis projecti post separationem projicientis, causa non est

est aeris successio, sed trãslatio aeris. 4. Phy. com. 68. vide diffuse de hac materia in 8. phy. c. 82. & in 3. de cœlo & mundo. cõm. 28.

Magna differẽtia est ponere in motu, ꝙ aptatio sit necessaria, & ponere ipsam esse causam agẽtẽ motũ, aptatio. n. est de necessitate motus, & non est cã agẽs motũ. Cõmẽ. 4. phy. cõ. 70. hinc eligitur aliud esse conditionem necessario requisitã respectu alicuius effect⁹, & aliud esse cãm agentẽ eiusdem.

Motus velocitas & tarditas variat aut rõne medij, aut ratione mobilis. 4. phy. tex. com. 71.

Mobilia æqualia in grauitate, & leuitate, & magnitudine, & figura mota in vno & eodem medio sũt æqualis velocitatis. 4. phys. c. 71.

Motuũ ęqualitatis & diuersitatis causa, est diuersitas, & ęqualitas portionis motoris ad rem motã. 4. phy. com. 71.

Motus violẽti differũt à motibus naturalibus, nã in motibus violentis, cum fuerint duo motores ęquales in potẽtia, diuersitas erit ꝑp impediẽs: sed ĩ nãlibus erit æqualitas & diuersitas ꝑp ęqualitatẽ aut diuersitatẽ ꝓportionis motoris ad rem motã. 4. phy. cõ. 71.

Motus velocitas & tarditas nõ sunt motus additi & diminuti ab eo, vt putauit Auẽpace. 4. phy. cõ. 71.

Motus naturales nullũ habent impedimentum, vnde nota ꝙ differẽtia est dicere in motu esse impedimentum, & in motu esse resistentiam. 4. phy. com. 71.

Mot⁹ naturales corporũ simpliciũ qui fiunt mediante aere & aqua, nõ sunt impediti à medio. 4. phy si. cõm. 74. & 71. & 3. cœl. c. 28.

Motum habet aliquam resistentiã cum motore in motibus naturalib⁹, vt potẽtia motoris excedat potẽtiã illius, alioquin quilibet motor, moueret quodlibet corpus. 4. physi. com. 71.

Motus corporum cælestium diuersatur ꝑp diuersitatem proportionis, quæ est inter motorẽ, & rem motã ex resistentia. 4. phy. cõ. 71. idem 2. cœli. c. 38. 39. & 71.

Mobile quodãmõ est fiẽ, & quodã mõ contrariũ motori. 4. ph. c. 71.

Motus resistentia inuenitur inter motorem, & rẽ motã, qñ res mota fuerit distincta per se: intellige, ideſt qñ potest res mota distingui per se in duo in actu. s. in partẽ ꝑ se mouentem, & partẽ per se motam. 71. com. in 4. phy. Com.

Motus elemẽtorũ impossibile est, fine medio fieri. 4. phy. c. 71. idẽ 3. cęli. com. 28.

Mot⁹ resistẽtia, aut est ex ipso moto, vt in animalibus, & corporib⁹ cęlestibus, aut erit ex ipso medio, vt in elemẽtis, aut est ex vtroque, vt in animalibus quæ mouentur in aere & aqua. 4. physi. com. 71.

Mobilia quę diuiduntur in duo in actu, non necessario indigent medio in sui motu, sed si fuerit, erit per accidens. 4. physi. com. 71.

Mobilia quę mouẽtur ex se, vt grauia & leuia, quę non diuidũtur in motorem in actu, & motũ ĩ actu necessario indigent medio, 4. physi. cõm. 71. & 3. cœli. com. 28.

Mobilia grauia & leuia, æqualia in magnitudine, figura, & modo, & fuerint maioris declinationis, sũt velocioris motus, quàm illa, quæ sunt minoris declinationis: & ꝓportio temporis ad tempus, est sicut

cut proportio potentiæ motiuę ad potentiam motiuam. 4. Physi. te. c. 74. consimile ibid. in 71. commen.

Mobile quod est acutioris figuræ leuius diuidit plenum. 4. Physi. commẽ. 74. vide 4. cęli. tex. commẽ. 42.

Motor mouens aliquid p attractionem necesse est, vt moueatur ad locum illum, ad quẽ attrahit. 4. Phy. commẽ. 81. quod quomodo sit intelligẽdũ require in 7. Phy. cõ. 10.

Motꝰ qualitatis sunt velocitas & tarditas, & magnitudo, & paruitas sũt quantitates motus, & vtraq; tempore diffiniuntur. 4. Physic. cõ. 96.

Motus quandoque sumitur large, vt est synonymũ cũ hoc nomine transmutatio. 4. Phy. text. commẽ. 97.

Motus omnis, aut velox, aut tardus. 4. Physi. tex. commen. 84.

Motus imaginatur extra tẽpus, sed tempus non imaginari potest extra motum, ideo motor præcedit naturaliter tẽpus, licèt sint consequentia se completę. 4. Phy. c. 97.

Motus q cũ sentitur, sentit primo & essentialiter tẽpus, est motus ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili & nos transmutari. 4. Physico. commen. 98.

Motus accidentium est continuatio & continuatio motus est, quia magnitudo per quam fit motus est cõtinua, & quia motum etiam est tale. 4. Physi. commen. 99. vide quomodo sit ītelligẽdũ 8. Phy. cõ. 23.

Motum est notius motu, quia est demonstratũ, & motus non est demonstratus. i. congregatus simul, sed mens facit ipsum. 4. Phy. commen. 104. idem commen. 99. ibid.

Motus continuus est vnius mobilis & in vno tempore. 4. Phy. t. c. 105. & 4. Physi. tex. commen. 34. & 41.

Motus qui potest idem iterari post alium, est idem cum motu circulari. 4. Physi. tex. cõmmen. 111.

Motus est cum inesse tẽporis, quia est subiectũ eius. 4. Phy. commen. 113. consimile commen. 99.

Motum in tempore esse est tempore mẽsurari, & ipsum, & esse ipsi, 4. Physi. commen. & text. 114.

Motus mensurat spatium, non esse ipsius. 4. Physi. tex. commen 113.

Motus distare facit. text. commen. 117. in 4. Physico.

Motus naturaliter habet, vt res auferatur à sua substantia est causa corruptionis per se, & generationis per accidens. 4. Phy. commẽ. 117.

Mota semper nõ sunt in tempore, vt orbis, neque quiescentia semper vt terra, cum tempus non excedat illa. 4. Physi. commen. 118. & habetur etiam in tex. 117. & 118.

Motus quilꝫ in tẽpore est 4. Physi. tex. commen. 128.

Motum sumitur tripliciter, per se, ſm partem, & per accidens. 5. Phy. tex. commen. 1.

Motus circularis non dr velocior esse motu recto. 4. Phy. commen. 129. vide causam 10. meta. tex. cõ. 14. & 7. Physi. tex. cõmẽ. 21. & 24.

Motum ſm partẽ reducitur ad motum per accidens. 5. Phy. c. 1. & est quasi medium inter illud quod est motũ per se, & illud quod est motum per accidens. Vbi aduerte q̃ est ęquiuocatio, quia per accidens qñq; sumit cõmuniter vt est commune ad motũ ſm partẽ, & ad motũ per accidens stricte sumptũ, vt sumitur ibid. in tex. cõ. 6. & inter tale per accidens motũ ſm partem habet reduci: sed alio modo sumitur stricte, vt est id quod mouetur

tur ad motū alterius, & nullo modo per se moueri potest, & sic illud quod mouetur ſm partem mediat inter motum per se, & motum per accidens isto modo sumptū. Aliud est igitur per accidēs ad quod motum secundum partem reducitur, & aliud inter quod, & id quod est per se mediate dicitur.

Motum per se est illud, de quo ē sermo philosophi naturalis, quia nulla ars considerat motum per accidens. 5. phy. cō. 1, & habetur in te. cō. 6, & vide causam istius in 6, meta. tex. com. 6.

Motor est trib' modis, per se, p partem, & secundum accidens. 5. phy. tex. com. 2.

Mot' quilibet quinq; necessario requirit, mobile, motorem, terminū à quo, terminū ad quem, & tēpus. 5. physi. tex. com. 3.

Motus ꝓstituitur in substātia eius, ex tribus causis, tanquam extrinsecis, s. moto, termino à quo, & termino ad quem. 5. phy. com. 3.

Motum est primū, & dignius quod disponitur per motū, deinde illud ad quod est motus, postremo vero illud, ex quo est motus. 5. phy. commen. 3.

Motor est de causis extrinsecis motus, & tempus est de accidentibus consequentibus motum. ibid.

Motus magis denominat' ab eo ad quod est, quā ab eo ex quo est. 5. phy. t. cō. 4. & vide causam in 2. de ani. tex. cō. 49. idem 5. physic. tex. commen. 48.

Motus subiectum est in actu. 5. phy si. tex. comm. 8.

Motus est inter contraria mediata. 5. physic. 9.

Motus est in tribus prædicamentis 5. phy. t. c. 9. & tex. com. 10.

Motus nō est in ad aliquid. 5. phy. t. c. 10, vide The. 3. ph. sup tex. 16.

Motus est inter contraria medium, & hoc est manifestū per se. Cōm. 5. physi. com. 9.

Motus ſm aliquos est in prædicamēto passionis quo ad receptionem motus. 5. phy. cō. 9. & ibi vide etiā aliam opinionem, quæ fuit Auicē, & tandem viam suam.

Motus habet dupliceꝫ cōsideratione secundum materiam, & secundum formam. 5. phy. com. 9.

Motus destruitur ex contrarietate non constituitur: quia non sequit' si concesserimus, ꝙ in illo in quo non est contrarietas nō est motus, vt in illo, in quo est cōtrarietas sit motus. 5. phy. com. 10.

Motus essentialiter non sequit' motum, sicut formæ quiescētes sequūtur motum, sed si hoc fuerit, erit p accidens 5. phy. com. 12.

Mobile quodlibet quod transmutatur de aliquo ad aliquid, dū mouet' semper separatur à parte illius, ex quo mouetur, & acquirit partem illius ad quod mouet'. 5. phy. t. cō. 12. idē 5. phy. cō. 4. idem 6. phy. tex. com. 32. & 8. phy. 70.

Motum quodlibet quod habet motum ſm partem potest habere motum secundum totum, quia pars cum diuidatur fit totum. 5. phy. c. 17. idem com. 1. ibid.

Motus est in tribus prædicamentis. 5. phy. tex. com. 18.

Motus localis & ſm ꝓpriū, & ſm cōe innolatus est, sit aūt ſm cōe loci mutatio vocata. 5. phy. t. cō. 18.

Motū esse in tribus ꝓdicamēris innuit Arist. ex ista cā vīt, qa in eis ē cōtrarietas, hæc. n. necessaria cā est

in

in esse eorum. 5. Phy. com. 18. vide in concordantiis.

Motus alterationis nō est nisi in genere qualitatis patiuæ. 5. phys. cō. 18. & in 7. physi. demonstratur ab Aristo. à tex. com. 14. vsq; ad text. com. 20.

Motus in quantitate continet duas species, & ſm suā cōitatem non hz nomen. 5. phy. t. c. 18. vbi patet ēt in accidentali specie qñq; esse magis notas & notiatas, quā sint gña. Nullus .n. imponit nomē rei quā ignorat, vt dicit Com. in 7. meta. com. 54. & habetur in 4. meta. cō. & tex. 10.

Motus esse non pōt in contradicto riis, nec in contrariis immediatis. 5. phy. tex. com. 26.

Motus diffinitio posita in 3. physi. simpliciter non competit nisi trib. motib. qui sunt in tribus prædicamentis. 5. phy. com. 21.

Motus in rei veritate nō fuit distinctus à gñone in 3. physi. sed in 5. Com. 5. phy. com. 21.

Motus vnus dicitur multipliciter: genere, specie, & numero. 5. physi. tex. com. 31.

Motuum conuenientia, aut differētia ſm speciem est ex conueniētia termini ad quem est motus, aut ex differentia. 5. phys. t. cō. 31. & 35.

Motus idem ſm speciē requirit vnitatem specificam medij. 5. ph. text. com. 33.

Motus circularis specie differt à motu recto, quia circularis fit p lineā circularem, & rectus per rectam. ibidem.

Motus vnus simpliciter est qni est vnus ſm substantiā & numerō est. 5. phy. tex. com. 34.

Motus vnus numero tria requirit, vnitatē numeralē mobilis, vnitatē termini ad quē, & vnitatem temporis. 5. phy. t. c. 34. & 35.

Motus naturæ accidit q̄ sit in tpe, quia motus non quidditatur per tps. 5. phy. c. 35. vult dicere, q̄ non est tps de quidditate motus: licēt sit consequens inseparabiliter ipsum motum, vide consimile 5. ph. com. 3. & 4. phy. com. 98.

Motus cōtinuus est vnus numero, sed modo magis diminuto, quā sit in re quiescente. 5. phy. com. 36.

Motus quorum vnes reuertit̄ post alium, differunt à partib. eiusdem motus continui, cuius vna pars generat̄, & alia corrūpit̄. 5. ph. c. 36.

Motus quilibet est cōtinuus. 5. ph. tex. com. 39.

Motus vnus simplr est continuus, & si continuus vnus. ibidem.

Motus quilibet non pōt cum quolibet continuari. ibid.

Motꝰ habiti siue sesei, vt dicūt Arabes, sunt q neq; idē gñe, neq; idē spē ꝓsequēter se hñt. 5. ph. t. c. 40.

Motus vnus & continuus in tribus conuenire debent. 5. ph. t. c. 41. & 34. & 4. ph. 105. & 7. physic. text. com. 5.

Motus vnus gñe prior est nāliter motu vno in specie, & motus vnus specie est prior nāliter motu vno in numero, & motus vnus numero est prior motu illo, cuius tēpus est vnum. 5. phy. com. 41.

Motus complexus in specie est cui non potest fieri additio, vt motus circularis. 5. phy. com. 42.

Motus completus in genere est qui est motus translationis, præcedit enim naturaliter omnes alios, & est perfectior. 5. phy. commen. 42. & in 8. physi. probatur à tex. com.

55.

55.vsq; ad tex.com.61.

Motus est de genere perfectionis ad quam peruenit motus, sed est perfectio diminuta.5.phy.com.54.& com.9.

Motus quilibet est regularis, aut irregularis.5.phy.t.c.43.

Motus diuiditur per æqualē & inęqualem ſm ꝙ genera & ſpecies diuiduntur per modos & accidentia. 5.phy.com.44. & habetur in tex. quia idem est quod regulare & irregulare.

Motus diuersitas ex quatuor causis prouenire potest, in velocitate & tarditate.5.phy.t.c.44.

Motus corporis cęlestis non potest esse irregularis, seu vt dicunt Arabes inęqualis, inquantum est corporis cęlestis, non tamen inquantum motus hoc tibi repugnat. 5. physi.com.45.

Motus habiti seu sesei, non possunt adinuicem continuari.5.phy.tex. com.45.

Motus denominatio magis est à termino ad quem, quàm à termino à quo.5.phy.t.c.48.

Motui p̃riatur quies, quæ est in termino à quo, non quies, quæ paulatim generatur per generationem motus, & est quę est in termino ad quem.5.physi.com.54.& habetur etiam in tex.

Motus primus, & motus vltimus non datur ſm Aristot. lꝫ motus sit principium & finis. Themistius 6. phy.super 48.

Motus quilibet diuiditur per differētias p̃rias ſm naturam, & præter naturam.5.phy.t.c.57.

Motus & quies possunt simul esse ī diuersis partib. eiusdem moti, sed duo motus cōtrarij in diuersis partibus eiusdem moti, simul inesse non possunt.5.phy. Com.cō.62. & ibi vide calcem com. quomodo hoc sit intelligendum.

Motui verè contrariatus oppositus motus, sed quies opponit ei priuatiuè.5.phy.62.

Mobile impossibile est maius esse motu.6,phy.com.6.

Motus si fuerit indiuisibilis, motum erit indiuisibile.ibid.

Motum si erit indiuisibile, motum simul est motum & mouetur. 6. phy.tex.com.9.

Mobile quodlibet quod mouetur contingit velocius & tardius moueri.6.phy.t.c.15.

Motus inquantum motus, pōt velocitari in infinitum, non aūt inquā tum accidit sibi ꝙ sit in corporib. naturalib.6.phy.com.16.

Mota diuersa ab inuicem non possunt habere vnum motum continuum.6.phy.com.35.

Motus diuisiones, & temporis, & eius quod mouetur, & eius in quo est motus, necesse est eadem esse. 6.phy.tex.com.37.

Motus hꝫ duas diuisiones, vna est ex parte mobilis, alia est ex parte tpis.6.physi.text.com.33.& tex. com.35.& 36.& 4.phy.com.102. & ibi vide differentiam.

Motus datur vltimū, ſꝫ non primū. 6.phy.t.c.40. Vbi The.super 48. dicit, benemotus dari principium, sed non dari primū motum, & hoc inquit Aristot. sentire authoritate Theophrasti.

Moueri quodlibet præcedit mutatū esse.6.phy.tex.c.52.

Motus si diuideretur in indiuisibile, daretur primus motus, prima magnitudo, & primum tempus.6. physi.

Phys.tex.commen.58.

Mobile omne est diuisibile.6.Phy. 32.& The.intellexit illam demon strationē procedere de veris motibus,& non de subitaneis mutationibus,quia de eis nulla est controuersia.contra quem vide Auer.ibidem.& cogita an Themistius possit defendi.

Motꝰ generationis & corruptionis est compositus ex transmutatione in qualitate, & ex transmutatione in substantia. & transmutatio in substantia est in non tēpore.s. puentus formę substātialis.6.Phy. commen.59.& 32.

Motus generati cōpositi, est ex pluribus motibus partim ingenerabilibus compositis ex membris diuersis.6.Phy.commē.59.facit pro ponentibus formas partiales.

Motus est in tempore & nisi concessum fuerit ꝙ omnis motus est in tempore nō poterit probari quòd motus finitus sit in tempore finito. 6.physi.com.60.

Motus in qualitate, & generatione generati dissimilium partium, ita se habent, ꝙ partes ipsorum motuum præcedunt aliàs,sed in motu locali & in motu augmenti, secus est,qa partes istorū motuū,sunt in toto moto,sicut totus motus est in toto moto.6.Phy.c.61. pro cuius declaratione vide cōmen.59.ibid.

Motus habēt duplex subiectum.6. Physi.commen.61.

Motus infinitus nō est in tempore finito.6.Physic.tex.commen.66.

Motum si fuerit infinitum, & spatium erit infinitum, sed non conuertitur.6.Physi.commen.66.

Motum propriè sumitur pro eo, quod est motū in loco.6.Ph.c.66.

Motum & cessans sunt idem ſm subiectum,sed differunt ſm modum 6.Physi.commen.70.

Motū & quiescens propriè dicunt, quæ mouentur, aut quiescunt vbi, & qñ,& quomodo.6.Phy.tex.cō. 67.& in 5.Phy.20.& 6.Phy.72.

Motus non fit in aliquo indiuisibili, quia pars accidens & recedens essent eadem.6.Phy. commen.71.

Mota æqualia in velocitate, pertranseunt æqualia spatia in eodem tempore.vera est propositio qñ illud per quod fit motus fuerit quiescēs. 6.Phy.tex.commen.83.

Motus animalis ſecũdum ꝙ ẽ corpus, poteſt eſſe naturaliter & etiã extra naturam, ſed ſecundum ꝙ ẽ animal ſemper eſt naturalis: quia non mouetur ſecũdum ꝙ eſt animal niſi ab anima, & anima mouet corpus naturaliter. 8. phyſico. tex. commen. 27. & in 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Motus corporis cæleſtis cum in eo non ſit principium contrariũ motui animæ, ẽ motus ſimpliciter naturalis, videlicet, per animã & per corpus. 8. phyſico. com. 27. vide in concordantijs.

Mot⁹ circularis accidit cuilibet elemento præter terram, & nõ eſt violentus neque naturalis. 2. metheorum. cap. 2. vbi agitur de ventis. idem tertio cę 1. com. 20.

Motum primum ex ſe ſecundum Platonẽ ita ſe habet, ꝙ motor & motum ſunt idem omnino, ſed ſecundum Ariſtotelem eſt compoſitum ex moto, & ex motore non moto. 2. metaphyſi. commen. 6. idem octauo phyſico. cõmen. 40. & 7. phyſico. cõmen. 2. & 2. phy. commen. 3.

Motus dicitur ens, quia eſt via ad verum ens. 4. metaphy. tex. commen. 2. idem primo cæli. cõmen. primo. vbi dicit commenta. omnia ent a aut ſunt ſubſtantiæ, aut accidentia, aut ſunt viæ ad eſſe iſtorum & ſunt vniuerſaliter trãſmutatio. vide in theorematibus de hoc.

Mouẽs eſt prius natura moto, & ſi hæc ipſa adinuicem dicantur, nihil minus. quarto metaphyſi. tex. cõmen. 25. idem 3. de anima tex. commen. 19.

Motus & permutatio nõ eſt niſi in contraria & media, 4. metaphyſi. textu commen. 27. vbi Commentator in commen. dicit. quòd eſt primũ cognitum, quod tranſmutatio eſt oppoſitis aut medijs inter ipſa. idem primo phyſi. à tex. com. 43. vſque ad 50. idem primo de generatione & corru. 50. idem 10. metaphy. tex. com. 23.

Motus cõponit̃ ex eſſe, & non eẽ, & ideo deſcribitur ſic: motus eſt actus entis in potẽtia ẽm ꝙ in potentia. 4. metaphy. commen. 28.

Motus diffinitio est ambigua, tum quia motus est in pluribus prædicamentis, tum quia vnumquodq; prædicamentum ex illis in quibus est motus, diuiditur per duos modos, quoꝝ vnus est nobilior, & ali⁹ vilior, Cõmen. 3. phyſi. cõmen. 5. Oẽs expoſitores conueniunt iſtã fuiſſe Ariſtotelis mentem, motũ dici de ſuis ſpeciebus, ſicut ens de entibus: ens autẽ dicit analogice de ſubſtantia, & accidẽte. Et ideo animaduerte & cõſidera ꝙ ex hoc fundamento ſoluuntur arduę difficultates in philoſophia, contingẽtes modernis ĩ ſuis q̃ſtionib⁹: qa credunt omnes cõditiones motus vniuoce reperiri in motu locali, & in cæteris motib⁹: & per vitã meã iſti ſunt in maximo errore: conditiones attributæ motui ſunt quia eſt ſubiecti entis ĩ actu. ſic enim diſtinguitur à generatione & corruptione, vt patet 5. phyſi. tex. cõ. 7. & 8. quod fiat de contrario, in contrarium 5. phyſico. tex. com. 6. ꝙ fit cõtinuus & fiat in tẽpore: modo iſta non vniuoca, & eadem ratione inueniunt in motu locali & in cęteris motibus: ſubiectũ. n. motus localis poteſt ſuam vnitatẽ perfecte poſſidere: nam motus localis non abijcit à ſubſtantia vt dr in 8. phyſi. tex. cõm. 55. ſecus eſt de alijs motibus. Amplius contrarietas æquiuoce. i. nõ ſecũdũ vnã rationem inuenitur in loco & in qualitate: quia contrarietas in loco eſt in forma & in ſubiecto: ſecus de cõtrarijs in qualitate: quia talia ſunt duo in forma & vnum in ſubiecto: quia loca non numerantur niſi propter numerationẽ ſubiecti, vt dicit Commẽtator 4. cæli. cõmen. 38. Amplius cõtrarietas in qualitate ſeu in motu alterationis eſt diſponens ad corruptionẽ: eſt enim cum vera actione & paſſione, præſertim quę eſt inter primas qualitates: ſed quantitatis cõtrarietas non eſt talis. nõ enim quãtitas eſt de principijs actiuis. 4. phyſi. cõmen. 84. Amplius continuatio in motu locali & in alte ratione & augumento non ſunt eiuſdẽ rationis: nã continuatio in motu localis eſt manifeſta per ſe: impoſſibile enim eſt aliquam partem eius fieri ſubito, ſed in alijs motibus eſt qõ non parua, vtrum aliqua pars eorum videatur poſſe fieri ſubito, nam in aliquibus videtur ſubito fieri, vt dicit Cõmẽtator 6. phyſi. com. 74. & ita determinat finaliter 8 ph. commẽ. 23. & etiã in 3. phyſic. com. 6. ꝙ motus augumẽti non eſt vnus, & ꝙtinuus à principio vſq; ad finẽ, ſed eſt compoſit⁹ ex pluribus motibus & ex plurib⁹ quietib. & rationes Auerrois sũt, vt mihi videt duæ priuicipales: nam cũ vera augumentatio quę eſt in ſolis viuẽtib. fiat per additionem nouæ materię, neceſſe eſt ꝙ fiat per minima. & ideo factio & acquiſitio taliũ minimorũ eſt indiuiſibilis, & ſit in inſtãti, ideo impoſſibile eſt partes motus augumenti ſibi inuicem continuari niſi in inſtãti, & ita inſtans eſſet immediatum inſtãti, & tempus componeretur ex inſtãtibus: nam minima caro eſt terminata. primo. phy. 34. ſimiliter ſi ꝙtinuatio eſſet in motu augumenti, oporteret ꝙ cuilibet parti ſẽſibili tẽporis correſponderet aliqua magnitudo ſẽſibilis terminata

nata, acquisita in illo tempore, qđ est ꝯ sensum. nam videmus in anno aliquid augeri per digitalem quātitatem, & illa non pōt diuidi in partes tot actu sensibiles, in quot diuiditur annus. nam diffinitio entis sensibilis & terminati in actu est vt tangi possit. iō non pōt aliqs fingere tales partes esse in actu, & correspondere singulis partibus tpis. ſ3 non sunt à sensu comprehensibiles: quia hoc est ꝯ diffinitionem & terminum entis in actu, qui est vt sit ens tāgibile, vt dicit Commen. vbi supra. & iō Commen. concludit, ꝙ continuatio vere non reperitur nisi in motu locali. vnde motus prius dicitur de motu locali. secundo de motu alterationis. postremo autem inter oēs motus est motus augumenti & diminutionis. Sed tunc est difficultas qūo motus augumēti fiat in tempore: si enim motus iste augumenti fit per acquisitionem quātitatis factam per minima, cum talis acquisitio fiat in instanti, tunc motus augumenti non mensuraretur à tempore. hoc autem videtur esse contra Aristotelem in 4. phys. in tex. cōm. 132. vbi quęrit vtrum tēpus sit numerus cuiuslibet motꝰ: inquit enim & nāq; quod generatur & corrumpitur in tempore, & augumentatur & alteratur. Amplius in eodem 4. phy. tex. com. 129 demonstratur, ꝙ oē quod mouetur, mouetur ī tēpore: quia in omni motu reperitur velox, & tardum, talia autem tempore mēsurantur. & Aristoteles dicit hoc esse in motu locali. & similiter dicit etiā esse in alijs motibus. Et has difficultates euadere volentes Burleus in 3. phys. & Ioannes Gā dauensis in speciali quæstione de motu augmēti dicūt, ꝙ loquendo de motu augumenti proprie dicti, qui solum ī viuentibus reperitur, teste Cōmentatore primo cęli. cō. 22. sumitur dupliciter, vno modo pro cōuersione nutrimēti in substantiam alimēti, & alio modo ꝙ extensione cōsequente materiā sic cōuersam à calore & ab anima ipsius viuentis. & tunc dicunt ꝙ augumentatio proprie non est motus primo modo, tum quia subiectum motus est ens in actu. sed subiectum augumentationis primo modo est prima materia quæ est ens in pura potentia, tum quia terminus motus est accidens. sed terminus augumentationis primo modo sumptę est forma substantialis: tum quia omnis motus ē cōtinuus: nulla autem talis cōuersio potest esse continua quantūcunq; modica, quoniā sic auctū esset infinitum. sed accipiēdo motum ſcdo modo, sic motus augmenti est vere motus: quia habet omnes conditiones requisitas ad motum, vt patet discurrenti. Sed contra istam opinionem instat Petrus Pomponatius in speciali tractatu de motu augmēti libro 1. cap. 9. inquit. n. ꝙ sermo istorū est corruptus, quia impossibile ē motū augumenti sumi ī prima significatione, quia impossibile est sumere augumentū sine quātitate, quia in intellectu formali augumēti cadit quantitas: qa est motus ad quantitatē: sed cōuersio illa nutrimenti intelligit nō intellecta quantitate, vt dicit n. Ari.

1. de gñone. nutritiuo non importat nisi solã substantiã. tex. cõ. 41. & in 2. de ani. tex. com. 47. ꝙ cibꝰ & augumentatiuum differunt rõne. nam inquãtum est potẽtia caro seu substãtia nutrit, inquãtum aũ est potẽtia quanta caro auget. Quòd si dicaẽ, vt asserit, ꝙ illa conuersio nõ importat simplr substãtiam, sed substantiam plurem q̃ sit deperdita, hoc nihil proficit: qa si importat plurem mãm cum quãtitas inseparabiliter insequatur materiã: sequitur (ẽm eos præsertim qui tenent viã Commẽtatoris, ꝙ q̃titas est coæterna materiæ) ꝙ ibi sit etiam plus de q̃titate: & tunc nunquid acquisitio illius q̃titatis sit motus verus augumenti: nec ne? patet ꝙ sic, quia hꝫ omnes conditiones, quia est ad q̃titatẽ, & est de ꝯrio in contrarium, & in subiecto in actu: quia q̃titas terminata fundaẽ in ente in actu: & tñ non est extensio, vt ipsi fatenẽ: ꝙ si forte dicaẽ talem acquisitionem non esse verum motum. Quod qa deficit sibi successio, sed est subita mutatio in quantitate sicut illumination, vel est compositum quoddam ex multis nutritionibus inquantum insequuntur gñonem substãtiæ: nam ex acquisitione subæ acq̃ritur illa q̃titas: quapropter nõ est verus motus. hoc, inquit, non satisfacit, quia Aristo. in 1. de gene. agit de illa augumentatione q̃ est motus, & est eadem subiecto cum nutritione & sola rõne distinguitur. vnde illę tres conditiones motus augumenti, vz, ꝙ fiat aliquo extrinseco adueniente, & ꝙ sit idẽ numero ꝙ augetur. & ꝙ quælibet pars aucti augeatur non possunt conuenire extẽsioni, quia extẽsio illa nõ fit aliquo extrinseco aduenięte. Et si cõcedatur augumentationem de qua Arist. loquiẽ in 1. de gñone, nõ esse motum, q̃ igitur augumentatio erit? Dices, pro extẽsione, sed hoc est falsum: qa illa est cõis viuentibus & non viuẽtibus, vt patet. Quòd si dicaẽ, ꝙ extẽsio vt facta ab aĩa est ꝓpria viuẽtibus, hoc nihil est, quia motus nõ ſpecificaẽ à causis efficientib. qa efficiẽs est ď causis extrinsecis motus, vt dicit Com. 5. phys. com. 3. Amplius cum Arist. de tali extẽsione in 1. de gñone, non meminerit, vꝫ Arist. fuisse diminutũ. Amplíꝰ sequiẽ, ꝙ non erunt tres motus: quia si motus augumenti est talis extensio, cum iste non terminetur ad quantitatem, sed ad qualitatem, erit igiẽ alteratio: raritas. n. est in qualitate. 7. phys. cõ. 15. & 8. phy. com. 84. & iõ finaliter prẽfatus doctor ꝯcludit, ꝙ augumẽtatio non est formaliter extensio, loquẽdo de vera augumẽtatione, q̃ est in viuẽte: & de qua Philosophus loquiẽ 1. de gñone. vnde illud membrum non dr̃ augumentatio proprie sed improprie. sed vt asserit, augumentatio proprie põt sumi strictę, & minus strictę. Strictę sumitur pro acquisitione maioris quantitatis, quod fieri non põt absq; aduentu quantitatis extrinsecæ, ẽm quam fit acquisitio maioris loci, vt dicit Philosophus 1. de generatio. text. commen. 25. Minus strictę autem est acquisitio pluris materiæ, quæ pluralitas materiæ non dicit proprie quantitatem, q̃ maiorem locum occupat, vt manifestum est. Et ideo ad argumentum eorũ respon-

ſpondet, ꝙ illa diuiſio nō eſt ſufficiens. nam augumentatio proprie nullum illorū duorū eſt neq; conuerſio neq; extēſio, ſed eſt acquiſitio q̄titatis p aduentum nouę materiæ. Et ſi dr̄ ꝙ hęc acquiſitio nō eſt ſucceſſiua, rn̄det concedendo totum, quia motus non dr̄ vniuoce de omni motu, ſed analogice. & iō vera ſucceſſio & continuitas reperitur in motu locali. vnde cum ſit coniuncta augumentatio nutritioni quæ fit per minima, ideo nō pōt eſſe continua etiam per modicum tempus. ſed ſi nutritio dr̄ cōtinua, eſt quia quandiu viuimus anima vel generat vel diſponit ad generationem: & ſic auctio poteſt dici continua, quia eſt coniuncta nutritioni, ſed nutritio nō meruit nomen motus, quia ſubiectū eius eſt in potētia, & terminus eius eſt ſubſtantia, neq; eſt de ꝯrio in contrarium, quæ ſunt cōditiones motus: ſed has conditiones hz motus augumenti. iſta ſunt dicta eius. Sz iſte vir in ꝯdicendo iſtis nō caret reprehenſione, quia etiam ipſe patitur eaſdem anguſtias. nam ipſe dicit, ꝙ augumentatio propriè dicta q̄ inuenitur in ſolis viuentib. ſumit̄ minus ſtricte, acquirit̄ minus ſtricte & magis ſtricte, & minus ſtricte acquirit̄ p̄ciſe p acquiſitionē pluris mäæ, & illud plus (ſm ipm qui tenet ꝯ Auerroem, ꝙ dimēſio interminata non datur) nō eſt p q̄titatem. tunc igitur reflecto argumentum eius ꝯ ipſum, intellectus augumentationis proprie dictæ nō pōt abſtrahere à q̄tate, ſed in hoc caſu in augumento minus ſtricte intellectus abſtrahit à quātitate, igit̄ talis tranſmutatio non eſt augumentatio, ſed nutritio, qa non terminatur p te ad q̄titatem, ſed ad ſubſtantiam materiæ, quod eſt ꝯ Philoſophum 1. de gener. & corrup. tex. comm. 41. & 2. de ani. tex. com. 47. vbi ponit differentiā inter motū augumēti, & ipſam nutritionem: dicit. n. ꝙ ſunt vnus motus ſm ſubiectum, & duo ſm rationem: quia aliquid vt cibus vt eſt potentia caro nutrit, ſed vt eſt potentia caro quanta auget. Dices ꝙ talis modus includit quantitatem in potentia, licèt non includat quantitatem, in actu. Contra, quia tunc non differret nutritio ab augumētatione, quia terminus actualis nutritionis qui eſt caro, eſi in potentia quantus. Amplius deinde fit ab eo qđ eſt ſm actum, & non ab eo qđ eſt ſm potētiam. 2. phy. tex. comm. 11. Amplius, illud quod actu includitur in diffinitione augumenti, actu intelligitur in ea. ſed in diffinitione proprie dicta actu includitur magnitudo: quia Ariſtoteles in lib. 1. de generatione, non loquitur niſi de augumentatione proprie dicta; ſicut & iſte concedit, & illam diffinit in text. com. 30. vbi dicit, ꝙ augumentatio eſt exiſtentis magnitudinis additamentum, diminutio vero minoramentum. Ecce qūo actu exprimit̄ magnitudo in intellectu eius: & ꝓfirmat̄, qa illud qđ auget̄ ꝓprie eſt actu q̄tum. & ſub illa ratione eſt ſubiectum augumenti. confirmat̄ p verba Philoſophi in tex. com. 30. vbi expreſſe dicit: manifeſtū eſt ꝙ id quod augumētatio nō eſt ex potētia habēte magnitudinē, actu vero nullam. ſe paratum enim eſſet quod cōe: qđ

clarius? Amplꝰ si solutio sua vera esset ꝙ in intellectu augumẽti pro prie sumpti, debet apparere magnitudo in potentia & nõ in actu, tũc soluit' argumentũ eius contra Burleum & Gaḥdauẽsem: quia ipsi dicent ꝙ augumẽtatio proprie dicta in propria significatione, secundũ primũ membrũ, sumitur pro conuersione nutrimenti, inquantũ est in potentia ad quantitatẽ terminatam. & ita argumenta eius nõ magis militant contra istos, q̃ contra authorem, sicut vides. Et ideo dicamus ad argumentũ eius, quia adducere inconueniens non est soluere, ꝙ nutritio & augumẽtatio dupliciter considerari possunt, vno modo absolute, alio mõ comparãdo vnũ ad alterum: & tũc dico ꝙ nutritio & augumẽtatio sunt duæ transmutationes, realꝫ & formalꝫ distinctæ, ꝙ sint formalꝫ distinctę, patet ex verbis Aristo. qui dicit, ꝙ ratione distinguũt', ꝙ sint etiã realiter distinctę, patet, posslũt. n. adinuicem separari, quia semper nutrimur, non aũt semper augemur, vt dicit' primo de gñone tex. c. 41. & in 2. de Aĩa. Amplius nutritio est nutritio quia fundat' in subiecto ente ĩ potẽtia, & terminat' ad subiectum, sed augumentatio est motus, quia fundatur in ente in actu, & est de cõtrario in cõtrariũ, quia à quãtitate impfecta ad perfectã. Qđ si dicat' ꝙ hoc est cõtra Arist. quia dicit ꝙ sunt vnum ſm subiectum: igit' sunt idẽ realiter. Soluitur, ꝙ dicunt' esse vnum ſm subiectum, sicut album & dulce, ga lac ẽ subiectum vtriusq; qualitatis: tñ albedo & dulcedo formaliter & realiter distinguuntur, sic nutritio & augumentatio circa idem obiectũ mãliter versantur, tñ distinguunt' re & rõne inter se, ꝙsiderando igit' sic rationes formales istoꝝ, sic augumẽtatio proprie dicta nullo mõ potest sumi ꝓ illa conuersione nutrimenti pręcise, immo sic formaliter talis est nutritio. alio mõ põt considerari vt nutritio ordinat' ad augumẽtationẽ; quia cũ augumentatio inter alias conditiones requirit ꝙ fiat ex aliquo adueniente ab extrinseco, sic pręsupponit necessario nutritionem, & sic nutritio illa sub ratione qua ordinatur ad augumẽtationẽ, potest dici augumẽtatio proprie in prima significatione, sicut Arist. dicit in simili in 2. physi. tex. com. 14. ꝙ generatio dr natura, quia est via in naturã. vnde sicut scribit Com. in 3. cæli, cõ: 9. ꝙ comparatio est accidens separabile à re: res autem non semper separatur à se, secundum enim, ꝙ est respectiuũ habet dispositiones contrarias & infinitas: & secundũ quòd est essentia non habet nisi vnum, & est quasi essentia eius: & ita licèt conuersio nutrimenti absolute non includat quantitatem in se considerata: tamen nutritio, vt est præparatio ad augumẽtum, includit quantitatem nõ intrinsece, sed terminatiue & extrinsece, & iste est intellectus Burlei & Ioã nis. Pro solutione aliorum argumentorum eius pręsuppono vnũ, ꝙ duplex est extensio magnitudinis, vna quæ fit ex aliquo ingrediente. alia vero quæ nullo ingrediente fit, vt potest colligi ex quarto physicę auscultationis in textu commenti 63. puta illa quæ fit ex alteratione. & tunc dico quòd est

magna

magna differentia inter istas duas extensiones, tum quia illa quæ fit ex aliquo ingrediente, dicitur proprie & vere augumentatio, & est in rebus viuentibus. & fit secundum omnes partes, sed illa quæ fit ex simplici alteratione, aut per accumulationem est in rebus inanimatis: licèt nihil prohibeat ꝙ etiam talis inanimatis cõtingere possit: & talis, vt scribit Cõmẽtator in 4. physicorũ in commento 63. dicitur additio, non augumentum; & non fit secundum omnes partes corporis. etiam est alia differentia, quia augmentum vel extensio facta aliquo ingrediente terminatur per se, & principaliter ad quantitatem, sed ad qualitatem terminatur per accidens seu cõsecutiue, sed extensio quæ fit per simplicem alterationẽ, principaliter terminatur ad raritatem quæ est qualitas, & secundario ad quantitatem, sicut expresse dicit Commentator, ꝙ rarũ & densum sunt contraria in quãtitate. i. consecutiue, quod ostenditur ex verbis eius, quæ immẽdiate subnectit, inquit enim cum trãslatio de raritate in densitatem fit trã slatio de maiori magnitudine ad minorem, ꝙ autem detur extensio aliqua quæ primo terminatur ad magnitudinem, & per accidẽs, aut secundario ad raritatem, & ꝙ ista sit in viuentibus tantum, apparet expresse ex sententia Auerrois in primo de gñatione & corruptione commento 38. vbi expresse ponit modum quo fit vera augumentatio in viuentibus. inquit enim, aut dicemus ꝙ in membro naturaliter est causa extensionis in omnes dimensiones, quapropter accidit ei raritas: & illa humiditas cibalis diuidit se in omnibus partibus eius, scilicet in minimis foraminibus, quando illa foramina extenduntur, & quando fuerint impleta illa humiditate, transmutatur illa humiditas ī partes carneas minimas, & applicabit se illis, & iterum contingent in illis partibus carnosis nouis foramina minima, & cum membra iterum extendentur rarefient omnia illa foramina, & implebuntur per humiditatem cibalem per virtutem attractiuam, & cũ calor coagulauerit illam reuertetur in carnem & os, deinde tertio rarefiet, & sic erit crementum mẽbri augumentati. Amplius ꝙ detur extensio quæ proprie terminatur, & primo ad quantitatẽ & non ad qualitatem, patet ex 8. physicorum in tex. comm. 32. vbi Aristoteles loquitur de secunda potentia essentiali, & accidentali: & dat exẽplum in substantia: de aqua, quæ dicitur esse in potentia leuis & de aere: & similiter dat exemplum de qualitate vt de scientia: similiter ponit exemplum in quantitate dicens, & quãtum extenditur nisi aliquid prohibeat, vbi sanctus Thomas dicit, ꝙ similiter est in motu quantitatis: quia ex quo facta est additio ad quantum, statim sequitur extensio in corpore augumentabili, vbi patet ꝙ loquitur de vero augumento. Ex quibus verbis elicitur manifeste ꝙ causa extensionis quę est in membris, s. anima & virtus animę, principaliter operatur illam extensionem secundum omnes dimensiones, secundum, vt delicet longitudinẽ, latitudinẽ, & ꝓfunditatẽ, licèt vt dicit Com. 5.

mate-

metaphy. principaliter respicit lõgitudinem, secundo latitudinem, & postremo profunditatem, vt patet in com. 1. manifestum est autẽ ꝙ istæ dimensiones, ad quas termi natur ista extẽsio, sunt magnitudi nes, vt patet in principio 1. de cælo. tex. com. 2. & in 5. meta. com. & text. 18. in cap. de quanto, & ad talem extensionem consequitur raritas in membro ex generatione nouorum foraminum. Ex quo patet alia differẽtia adhuc ꝙ ista extensio quæ fit ex aliquo extrinseco, & fit ſm omnem dimensionẽ, videlicet, secundum longitudinẽ, latitudinem, & profunditatem secundum proportionem naturę cognitam: sed extensio illa quæ acquritur per rarefactionem, non credo ꝙ fiat secundũm omnem dimẽsionem: tum quia videmus, ꝙ si corrigia rarefiat: fit maior extensio in longitudine, & tunc diminuitur in latitudine, vt patet ex experimento: tum quia Commẽtator in 4. metheororum in summa, quãdo loquitur Philosophus de latificabili dicit, ꝙ plumbum ex vna verberatione mouetur secundum omnem dimensionem, sed augetur in longitudine & latitudine, & diminuitur in profunditate: & tu vide frater, Aristotelem in 4. methcorum, in text. commen. 30. vsque ad finem, vbi loquitur de communibus passioni bus mixtorum, ꝙ inuenies verum esse quod diximus, ꝙ talia mixta non possunt secundum omnem dimensionem augeri, vel diminui per viam condensationis, & rarefactionis, vt patet ꝺ impressibili, defensibili. & truncabili, & de aliis multis, & cum hoc est sententia Commenta. 4. phyſi. commẽ. 63. ꝙ additio non fit secundum omnes partes corporis: videmus hoc etiam in rarefactione mixti, ꝙ licèt augeatur ſm longitudinem, videtur diminui in profunditate. Amplius dato ꝙ aliquod inanimatum ſm omnes tres dimensiones augeri posset: tñ adhuc differt ab augumento animatorum: quia tale est ſm proportionalitatẽ naturalem, vt dicit Auicenna in loco præallegato, & ita non est in corporibus inanimatis. Sed dato ꝙ ista extensio per viam rarefactionis in inanimatis fieri possit, secũdum omnem extensionem omnium trium diametrorum, adhuc differt ab illa extensione animatorum, quæ principaliter terminatur ad dimensiones terminatas ſpecie distinctas ab illis, ad quas terminatur rarefactio in animatis corporibus. Vnde mirum est per vitam meã, quomodo iste bonus vir ita manifeste errat in hoc, ꝙ dicit istas extensiones terminari ad eosdem terminos, quasi dimensio inquantum dimensio absolute sit terminus augumenti naturalis. in quo enim differret, ergo augumẽtum mathematicum à naturali? cum Aristoteles expresse reclamat in 2. phyſi. lineas, corpora, & puncta considerari à nãli, vt sunt termini phyſici corporis. vnde augumentatio est ad qõnem sensibilẽ, vt est terminus naturalis corporis, & Commẽ. 1. de generatione. commen. 38. non augetur inquãtum est quantum, sed inquantum est quantum habens formam. vnde accidentia terminata cum insequantur

quãtur formam sunt distincta ex distinctione formarum, vt dicit Comm. in libro de substãtia orb. & 1. de aĩa cõ. 53. mẽbra cerui nõ distinguunt à mẽbris leonis, nisi qa aĩa distinguit ab aĩa, & hoc nõ solũ est in spẽbus, verũ etiam & ĩ diuiduis spẽrũ. dicit enĩ Arist. 12. metaph. tex. cõ. 27. ꝙ vnumquod que indiuiduum habet ꝓpriã materiã & ꝓpriam formã: & per consequens habet accñtia indiuidualia propria, quæ ẽm Porphiriũ im possibile ẽ ꝙ habeat vnus & alter. & Auicenna dicit in capño de complexionib⁹ ĩ prĩo canone, ꝙ Deus glorios⁹ dat vnicuiq; ĩdiuiduo cõplexionẽ ꝓpriam, in qua cõicare aliud est ĩpossibile. immo iste vir contradicit suę doctrinę: quia ĩ fine primi libri dicit, ꝙ ad vnitatẽ numeralẽ cõpositi requirit vnitas formæ, & ad vnitatẽ formę requiritur vnitas agẽtis. Vnde Socrates ẽm ipsum non potuit generari ab alio q̃ à patre suo, vbi patet ꝙ vult ex causis extrinsecis posse eẽ distinctionem in effectibus, & ideo nõ constat sibi in scribenbo, sed ferẽ sicut nauis agitata ventis. Quòd si dicat, quòd secus est de efficientibus in spẽcie: quia talia non diuersificant spẽm: contra sicut vniuersaliũ causę sunt vniuersales, sic particulariũ causę sunt particulares; igitur sicut efficientia numero distincta causant distinctionẽ numeralem, sic & q̃ spẽcie distinguũtur. Amplius licèt efficiẽs ĩ motu quãdo non est finis non diuersificat motum: tum qñ vnum cõtrariorum est efficiẽs & finis motus, tunc diuersa efficientia diuersificant motum & effectum, sicut qñ calidum ex frigido generat calidũ & econtra, talia sunt efficiẽtia spẽcie distincta, & motus isti sunt spẽcie distincti. & quia 3. phys. tex. com. 17. semper existimabitur aliqua spẽcies mouens, licèt quantitas ꝓprie nõ sit de principiis actiuis, quia tamen quantum generat quantum sibi simile in spẽcie, & forma quantitatis terminatæ, sic potest dici ꝙ extẽsiones animatorum spẽcie distinguuntur, vt fiunt ab anima, ab illis, quę fiunt à natura in rebus animatis. Dicamus ergo ꝙ motus augumenti si dicitur fieri per minima est ratione nutritionis, quæ est præuia ad verum motum, qui formaliter est illa extensio ad omnem dimensionẽ factam ab anima, ad quam sequitur raritas, vt dixi, & ille motus fit in tempore: aliter motus augumenti si nõ fieret formaliter in tempore non esset verus motus. vnde Commen. 5. phy. cõ. 21. vult, ꝙ diffinitio data de motu in 3. phy. non verificatur de trãsmutatione, quę est in substantia: & reddit causam, q̃a forma est indiuisibilis & transmutatio est de non esse. Ecce igitur ꝙ de ratione & cõditione motus est vt forma fit diuisibilis. i. diuisibiliter acquisibilis & non ꝓ minima, quia etiã forma substantialis quæ est vere substantia, per minima acquiritur. Sed dices, quare Cõmentator dicit, ꝙ cõtinuatio nõ appareat in motu augũmẽti sicut in mõtu locali? Respondeẽ, ꝙ Com. seip sum declarat, qđ mirũ est ꝓ vitam meã, qũo viri isti allucinati sunt ĩ hac re. Nam Cõmentator inquit, ĩ motu enim locali id qđ mouet à prĩcipio mot⁹ vsq; ad finẽ, nõ ĩterpositur

Obiectio

Solutio

ponitur cuies: & ideo continuatio est manifestior in eo: sed motus augmẽti de initio motus absque ad finem componitur ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus, ꝙ si augumentatio vt distinguitur formaliter à nutritione, fieret per minima quæ in instanti ãcquiruntur, motus augmenti componeretur non ex motibus, sed ex mutatis, & ideo dicamus ꝙ Cõment. est adeo clarus, ꝙ clarior esse nequit. Nam non est dubium ꝙ Commentator loquitur de motu augumenti, qui est in rebus viuentibus, quia talis fit p mutationẽ quæ fit p minima: patet autem ꝙ talis augumentatio est à quãtitate impfecta, ad q̃titatẽ pfectam. vnde motus augumẽti cõpletus in homine perficitur vsque ad 25. annos: patet autem ꝙ cum talis motus necessario reqrat aduentum nouę materiæ, quæ materia transfertur substantialiter per minima, propter istam rationem contingit augumento inquantũm augumentum est motus, vt non possit esse vnus numero & continuus à principio motus vsque ad finem. vnde si per possibile fieri posset, vt augumentatio hominis fieret non ꝓpposita nutritione q̃ fit per minima, tunc homo à principio postquam natus fuit vsque ad 25 annum cõtinue augeretur: sed hoc esse non potest, ꝓp necessariam & essentialem connexionẽ cum nutritione, sed quia motus localis est natura prior omni motu, & mutatione, & non necessario ꝓsupponit aliquã mutationem secum coniunctam quæ fiat in instãti propter quam abscindatur eius continuatio, ideo potest esse vnus, & continuus à principio vsque ad finem: vnde si graue esset in summa distantia à centro, remoto impedimento continue siue interruptione descenderet: non fuit igitur mens Commen. dicere motum augumenti formaliter distinctum à nutritione esse instãtaneum, quia hoc implicat: quia successio in motu, licet non sit de motus quidditate, est tamen de prioritatibus per se insequentibus motum, vt patet in tractatu de tempore. Sed intentio eius fuit ꝙ motus augumenti à principio vsq; ad finem nõ potest fieri sine interruptiõe, sicut potest fieri motus localis: & ideo augumẽtario completa viuentium fit in tẽpore, & talis augumẽtatio est composita ex pluribus motib⁹ & pluribus quietibus, sicut optime declarant verba Cõmenta. in commen. 38. supra adducta. Amplius quòd augumẽtatio, vt est motus formaliter distinctus à nutritione fiat in tempore, alia ratione ostẽditur: dicit enim Philosophus in primo de generatione & corruptione, tex. c. 25. vbi ponit differentiam motus augumenti, & motus alterationis, ĩquit enim ꝙ illud quod alteratur, „ non de necessitate mutat locum, „ sed illud quod augetur & diminuitur mutat locum, aliter tamẽ quã „ id quod fertur ꝙ vniuersum mutat locum, sed quod augetur est sicut quod deducitur, non quemadmodum quę spherę: hę enim in simili loco transmutantur manente toto. quæ autem eius ꝙ augetur semper in ampliorem locum: in minorem eius quod diminuitur. si igitur partes eius q̃d augetur semper in ampliorem locum mouentur,

tur, hoc autem nō potest esse nisi in tempore, quia non potest aliqd in ampliorem locum mutari sine tempore, sed hoc est dum augētur. igitur augumentatio est in tēpore per quam per se primo acquiritur quantitas in eo ꝙ augetur & ꝑ accidens amplior locus, & ista est veritas. Nec videlicet si aliquis dicat ꝙ augmentatio est in instāti: sed si id quod augetur dicitur augeri in tempore est ratione motꝰ precedentis, sicut etiam similiter dicimꝰ ꝙ id quod generatur dr̄ generati in tpe, & id quod corrūpit corrumpitur in tempore. Hoc nō soluit, qa licèt generatio & corruptio possunt dici fieri in tēpore ē merito quo sūt termini immediate ꝓsequentes alterationem quæ est verus motus & successiuus, sed de augumento hoc non potest dici: quia motus augumenti immediate sequitur nutritionem quæ non est motus, sed mutatio. Dices, erit rōne alterationis quę p̄cedit nutritionē. Sed hoc est maius absurdum, quia pariformiter relatio dici posset acquiri per motum in tempore illo modo. vnde Commentator 8. physi. cōmen. 73. motus sequitur motum per accidens, sicut illuminatio motū cā delę, aut quia vnus est perfectio alterius: & sic motus augumēti sequtur nutritionem tanquam perfectio eius, licèt nutritio non sit vere motus. Ex his intelligis differentiam inter motum localem & alios motus in continuatione, qa continuatio, vt dicit Cōmētator. 6. physi. commen. 74. est manifesta per se, quia impossibile est aliquam partem eius fieri subito: sed in alijs motib⁹ habet difficultatē, vtrum aliqua pars eorū fiat subito, videtur enim ꝙ aliqua pars fieri possit subito, & hoc dici propter augumentationem: quia cum augumentatio sit motus ad quātitatem per acquisitionem nouę materię, acquisitio nouę materiæ est pars motus augumenti saltem ex connotato: & quia illa acquisitio fit per nutritionem & ꝑ minima, & ratio eius est, ꝙ fiat in instanti, sic quo ad illud dicit̄ fieri subito, sed quo ad suū formale ꝙ est extē sio illius acquisitæ materiæ, & ia conuersę in omnem dimensionē, sic est in tempore, & ita est de illis alterationibus, quæ sunt connexæ cum mutationibus subditis, sed quia motus localis nō necessario requirit aliquam mutationem subitā, quę sit pars eius, ideo continuatio eius est manifesta à principio vsque ad finem. & animaduerte, ꝙ vt supra dixi, augumentatio completa viuentis fit in tempore, licèt non continue, sed cum interruptione modo declarato, similiter potest dici ꝙ id quod generat̄, generatur in tempore, loquendo de generatione completa quæ fit per minima: & ita etiam potest dici de corruptione viuentium, si est verum dictum Aristo. in 2. de partibus animaliū, & in 3. quòd cor est primum quod viuit, & est vltimum quod moritur, & non solū ratione alterationis præuiæ, verū quia talis generatio completa fit ex pluribus motibus & ex plurib⁹ quietibus, sicut de augumentatione completa. Vnde vt bene intelligas, scire debes, ꝙ quemadmodū generatio diuersimode inuenitur

diffinita

diffinita ab Arist. sic ē de augumē-
tatione. nam aliter generatio diffi
nitur in primo physi. & aliter in
primo de generatione, & aliter in
4. metheoro⁹, & aliter in libro de
morte & vita: cum. n. ordo doctri-
nę sit ab vniuersaliorib. & sermo
libri ph. est prior in ordine, & est
sermo vlis, ibi diffinit generatio ī
vł, vt respicit, cā substantiā, q̄ ac-
cidentia: nā vt dicit Philosophus
1. phy s. tex. cō. 57. intentio eius ī
illo libro est inuestigare principia
oīs gñonis. vbi Cōm. exponit, q̄
per cōem generationem ītelligit
gñonem cuæ est in substātia & ī
oībus prædicamentis, & de substā
tia generationē, quæ est cōis qua-
tuor corporib. s. igni, aeri, aquæ,
& terræ, & corporibus ꝓpositis, &
vniuersaliter gñationem vnius ex
vno, sed gñonem vnius ex plurib.
perscrutanda est in liō. de gñatio-
ne, & sic exponit etiā Them. & iō
ibi diffinitur gñō q̄ est trāsitio ex
nō esse ad esse. in libro aūt de ge-
neratione & corruptione diffinit,
gñō cōueniens elementis, quia li-
ber ille dr de elementis. 2. de ani-
ma. tex. com. 117. & sic diffinit in
tex. cō. 23. & 24. generatio ē trās-
mutatio totius in totū, nulllo sen
sibile remanente, vt subiecto, licèt
ēt in fine primi de generatione in
uestiget modus gñonis, quo vnū
fit ex plurib⁹, sed ista rectius dicit
mixtio quàm generatio, vt ibidē
declaratur. & sic concorda dictum
Commentatoris ī præallegata au-
thoritate primi physico. comm.
57. Tertio diffinitur generatio, vt
est communis corporibus mixtis
in animatis & inanimatis sub ra-
tione generali: & sic diffinitur in
quarto metheororum in tex. com
men. 2. vbi dicitur, est autem sim-
plex generatio & naturalis permu
tatio ab his virtutibus, cū habeāt
rationem ex subiecta materia vni
cuiq; naturę, generant aūt calidū,
& frigidum obtinentia materiā.
Quarto diffinitur gñō propria vi-
uentium quatenus viuētia sunt, ī
libro de morte & vita. vbi dicit, ge
neratio est prima participatio aię
in calido nāli, & vita est eius per-
mansio. sic scire debes, quòd augu
mentatio diffinita in quinto phy-
sicor. sumitur vniuersaliori modo
quàm in libro de generatione, &
corruptione, quia ibi solum con-
sideratur, vt est motus factus in
subiecto ente in actu de quantita-
te imperfecta ad quantitatem per-
fectam, non cōsiderando aliquam
aliam rationem: & ita est illa dif-
finitio cōmunis & vniuersa lis. vn
de etiam in primo cæli Aristoteles
isto modo loquitur de augumen-
tatione vniuersaliter in tex. cō. 21.
vbi dicitur: ſm passionem aūt quę
cunq; transmutantur physicorū
corporum habentia omnia, & au-
gumentum & decrementum, puta
animaliū corporum & partes ip-
sorum, & plantarum, similiter &
elementorum. vnde Commētator
ibidem com. 22. distinguit q̄ addi
tio in quantitate, & diminutio su
mitur tribus modis, aut ſm augu-
mentum verum, & diminutionē
veram, & hoc tātum inuenitur in
plantis, & animalibus, aut secun-
dum alterationem, vt accidit aeri,
& aquæ cum inspissantur, q̄d fiūt
minoris quantitatis, aut tertio ſ3
accumulationem, vt est in muro,
vel in aceruo lapidum, vel vt habet

alia

alia litera, vt est in mineris, sed augmẽtatio in lib. de gñone & corrup. diffinitur in propria significatione, & est acquisitio maioris q̃titatis per ingressum nouæ materię. Et quia talis augmentatio cõnotat in suo intellectu, & necessariò præsupponit talem nouæ materiæ appositionem, quæ fieri aliter non põt nisi per mutationem, ideo est necessario motus augumẽti merito eius annexus mutationi. i. nutritioni, lz ratione sui intellectus formalis, qui est extensio illa, iam additæ, & conuersæ materiæ in oẽm dimensionem sit veræ motus, & in tpe fiat. & ita est etiã de alterationis terminis ad generationem veram, & corruptionẽ veram, quæ sunt instantaneæ mutationes, q̃ tales non possunt commutari cum subsequentib. sed alteratio ad quam non sequitur mutatio, nil prohibet vt possit esse continua à principio vsque ad finem, vnde Comm. non dicit vniuersaliter de omni alteratione esse simile, sicut de augumento, sed dicit de quibusdam. sed de augumentatione proprie dicta est vniuersaliter verum, pp causam eius assignatã. quia talis intellectu eius importat illam acquisitionem nouæ materiæ, quæ aliter esse non potest, q̃ per veram mutationem, quę per minima fit, & in instanti qđ non est de intellectu alterationis inquantum alleratio est, lz illud contingere possit, & sic intelligis verba cõmenti 23. 8. physic. vbi dicit, & ex hoc apparet bene illud, quod dicit Alpharabius in principio sui libri de entibus transmutabilibus, scilicet quòd de diffinitione motus apparet continuatio in motu, in vniuersali est sermo non verus, sed non apparet hoc nisi in motibus localibus de quibus dicitur hoc nomen principaliter. In aliis autem in quibusdam apparet continuatio, scilicet vt partes eorum inueniantur distinctæ abinuicem, & in quibusdam non apparet hoc, quia partes eorum nõ inueniuntur secundùm illum modum. Vnde sic etiam tollitur contradictio in comm. 23. & in commen. 63. physic. quia dicit in commen. 6. ibi, q̃ ex diffinitione motus apparet continuatio in motu, & hic comm. 23. dicit, q̃ Alpharabius dicens hoc, non dicit verum. Sed soluitur, quia Alpharabius dicit ex diffinitione motus apparere in vniuersali continuationem inueniri in omni motu, sed Comm. dicit, q̃ solum ex illa diffinitione continuatio est manifesta in motu locali, quod est primum analogatum sub illa diffinitione, quia in illo apparet à principio motus vsque ad finem esse continuationem, sed in aliis motibus hoc latet, vtrum à principio vsque ad finem possint continuari, nam q̃n motus quiescit, tũc motus est perfectio eius, quod est in actu, & q̃a motus annexi mutationibus, necessario merito mutationis quæ fit in instanti quiescunt, hinc est quòd omnis augumentatio viuentis, & omnis alteratio annexa, necessario mutationi non potest esse continua à principio vsque ad finem, & ista est mens Auerro. ni fallor. Quod autem dixit Caietanus, augumentationem fieri per cõuersionem nutrimenti, & q̃ primum

mum minimū acquirit in instanti, sed subsequens conuersio nutrimenti cum maiori quantitate sit successiua, & sit verus motus continuus, frustra est, quia Com. in 1. de gene. & corrup. com. 38. vbi ponit modum quō fiat augumētatio propria viuentis vniformiter loqtur de primo, secundo, & tertio minimo, vt poteris videre, & cum hoc ꝓdicit Commentatori, quia si augumentatio proprię quæ motus est illa successiua conuersio, & illa per illum est vere motus cōtinuus à principio vsque ad finem, igitur vera augumentatio est motus continuus à princip. vsq; ad fin. & Cō mentator dicit oppositum, quare contradicit Auer. manifeste in via citata. Ideo valet ratio Pomponatij. Auersus illam determinationem primo libro, cap. 14. vbi dicit, ꝙ illa extensio non potest dici vera augumentatio, quia hoc supra dicit se improbasse, tum ēt quia dicit hanc opinionem manifeste contradicere Aristote. in primo de generatione. text. com. 41. vbi dicit, ꝙ nutritio & augumentum sunt idem subiecto, sed differunt ratione, qua enim acquiritur substantia, est nutritio, qua quātitas est auctio. Quid expressius? vult igitur Aristote. simul nutriri & augeri, & dum nutritur acquiritur substantia, dum augetur quātitas. Vnde sic scribitur in tex. 41. Ām igitur ꝙ potentia vtrunq;, vez quanta caro auget, quid est enim quantam oportet generari & carnem, secundum id enim ꝙ solum substantia caro nutrit, etenim sic differunt cibus & augumentatiuum. Sed ī veritate iste homo graviter fallitur, vnde enim valet, nutritio & augumentatio sunt idem subiecto, igitur simul aliquid nutritur & augetur? patet enim hoc in pluribus habere instantiam, nā album & dulce sunt idem subiecto, quia in eodem lacte est vtraq; qualitas, igitur si album actu videtur in lacte, dulce simul gustare, valet ne ista consequentia? eo magis ꝙ ipse in cap. 15. immediate post 14. declarat, ꝙ Aristo. istomet modo intellexit nutritionem & augumentum esse idem subiecto, nō ꝙ sint vnus motus, aut vna trasmutatio realiter, sed sunt duę trāsmutationes & re & ratione distinctæ, sed dicuntur vnum subiecto pro quanto versantur, idem materialiter, sicut inquit, dicimus albū & dulce esse idem subiecto, non ꝙ sint vna realiter albedo & dulcedo, sed quia sunt in eodem lacte, modo argumentum militat. Amplius quomodo ex hoc hī, ꝙ nutritio & augumentum simul sunt, cum Aristo. in eodem tex. dicat oppositum? quia inquit, quòd quādiu saluatur aliquid nutritur, sed non augetur. Vnde non vidit Auicen. in summa de virtutib. in cap. de virtutibus ministratis nālibus, vbi dicit, ꝙ nutritiua virtus crescitiuę virtuti deseruit, eo quòd nutritiua qñq; affert nutritiones ei ꝙ dissoluitur ęquale, quādoque minus, quandoq; plus, sed crescitiua non erit nisi quod cum ingreditur plus fuerit eo ꝙ dissoluitur, & ostendens non quamlibet additionem esse verum augumentum, sed secundum tres dimēsiones ꝓportionaliter inquit, non tū totum ꝙ totaliter existit est crescitiua,

ua, impinguari enim post macredinẽ in ætate consistẽtiæ est istius sectæ, non tñ est augumentum. Non.n.est augumentũ nisi illud quod ſm nãlem proportionalitatẽ in oĩbus existat diametris, quatenus ipsum ad crescentiæ ducat complemẽtum, deinceps vero post hoc nullo modo est ibi crescentia, & postea parum infra ponit operationes tres virtutis nutritiuæ, vna quarum est permutatio substãtialis quã operatur in nutrimẽto, & alia est adherentia p quã viuit. Et tertia est assimilatio in accidentib. vnde istæ operationes possunt separari abinuicem, sicut medici ex sensatis demonstrant ex variis ægritudinibus. Ecce igit᷑, ꝙ prius sunt operationes virtutis nutritiuæ, & postea sequit᷑ operatio crescitiuæ. Est.n.ordo inter istas operationes. nõ igitur fuit mens Arist. ꝙ pro illa mensura pro qua aliqd nutritur, pro illa augetur, quia nutritio fiat in instanti, ẽt augmentatio esset in instanti, & hoc nunq̃ Arist. neq; Com. dixerũt, lz bene Com. dicat augumentũ rõne nutritionis quam præsupponit esse in instanti, sed non rõne sui, & ab Auicẽna nõ discrepat Cõm. in ti. com. 38. in 1. de gñone & corrup. vt s. allegaui, & in com. 91. super 1. lib. canticæ canticorum Auic.

Motus vnus dr̃ qui non diuidit᷑ ſm tempus. 5. meta. tex. com. 8.

Motus & tps sunt quãta p accñs. 5. meta. in c. de quanto, & est in tex. com. 18. vide in concordantiis.

Motus est cõtinuus, & q̃tus nõ, q̃a id qd mouet᷑, sed quia id ſm ꝙ est continuum & q̃tum. 5. meta. tex. com. 18. vide in concordantiis.

Motus est ab Arist. in 5. meta. enũmeratus inter species quantitatis, quod tñ non fecit in prædicamentis, & vide causam huius 5. meta. com. 18.

Motus & tps sunt quantitates p se & continuæ. Com. 5. meta. cõ. 18. vide in concordantiis, quia vr̃ esse authoritas ꝺ sententiam Arist. in text. & forte ista authoritas duxit Burleum in 3. & 4. phvsi. ad dicendum motum esse per se q̃titatem. Et aduerte, ꝙ Gregorius Arimin. in 2. sententiarum. distin. 2. q. 1. in fine primi arti. dicit, locum istum in Auerro. esse deprauatum vitio scriptoris, & male sensit, vt ostendi in concordantiis. Et tu vide si placet.

Motus nõ est consuetũ vt mensuretur p suã partem, sed p suum spatium, aut per tempus. ibidem.

Motus diffinitio quę dicit, ꝙ est potẽtia actiui & passiui inqnãtũ huiusmodi notior est. 3. phy. tex. cõ. 23. vbi notat Com. in com. ꝙ sũt tres mod᷒ diffinitiones. Prima est, quę ponit᷑ in tex. comm. 6. motus est actus entis in potentia ſm ꝙ ĩ potentia. Secunda est, motus est actus mobilis inquantum mobile, quæ ponitur in 3. phy. tex. cõ. 16. Tertia est, quæ ponitur in præsenti tex. 23. & differunt, quia ista vltima est notior aliis duabus propter qõnem, vt exponit Com. contingentem, vtrum motus sit in motore, aut in moto, sed ſcda est notior prima, licèt prima magis indicat substãtiã motus, vt ẽt notauit Com. in 3. phy. in com. 16. & licèt multi multa dicãt in illo loco, veritas tamẽ vt mihi videtur est ista, ꝙ secunda q̃ datur per mobile in-

q̃tum mobile est diffinitio mãlis, qa subiectum motus formale est mobile inq̃tum mobile, & nõ est ens in põa inq̃tum in potentia, lz mobile sit ens in potentia, nã rõ illa est magis trãscendens q̃ nãlis, si bñ ꝓsideras, qa aũt subiectum cõparatur ad accns, sicut mã, vt dicit Com. in com. 2. super 4. meta. iõ illa secunda, q̃ magis explicat ꝓximum, & formale motus subiectũ est mãlis, & ẽ notior, quo ad nos, nã scribit Philosophus in 4. physicæ ausculta. in text. com. 104. ꝙ mobile est notius motu, quia est hoc aliquid, & demonstratum in actu, & est permanens. Et idẽ scribit Com. in 2. phy. com. 32. vbi dicit, ꝙ motũ est notius motu, quo ad nos, sed diffinitio prima magis demonstrat essentiam, seu substantiam motus, quia datur per potentiam inquantum potentia, quia aũt rõ potentiæ est de constituentib. motus quidditatem, nã Arist. venando motus quidditatẽ à priori ꝑ diuisionem entis ꝑ potẽtiam, & actum, & alias diuisiones, vt patuit in text. c. 3. & 4. concludit, ꝙ impoſe est motũ in alio gñe collocare, q̃ in gñe actus imperfecti, qui est actus permixtus potẽtiæ, vt patet in tex. com. 12. & 14. vñ Com. dicit, ꝙ antiquos latuit iste actus medius, qa igitur quidditas motus in actu imperfecto ꝓsistit, & talis resultat ex põa permixta cũ actu, ideo põa, quæ apparet in prima diffõne magis pertinet ad motus substantiam, & mobile qđ apponitur in secunda diffinitione magis pertinet ad mãm, & sic potẽtia dr formalis, & secunda mãlis ꝓp cãm prædictam, & scda est notior quo ad nos, sed prima est notior, quo ad nãm, & prima est potius metaphysicalis sic absolute ꝓsiderata, quia oẽs partes eius sunt termini transcendentes. Et scda est nãlis, qa dat̃ per mãm sensibilem, quia ꝑ mobile inquantum mobile. Et ista fuit cã q̃ coegit Arist. vltra primam ponere scdam, quia videbat illam esse altioris scientiæ: nã vbi metaphysicus diffiniens motũ ponit ens in põa inquantũ in põa, nãlis dz loco eius ponere mobile inquantum mobile, nam rõ entis in põa inquantum in põa, nõ est rõ nãlis, sed trãscẽdens, & ideo videmus Arist. in 12. primæ philosophiç. in cap. 8. venari eãdem diffinitionẽ primã motus precise ꝑ easdẽ diuisiones, & vias sicut fecit hic in 3. sed secundam diffõnẽ posità hic obmisit, quia videbat istã pertinere ad specialẽ artificem. Et nota bene hoc, quia nullus ex antiquis expositoribus, nec ex modernis, neq; arabib⁹, neq; græcis, neq; latinis aĩaduertit super hoc. Sed Deo sit laus illustrãti ĩtellm ad ea quę prẽs nri obmiserũt. Tertiam aũt diffinitionẽ datã de motu nõ solũ ꝓp cãm allegatã ab Auer. iudico notiorẽ secuda, verũẽt ẽ alia cã, nam motus cũ nõ sit actus abscissus à motore in mobili, sed est depẽdens in tota sua substãtia ab ipso motore, sicut dicit Com. 12. meta. com. 41. propterea secunda quę datur ꝑ solũ mobile est diminuta, quia facit suspicari motũ eẽ actũ abscissum à motore, cũ ĩ illa nõ appareat nisi mobile, sed secũda quę ponit vtrunq; ẽ notior, & magis cõpleta. Vnde mirũ est per vitam meã qũo Cõm. in 5. phyſi,

dicat

dicat cō. 3. motū in ſua ſubſtantia ꝓſtitui ex tribus cauſis, mobili, termino à quo, & termino ad quem, tanq̄ ex cauſis intrinſecis, ꝙa motor eſt de cauſis extrinſecis,& tps ē de accn̄tibus ꝓſequentibus motū, ſed licèt ſubiectū motus ponatur ī diffōne motus incōpleta, tn̄ in diffinitione notioꝛi,& cōpletiori apparet ēt motor vt dicit philoſoph⁹. Amplius licèt motus formaliꝛ ſit ī moto, tn̄ in eſſe,& conſeruari plus dependet à motore, q̄ à moto, vt ipſe tenet. 12. meta. cō. 41. vbi reddit cām, quare in ſubſtātiis aliq̄d poſſibile ex ſe non pōt perpetuari ab alio, ī accidētibus aūt ſicut eſt motus, ſecus eſt, ꝙa motus eſt ens poſſibile ex ſe, & nō habet neceſſitatē eſſendi niſi à motore,& nō à mobili, quia in cęlo, vt inqt, nulla alia eſt pōa niſi ad quietē. Cęlū. n. inquantū corpus pōt quieſcere, vt ipſe aſſerit in 7. phy. cō. 2. vnde mobile non eſt de q̄dditate motus, ſed cadit tanq̄ additū, vt patet cōiter de ſubſtātia quæ ponit̄ in diffōne accn̄tis: vt patet 7. meta. tex. com. 17. & ideo nō eſt incōueniens etiā ꝙ in motus diffōne ponat̄ motor. Et ꝓfirmatur, ꝙ ipſe in via ſua habet dicere hoc, quia ipſe tenet in com. magno ſuper primo poſte. ꝙ in diffōnibus accn̄tium in quibus cā efficiēs coexiſtit, deb et poni illa cā, ſicut dicit de eclipſi in cuius diffinitione ponit̄ interpoſitio terrę, ꝙa eſt coexn̄s illi, igit̄ cū motus ſit actus nō interciſus, neq; deciſus à motore in mobili, ſed ſit cōtinuus, vī etiā ſm ſua fundamenta p vitā meā, ꝙ in diffōne cōpleta motus non ſolum mobile, ſed motor debet poni, & hoc teneo.

Motus vī eſſe de numero cōtrariorū. 3. phy. tex. cō. primi. Accidit in hoc maxima cōtrouerſia apud Peripateticos de motus q̄dditate. Ariſt. n. in principio 3. phy. continuās intentionē ad præcedēcia dicit, ꝙ quia ī diffōne naturæ poſita in ſecūdo, fuit poſitus mot⁹. Ideo oportet diffinire motū, & quia in rōne motus cū ſit de numero cōtinuorū, ita ēt dicit Com. in ſua metaph. ſuper 3. phy. ꝙ in diffinitiōe motus apparet continuū, vt vī apparet contrariū, & in rōne cōtinui apparet infinitū, ideo oportet ꝓſequēter pertractate de cōtinuo, & īfinito, vbi lucidiſſimus Them. expreſſe dicit. ꝙ in diffōne mot⁹ ſtatim ꝓtinuitatis mētio hī, & Com. in cō. 6. expreſſe dicit. ꝙ ex diffōne motus apparet ꝓtinuatio ī motu. Motus. n. vt dicit Philoſophus de carū rerum numero vī eſſe, quę videnť eſſe cōtinuę. Amplius ex cōi hoīum ꝓſenſu, qui Alexādro teſte non pōt eſſe falſus ī libro de fato, quia oēs hoīes imaginātur motū eſſe quantitatem quādam ſucceſſiuā, & ex hoc ſequit̄, ꝙ primū prędicatū, q̄d eſt de mot⁹ quidditate, ex his quæ ſunt proxima ſuo intellectui ſit quātitas continua. Et confirmatur, quia non eſt maior ratio de motu quā de tempore, ſed tempus eſt per ſe quātitas continua. ergo & motus, antecedēs ꝓbabitur, quia 12. metaph. tex. com. 29. tempus, aut eſt idē quod motus, aut eſt motus paſſio quædā, & confirmat̄, quia Com. in 5. metaph. com. 18. expreſſe dicit, ꝙ motus, & tempus ſunt quātitates p ſe. Amplius aūt Cō. in 4. phy. in cō. 99. declarās dictū Philoſophi, qūo pri⁹ & poſte-

rius in motu ſunt idē ſubiecto cū motu, ſed differūt ſm eſſe, inquit, ꝙ prius & poſterius, cū fuerint accepta ſm ꝙ ſunt in ſubiecto, tunc erunt partes motus, cum aūt fuerint ꝓſiderata ſm quidditatem, & diffinitionē, tūc prius & poſterius erūt aliud à motu, qñ mocus eſt ī quantitate, & prius, & poſterius ſunt in numero, ſi igiē prius & poſterius vt quidditatiue, & ſm diffinitionē cōſiderata differūt motu, qa motus eſt in q̄titate, & prius & poſterius ī numero, igitur motus quidditatiue eſt quantitas. Ex aduerſo aūt vī ee ſnīa Ariſt. qui inueſtigās à priori quidditatem motus, nō diffinit ipſum per q̄titatē. Amplius dubitaē cōtra motus diffinitionem, quia bona diffinitio debet competere oībus cōtētis ſub diffinito, ſed cū motus diffinitus in 3. ſit in quatuor prædicamētis, vt patet 3. phy. tex. com. 4. illa aūt diffinitio nō ꝓpetit motui in ſubſtantia, quia ibi non eſt pfectio diminuta. Motus. n. vt dicit Com. 3. phy. cō. 4. motus nihil aliud eſt niſi gīo partis poſt partem, donec tota forma perficiaē, & ſit in actu, ſed hoc nō reperiē in forma ſubſtātiali, quia illa nō recipit magis, neque minus, vt patet ex prædicamētis. Amplius illa diffō daē p ignotiora, quia ens in ꝓa inquantū ī ꝓa ſunt ignotiora motu. Si dicaē ſaltē ſecūda diffinitio eſt melior q̄ datur p mobile. Sed ꝺ, quia datur p ęque ignotum, forte dices, tertia notior eſt. ꝺ, quia datur per cām extrinſecam, ſed in diffinitionib⁹ rerum non debent poni cauſæ extrinſecæ, vt tenet Com. in cō. magno ſuper 1. poſter. com. 35. Et cō firmaē per Comm. 5. phy. com. 3. vbi dicit, ꝙ motus in ſua ſubſtātia ex trib. integraē, mobili, termino à quo, & termino ad quem. Motor. n. eſt de cauſis extrinſecis, & tps de conſequentib. motū. Amplius fra ſtra fit p plura, qđ pōt fieri per pauciora, ſed prima diffō ſufficit, q̄ dicit motū eſſe actū entis in ꝓa inquantum in ꝓa. Quare igiē poſuit alia, ꝙ eſt actus mobilis inquātū mobile, ita ꝙ loco potētiæ inquātum in ꝓa poſuit mobile inquātum mobile. Vide de hoc Alexan. & Them. ſuper tex. 16. Et cōfirmaē, qa vnius rei vna eſt diffō. Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Primo videamus, an motus ſit per ſe q̄titas, vt tangit primū argumētum. Burleus tenet partē affirmatiuā, pp authoritatem Com. 5. meta. tex. cō. 18. Vnde dicit, ꝙ motus ſumitur tripliciter, pro forma fluēte, & ſic non eſt per ſe q̄titas, quia vt ſic eſt in quatuor prędicamētis, pro fluxu formæ, & ſic eſt in prędicamento paſſionis, & pro duratione illius fluxus, & ſic eſt quātitas ſucceſſiua diuiſibilis ſm longitudinem ad diuiſionem tpis, & diuiſibilis ſm oēm dimenſionem ad diuiſionē mobilis, ſed vt dixi, in qōne de tpis quidditate. Iſta opinio Burlei ꝺdicit Ariſtote. in 5. meta. qui dicit, motum eſſe quantū per accīs. Amplius tunc Com. fuiſſet diminutus ſi iſtam acceptionē motus neglexit. Gregorius Arimin. in 2. ſententiarum. diſtin. 2. q. 1. in fine primi arti. dicit authoritatem Comm. in 5. metap. eſſe vitio ſcriptoris deprauatam, & deficit vna negatio, quia debet ſtare, ꝙ motus, & tempus non ſunt per ſe quan-

Prim⁹ artic.

quantitates, aliter Com. ꝺiceret Ari. & confirmat hoc, quia vterq; ponit, ꝙ motus est diuisibilis pp ſpatium,& tempus pp motum, & ex conſequenti ſequitur ꝙ vtrũq; ſit quantum ꝑ accidens, nec põt. vt inquit,gloſari dictum Com.qđ ſumit motum pro tpe, vt quidam gloſant, quia Com. loquit in numero plurali,quia dicit,ꝙ tempus & motus ſunt q̃titates per ſe,& cõtinuę. Sed tunc remanet maxima difficultas,quia quicquid ſit de motu,cum tps ſit per ſe ſpecies q̃titatis continuæ, vt patet in prædicamentis,vr̃ ꝙ Ari. ſibi ꝺicat. Amplius qũo dicit Gregorius vitium fuiſſe ſcriptoris quam Com. ſeipſum ibi declaret. Vnde vr̃ mihi ſententiam Comm.iſtam fuiſſe ꝙ aliquę ſunt q̃titates per ſe duob.modis. vno mõ ſubſtantialiter, & in primo modo dicẽdi ꝑ ſe, ſicut eſt magnitudo, & numerus. alio mõ aliqua dr̃ q̃titates per ſe,ſecundo modo pro quãto accidunt rebus q̃ ſunt quantitates per ſe, & ꝑ ſuam ſubſtantiam, vñ quia motus conſequitur magnitudinẽ, q̃ magnitudo ꝑ ſuam ſubſtantiam eſt q̃titas quidditatiue,& in primo modo ſic motus eſt q̃titas per ſe, ꝑ quanto eſt paſſio veri quãti, & hoc ſtat cũ tex. ꝙ ſit q̃tum per accñs ipſe motus,vt ly ꝑ accidens,diſtinguit ꝺ̃ ꝑ ſe,primo mõ,ſed nõ vt diſtinguit̃ contra per ſe ſecundo modo.

Sed dices, quid de tpe, cum tps nõ poſſit dici q̃tum ꝑ te illo mõ, quia conſequit motum, & motus non eſt q̃titas per ſuam ſubſtãtiã, ſeu q̃ditatẽ ꝑ ipſum? Et ita vr̃ eſſe ꝺ̃dictio in paruo ſpatio. Dico,ꝙ ẽt tps ꝺr̃ quantum per accñs rõne magnitudinis, quia tps conſequit̃ magnitudinem mediãte motu, qa quicquid eſt cã cauſæ, eſt cã cauſati. Vñ vide frater mi, verba commenti,qđ dicit,ꝙ iſta.ſ.motus, & tps,ſunt quãta per accñs,qa motus conſequit̃ ꝑ ſe magnitudinem, & diuidit̃ ꝑ diuiſionẽ eius,& tps conſequit̃ motũ. Vñ non dicit Com. eſſe q̃tum ꝑ ſe, qa conſequit̃ illud qđ eſt eſſentialiter q̃titas immediate, ſed hoc eſt mediante motu. Et iſta ſine dubio eſt via Com. vñ ſi motus, & tps ſunt q̃titates per ſe, eſt ſcđo modo non primo,& qddiatiue, & illo modo ſunt q̃titates ꝑ accñs,vt ly ꝑ accñs, diſtinguit̃ ꝺ̃ quidditatem, ſicut ẽ notaui in ꝺ̃dictionibus. Secundùm iſtam viã Com. dicit ad argumẽtum illud de cõi conſenſu,ꝙ non eſt falſum,qa motus eſt q̃titas ꝑ ſe. ſcđo modo, & ſic illa imaginatio eſt vera. Sed tunc eſt difficultas, quia vr̃ eſſe in primo,quia eſt ꝓdicatio formalis ĩ abſtracto,q̃ non poteſt eſſe vera,niſi in primo modo, vt bene deducit Scotus & formalizantes,& confirmat̃,quia eſt ꝓdicatio ſuperiorisde inferiori, vt ꝑ ſe pz. Rñdet̃ primo negando illum dictũ Scoti vl'iter. Sed ꝺ̃,quia Ariſt.in 4.phy.arguit contra antiquos dicentes motum eſſe formaliter, vt pz in text.com. 95.& 96. ſi aũt iſta ꝑ te motus eſt, per ſe q̃titas eſt formalis,& eſt vera, quia eſt paſſio quantitatis ꝑ ſe, ſic iſta abſolute poſſet concedi, tẽpus motus eſt per ſe, quia eſt per ſe paſſio motus, & hoc Ariſt.concedit 11.meta.com.& text.29.vbi dicit,ꝙ tempus,aut eſt motus,aut eſt motus paſſio quædam, cũ aũt diſiunctiua vera detur per mem-

bra oppoſita refert dicere tps eſſe p ſe motũ,& dicere, ꝙ ſi motus paſſio quędã, & ita ſi illa põt ꝓcedi p Com. ita ſequereť, ꝙ & iſta.& ita nulla eſſet prorſus dria inter iſtã & illam ꝯ Philoſophum,& Cõm. vñ Cõm.4.phyſi.com.98.dicit,ꝙ accñtia motus ſunt multa, quorũ vnũ eſt tps, vnde bene iſta cõcediť, tps eſt paſſio motus: ſed illa abſolute eſt falſa, tẽpus eſt motus,quia cũ ſit formalis,& in abſtracto ſi eſſet vera nõ eſſet niſi in primo mõ. Cõfirmatur,quia Ariſt.3.phyſ.ex eadẽ cã in te.cõ.22.dicit, ꝙ oĩno, & propriè,neq; doctio cũ diſciplina idẽ,neq; actio cũ paſſione,& rõ eſt,quia licèt poſſit cõcedi,ꝙ actio & paſſio ſunt idẽ ſubiecto,ꝙa motus,vt ibi dř,cui inſunt hęc eſt vn⁹ & idẽ, vel melius,licèt agere,& pati ſunt idẽ rõne mor⁹,vel moueri, cui illa inſunt. Actio tñ, & paſſio nõ ſunt eadẽ, quia talia abſtrahũt à ſubiecto,vñ identitas ex ſubiecto eſt idẽtitas p accidens, ſicut iſta eſt vera per accñs, album eſt. Sed ſm græcos expoſitores, & melius iudicio meo aliter eſt dicendum,vz,ꝙ ſecus eſt de motu, ſecus de tẽpore, motus enim ſm græcos nõ eſt per ſe in aliquo prędicamento, ſed eſt tanquã via, vnde quidditas motus nihil aliud ẽ q̃ actus imperfectus, quia ĩ nullo alio genere poteſt ordinari,vt dicit Ariſt.expreſſe.3.ph. 13.quia accidens accidenti non accidit, niſi quia ambo eidẽ accidũt. 5.meta.in ca. de eodem, & eſt tex. poſt.15.& caret commen.Et ideo quãdo abſtractum de abſtracto verificatur prædicatione formali dicente,hoc eſt hoc, nulla alia veritas cã eſſe põt, niſi quia conceptus vnus includit per ſe, & quidditatiue cõceptum alterius extremi. Et ideo ſine dubio oportet pp prędictas causas dicere iſtã de virtute ſermonis in via Cõm. eſſe falsã, motus eſt per ſe quantitas, & tps eſt p ſe quãtitas,ſed debẽt reduci ad bonũ intellectũ,vz,ꝙ ſunt paſſiones rei quę ſubſtãtialiter, & quidditatiue & formaliter eſt quantitas, & illa eſt magnitudo vt diximus. Ad aliud negatur ſm Cõm.ꝙ eſt ꝑdicatio ſuperioris de ĩferiori, quia ſi quãtitas eſſet genus propinquum motus inquãtum motus, Ariſt.poſſet illud ĩ diffõne mor⁹, & tũc quãtitas quidditatiue ꝑdicareť de omni ſpecie motus, & tũc qũo alteratio eſt per ſe quãtitas,ſed eſt ꝑdicatio magis ampli de minus amplo,ſicut quantũ eſt magis amplũ q̃ quale, & tñ iſta non eſt per ſe in primo mõ, quale eſt quãtum. Ad illud quod Ariſt.dicit, motũ eẽ de numero cõtinuorum. Reſpondeť, ꝙ ſecus eſt videri ſecus eſt eſſe.tex. dicit, videtur aũt, ꝙ propterea dixit, ꝙ ſm veritatem quidditatiue motus non eſt quãtitas ꝯtinua, licèt videatur propter immediatam concomitãtiam quã habet ad ſubſtãtiam motus ipſa quãtitas cõtinua,& vt ſcribit Cõm. in tract.de tẽpore. in cõ.95. multotiens exiſtimatur, ꝙ illud quod ſequitur rẽ ſit vera res,vñ Cõm. dicit 3.phyſ. com.2.illa quę ſequuntur motum quæ ſunt propinqua ſubſtãtia ei⁹ eſt cõtinuum,vbi patet,ꝙ cõtinuatio eſt de cõſequentibus eſſentiam motus,& nõ eſt de cõſtituentibus motus quidditatem. Nã quod eſt ꝑpinquũ ſubſtãtię alicuius nõ eſt ſubſtãtia eius,lz appareat eſſe,propinqui-

pinquitas. n. & similitudo sũt causæ deceptionis, vt dicit beat⁹ Aug. Vnde scias fr̃ mi, vt dicit Comm. 4. phy. cõ. 98. accñtia motus sunt multa, quia habet quantitatem, & habet qualitatẽ, magnitudo. n. & lõgitudo, & breuitas ꝓtinẽt ad quãtitatẽ motus, & velocitas, & tarditas ad ei⁹ qualitatẽ, vt patet 4. phy. cõ. 95. & prius natura motus est quãtus, q̃ sit qualis, & prius nã accidit motui quãtitas, & qualitas, q̃ tps, quia tẽpus accidit motui in rõne mensurę mẽsurantis ipsum, & quo ad quantitatẽ, & quo ad qualitatẽ, & rõ rei mensurabilis ꝑsupponit rõni mẽsuræ, & ꝙ cõtinuatio sit de accidẽtibus motus, appparet ẽt ex. 4. phy. ī tex. cõm. 99. vbi Cõm. expñe dicit, cõtinuationẽ esse vnũ ex accidentibus motui, iõ ex diffinitione motus apparet ꝓtinuatio, quia verę diffõnes hoc habẽt, vt ex eis appareãt accidentia ꝓsequẽtia, vñ ex illa diffinitione ꝑt apparere quis motus est cõtinuus à principio, vsq; ad ſnẽ, & quis nõ põt esse ꝓtinuus, nã in motu locali, hoc est possibile, nõ aũt ī motu augumẽti alicuius aucti de principio motus, quo ĩcipit augeri vsq; ad termiuũ motus ꝓpleti, & sic ꝓtinuatio apparet ī descriptione ẽt motus quę datur per proprietates, nõ aũt in quidditatiua diffinitione. Ad authoritatem Cõm. in 91. cõ. dico, ꝙ rõ formalis alicuius ꝑt sumi ex descriptione, & à posterio ri, & sic dicimus, ꝙ motus ſm ꝙ quid erat esse sui, differt à priori, & posteriori, quia motus pertinet ad quantitatem, sed prius, & posterius ad numerum, sed non loquitur de quod quid erat esse motus à priori, & quo ad naturam, quia illud non ꝓstituitur per quantitatẽ. Accedit etiã, ꝙ Cõmen. ibi, & Philosophus cõsiderauit motũ, vt est mẽsurabilis per tẽpus, & quia tempus mensurat quantitatẽ accidentem motui, & nõ motus essẽ tiam, vt patet in tex. com. 119. sic motus, vt mensurabilis per tẽpus habet suum esse in quãto, & prius, & posterius in numero.

Motus quia est ꝓtinuus fuit necesse, vt subiectum eius esset ꝓtinuũ & non de nã discreti, causa. n. continuitatis motus est subiectũ eius 8. Phy. commen. 40.

Motũ quodlibet est corpus, siue ponatur mouere se, siue moueat ab alio. 8. physic. tex. cõ. 40. & fuit de monstratũ, in 6. phy. tex. ꝓm. 32.

Mouere se aliquid ſm ꝙ mouet, impose est in motis, & mouẽtibus, q̃ dñr vniuoce. 8. physi. tex. com. 40. Scotus in secũdo snīarum. dist. 2. q. 9. & Grego. Arimi. istum locũ perscrutantes ꝓuenerunt in hoc: ꝙ apud Philosophũ ille motus dr̃ vniuocus, quando principium effectiuũ motus, & terminus motus sunt eiusdẽ speciei, & rõnis, vt est ī motu alterationis, vbi calefaciẽs p caliditatem tanq̃ per principiũ productum inducit consimilẽ caliditatẽ, vnde talis motus est vniuocus, & in tali impossibile est, ꝙ aliquid idẽ moueat se, vt clare deducunt, sed est alter motus æquiuocus, sicut dum principium efficiẽs nõ ẽ eiusdẽ rõnis cũ termino motus, sicut est in motu locali, vbi patet, ꝙ terminus motus, & prīcipiũ nõ sunt eiusdem rationis, & asserunt, ꝙ tali motu æquiuoco aliq̃d, vt ẽ in actu virtuali, & idẽ est ī po-

Digressio contra Scotum, & Grego. Arim.

tentia formali põt localiter moue re ſeipsũ, ſicut aſſerũt in via Auer. 4. cęli. cõ. 22. & 3. cęli cõ. 28. quod graue exiſtẽs ſurſũ mouet ſe, vt ẽ potẽtia deorſũ. Eſt. n. habẽs actũ virtualẽ per quẽ põt ſeipſum mo uere, & eſt in illo loco in põa for mali reſpectu, vbi deorſum, & ſic motu ęquiuoco ſic intellecto non ĩcõuenit, vt idẽ ſit monẽs ſeipsũ.

Mirum eſt qũo viri iſti illo mõ allucinent in iſto lõco, nã demõ Ariſt. ibi eſt ad probãdum, ꝙ primũ motũ ex ſe non poteſt ſeipsũ mouere, ita ꝙ idẽ ſit & motũ mouens, & motũ, & ẽ de motu locali ꝑcipue illa demõ, & ſic Ariſ. addu cit demõnem in motu ęquiuoco, in quo ẽm nos non incõuenit, vt idẽ mouear ſeipſum, & ſic eſt extra propoſitũ, ĩmo eſt contra propoſitũ, ſed cã quare iſti, & ſequaces eorũ in pleriſq; cõſimilibus deſcie runt ĩ via Peripateticorũ, fuerunt cauſę quas imponit Auer. Auic. & prima fuit neglectus textuũ, vt pa tet tertio de aĩa. cõ. 30. ĩquit. n. & cauſa erroris huius viri, ĩ quo etiã nos fuimus lõgo tpe, fuit quia inſpiciebamus verba expoſitorũ, & nõ verba Ariſt. Scda cã fuit quã al legat. 3. cæli. c. 67. paucitas exercitationis ĩ philoſophia, & bona cõ fidẽtia ĩ proprio ingenio. Tertia fuit, quia miſcẽt credita cũ nãliter demõſtratis, hanc cauſam allegat Cõm. contra Auic. & philoſophũ cõm. 22. vbi ſcribit, ſermo eius sẽper inuenitur medius inter Peripa teticos & loquẽtes. Dicamus igit cum antiquis expoſitoribus, & cũ Auerroe præſertim, ꝙ per motum vniuocum intellexit Philoſophus motũ proprie dictum, qui reperit in rebus corporeis, qui motus fuit diffinitus in 3. phyſi. vnde inquit Cõ. ĩpoſſibile eſt, ꝙ aliquid ſeipſum moueat ẽm quod mouet, & hoc eſt ĩ mouẽtibus, & motis, quę dñr vniuocè. & dixit hoc, quia hoc nõ eſt impoſſe niſi in motoribus, q̃ ſunt corpora, aut virtutes in corpo ribus, & ſubdit, & ideo exiſtimauit Plato, ꝙ mota ex ſe mouent à mo toribus abſtractis, & ꝙ mouens ſe eſt abſtractũ, & ꝙ abſtractum eſt mouens ſe, ſed ſi hoc fuit ita, tunc mot⁹, & mouere illic dicẽtur ęqui uoce cũ motu, qui eſt hic, qđ pro tãto dixit, qui ſi dicamus entia ab ſtracta mouere ſe, hoc eſt inquantum intelligũt ſe, ſed talis intelle ctio ẽ motus ęquiuocus, & alteri⁹ rõnis à motu, qui ẽ in corporib⁹, aut in virtutibus exiſtẽtibus ĩ cor pore, vnde in illo cõmen. imponit Platoni, ꝙ ipſe poſuit tria. primũ, ꝙ prim⁹ motor nõ ẽ corp⁹, & hoc eſt verum. ſecundũ fuit, ꝙ oĩs mo tor, ſiue fuerit corpus, ſiue nõ, nõ mouet niſi moueat eodem modo motus vniuoce, ita ꝙ primus mo tor localiter mouet cęlũ, etiã loca lite: mouetur. tertiũ, ꝙ intulit ex hoc fuit, ꝙ Plato poſuit aĩam eſſe extra corpus, & eẽ ęternã, quia mo uet ſeipſam. & Cõ. ſoluit, ꝙ hoc eſſet verũ, ſi aĩa moueret ſeipſam eſſentialiter, & moueret ſeipsã mo tu proprio abſtracto, & declarat qs ſit iſte motus abſtractus proprius dicens, ſcilicet, vt intellectus, & in tellectum in ea eſſent idem, vt eſt declaratũ de primo motore, & de cæteris motoribus abſtractis, ſed iſte motus dicitur ęquiuoce cũ mo tu, qui eſt à motoribus, qui ſunt corpora, aut virtutes ĩ corporib⁹:

quid

qd clarius aut qd manifestius dici potuit contra istam opinionē istorum? Breuiter colligendo fragmēta ne pereant, dicamus, apud Peripateticos nullū simplex posse seipsum mouere motu proprie dicto, sed motu equiuoco, vt est motus metaphoricus, est necessariū, quia Deus intelligit seipsum, & ibi, idē est intelligens & intellectum, & intellectio omnibus modis & simpliciter & in aliis intelligentiis eodē modo, sed secundū dispositionem magis diminutam q̄ sit in primo principio, vt declaratū ē alibi &c.

Motus animæ & intelligentiarum est equiuoce dictus: cum motu qui est in motoribus q̄ sunt corpora, aut virtutes in corporibus. 8. phy. commen. 40.

Moueri totum à parte est per accidens, & magis remotū est totum mouere partem essentialiter. 8. physico. commen. 42.

Motum impossibile ē vt diuidatur in infinitum in actu. 8. physi. tex. com. 44. vbi elicit Com. dari motū primū seu minimū, & illud est principiū super quo Arist. fundauit demonstrationem suam in prīcipio 7. physi. idem 7. physi. cō. 2. & 6. physi. 32. & 91.

Motores primi apud Arist. sūt duobus modis vt materialis, & iste cōstituitur per rem motā & immaterialis, & iste non dī continuus nisi per accidens, cōtinuitas enim essentialiter nō ē possibilis in omni motore, primo quia non ē corpus 8. phy. commen. 44. Non cōstruas autē ly hoc, referendo ad propositum antecedēs, vt sit sēnsus, q̄ motor primus immaterialis sit continuus per accidens, quia oppositū scribit ī eodē com. ipsemet, sed ad remotū, videlicet ad motorem primum in generabilibus, sicut est anima in animalibus, quę est diuisibilis per accidens.

Motor ī motis ex se non ē diuisibilis, neq; per se neq; per accidens, quia non mouet, neq; essentialiter neq; accidentaliter. 8. phy. cō. 44.

Motor primus vtrū sit vn⁹ aut plures, hoc considerādū est in alia scīa q̄ in scīa naturali. 8. phy. cō. 45. & primo physic. tex. com. vltimi. vide 12. meta. text. com. 49. idem 8. physi. commen. 48.

Mota generabilia & corruptibilia nisi essent determinata & ꝓtinuata à motu corporum cęlestiū non essent, nedum vt continuaret, esse in eis. 8. physi. cō mēn. 47. & habetur in principio lib. metheororū. vbi dicitur, oportet mundū istū īferiorem superioribus lationibus esse continuū vt oīs eius virtus īde gubernet. idē 1. cęli. te. c. 100.

Motus si continuus est & vnus est 8. physi. tex. commen. 48.

Motus cōtinuus est qui ab vno mouente, & vnus q̄d mouet. ibidem.

Motus consequenter se habentes non sunt continui ibidem.

Motus æternitate demonstrat esse motoris ęterni in 8. physi. & etiā ex æternitate motoris ostenditur æternitas motus. 8. phy. com. 50. Vbi manifeste patet dari regressū in scientia, vnde subdit ꝙ cū istæ duæ vię fuerint coniūctæ, tunc est sufficitor scientia, consimilē sententiam de regressu inuenies in Auerro. in 6. phy. commen. 12. & 15. & 1. de anima. cō. 11. idem 8. physi. cōm. 53. Ex quo patet etiam cōtra illos qui asserunt regressum non

Digressio de regressu.

posse

posse dari ĩ scĩa nisi respectu diuersorũ hoĩũ qa impossẽ ꝙ respectu eiusdem hoĩs sit notior cã & efficiens, aliqui aũt volentes hoc euitare posuerunt ꝙ habito primo ꝑ cessu q ex effectu ad causam, tunc intellectus negotiatur per ꝓpositionem & diuisionẽ, aut per aliam viã, & sic acquirit maiorẽ notitiã de cã, ita ꝙ notitia causę intendit, sic ꝑt fieri regressus, & non erit petitio principij, immo tunc procedimus à cã magis nota. Nobis aũt vr vtraq; opinio falsa esse. Nam videmus eundem Arist. in eodem quæsito argumentari vtroq; modo, & qa & pp quid vt clarum est, & quilibet in se hoc potest experiri, si autem illa negotiatio est necessaria, qũo igit̃ omittitur à Philosopho qui docuit artem demonstrandi. vñ in primo posteriorũ, vbi loquitur de demonstratione' quia, & pp quid, dat exemplum de planetis ꝙ non scintillãt, qa sunt prope, & oñdit ẽt illas prope esse ex hoc ꝙ non scintillant ex sola mutatione extremi, si autem negotiatio illa esset necessaria, miruz est qũo Arist. non docuerit illam, nec vtatur ea, nam nulla negatione facta: immediate ꝙ oñsum fuit per motum cęli primum motorez esse, regredit, & ita inuenimus obseruatum vbiq; locorũ. Dicamus igitur nos dari regressum, nec pp hoc erit demonstratio circularis, nã Arist. negat circulũ in demonstrationibus simplr, in sensu, quẽ ponebant antiqui, vnde inquit. circulo quoq; ꝙ impossẽ sit demõstra re simplr manifestũ est, sed Arist. vult ꝙ primus processus q est ab effectu ad causam per demonstrationem, quia, non est simpliciter scientificus, nec simplr demonstratiuus, quia non generat scire simpliciter diffinitum ĩ posterioribꝰ, qđ est rem ꝑ cãm cognoscere pp q̃ res est, vñ demonstratio qa, non ẽ demonstratio, lz sit demonstratio qa. vñ lucidissimus Themi. ĩ 2. posterio. cap. 30. inquit. Nullum inconueniẽs sequit̃ si causa cum sua ꝓclusione retorq̃ri dicat̃. Nec. n. ea dẽ rõ vtrinq; reciprocandi est, sed cum ab euentis ad causam subitur syllus, tm̃ vocat̃ cuz eõrio ẽ absoluta demonstratio dr̃, vñ Alex. & Io. Grãma. & Simplicius illũ primuz ꝓcessum ꝑ demonstrationẽ, qa appellãt fieri ꝑ syllm ꝓiecturalẽ. Amplius aũt scire debes ꝙ sunt tria đmonstrationũ gña, vt scribit Cõmen. in prologo 1. phy. & 2. cœli clare cõmen. 35. vcz, demonstratio dans cãm & esse q̃ est potissima demonstratio, q̃ simul vtranq; qõnẽ absoluit, vz, qa ẽ, & pp qđ est, istud em̃ est illius demonstrationis ĩgeniũ, vt dicit lucidissimus Themi. Aliud vero est signi, & est qñ ex eẽ effectus qui est notior quo ad nos demonstramus esse causę ignotuz quo ad nos. tertium genus est demonstratio pp quid tm̃, quæ dr̃ ab antiquis demonstratio causę tm̃, vnde per talem demonstrationem per quam regredimur à causa non reuertimur ad idem ꝓcise à quo inchoauimus motum, nam in primo processu ab esse effectus cõcludimus esse causę, in 2. vero processu per causam non demonstratur esse effectus quia non erigitur demonstratio ad per se nota ad sensum, non fit demonstratio nisi ad quęstionem, quæstio autem est pro-

propositio naturaliter ignota, esse effectus fuit ꝓcognicum à nobis sine demõstratione, quia supponit ꝙ est notũ apud nos, & ideo in 2. processu regredimur demonstrantes ꝓp quid illius effectus, quod est diuersum ab esse eius. Nã quæstio quia est, & quæstio propter qd est, sunt quæstiones diuersæ, stat. n. aliquẽ effectũ quo ad quia est, esse per se notũ vt esse eclipsis, qui tñ latet quo ad propter quid est, & iõ non est motus iste circularis, sicut vides, nec sequit' ꝙ idem respectu ciusdẽ sit notum & ignotũ eodem modo, nec eodem processu, & hoc pauci admodum intellexerunt.

Motor quilibet non potest euadere ab altera istarũ triũ disputationũ, nam aut mouet & non mouetur, aut mouet & mouet' ab altero, aut mouet & mouet' ex se. octauo phy sic. tex. com. 50.

Motor vnus essentialiter nõ mouet nisi vno moto. 8. phy. cõ. 51. & 31.

Mota ex se quæ sunt hic si motores eorũ mouẽt plurib⁹ motibus, hoc est ꝓ accidens. 8. phy. t. co. 51.

Motor primus in animalib⁹, licèt sit indiuisibilis, mouetur tñ accidẽ taliter, quia ꝓstituitur per corpus. 8. phy. com. 51.

Motor qlibet in subiecto mouetur per accñs ad motũ sui subiecti deferẽtis ipm. s. ĩ loco. 8. phy. t. c. 51.

Motum quodlibet ex se ꝙ qñq; mouetur, & qñdoq; quiescit mouetur ab extrinseco. 8. phy. tex. com. 51.

Motus animę ad corporis motum, non est sicut motus partis ad motum totius, sed est sicut motus albedinis ad motum sui subiecti. 8. phy. com. 51.

Mouetur per accideus quodlibet qđ mouetur, quia est in moto. octauo phy. tex. commen. 51. idẽ. quinto phy. in principio.

Motus motui possunt fieri à moto re non moto mediante moto ęterno 8. phy. tex. cõmen. 53. & cõ. 15. ibidem.

Motus localis est causa propinquitatis & distantiæ. 8. phy. tex. c. 55.

Motus alius est prior, & est circularis, alius posterior & est rectus. 8. phy. tex. com. 55.

Motus cõtinuus est dignior motu consequenter se habẽte. 8. phy. tex. comen. 56,

Motus continuus habet æternitatẽ essentialiter, sed in successiuo ęternitatis est accidentaliter. octauo phy. tex. com. 56.

Mot⁹ localis est primus motuũ. 8. phy. co. tex. cõmen. 55. & 12. metaphy. tex. com. 38.

Motus localis potest esse sine alijs motibus, sed alij nõ sine ipso, ideo est natura prior alijs. 8. phy. tex. commen. 56.

Motus localis in mũdo maiori ꝑcedit alios motus, in minori vero sequitur. 8. phy. tex. com. 57.

Mutatio loci iam ꝑfectorũ motus est. 8. phy. tex. com. 57.

Motus generationis in animalibus ꝑcedit omnes alios motus, secũdum ꝙ prædicamentum substantiæ præcedit reliqua prædicamenta, in quibus est motus. 8. phy. commen. 57.

Motus localis vltimus est in his q̃ sunt in generatione. 8. phy. tex. c, 58. Vbi aduertꝫ ꝙ Themi. soluit apparentem cõtradictionẽ ibi, qa superius fuit dictum motũ localẽ esse priorem tpe aliis, nũc vero videtur dicere oppositũ, sed ad hoc

ait

ait ſ: cilē eſſe defenſionē, nā ſingu latim ortus & gño prior eſt motu locali ſz in vniuersū mot⁹ localis prior eſt ortu, neceſſariū. n. eſt rei q̄ patit, qđ p̄ceſſerit aliquod patiēs, q̄ antequā pareret exercuerit motum localem.

Motus localis ſolum non obiicit à ſubſtantia. 8. phy. tex. com. 59.

Mot⁹ rei perfectioris perfectior eſt, 8. phy. tex. com. 58.

Motus localis p̄ accñs qñ mouet alio motu ſuū mobile. 8. phy. com. 60. vide 2. cęli. com. 42. vbi dī q̄ motus caleſacit.

Motum ex ſe eſt principium rerum motarum. 8. phy. tex. com. 60.

Motus circularis ſolus p̄t eſſe æternus, vt declaratū eſt in 6. phyſ. ſed Ariſt. ibi non ꝑpleuit perſcrutationem de hoc, & ideo iterauit illam declarationē in Com. 8. ph. c. 61.

Motus localis non hz apparentem ꝓrietatē, ſicut cęteri motus. 8. ph. com. 62. & comm. 16. & 5. phyſi. com. 9. 6. phyſi. comm. 92. 1. cæli. com. 86.

Motus oppoſiti nō poſſunt inuicē continuari, q̄a ſemper inter eos cadit quies media. 8. phy. t. c. 62.

Motus gñonis & corruptionis cum ſint oppoſiti, non habēt quietem apparentem, quia illud qđ mouet illis motib. non eſt aliquod ſubiectum demonſtratum in actu ſub ambob⁹ extremis motuū. 8. phyſ. com. 62.

Motus ꝓrij habent quietē mediā, vera eſt propoſitio de motib. exiſtētibus in eodem mobili non in diuerſis habentibus principium & finem, neq; in motib. quorum vnus eſt perfectio alterius. Com. 8. phy. com. 62.

Motus ſm alium modum opponit motui, & ſm alium opponit quieti. 8. phy. tex. com. 62.

Motuum ꝓtrarietas in qua communicat corpus circulare & rectum, qūo ſit intelligendū. vide 8. phy. com. 64. vide clarius primo cęli. com. 32.

Motus ad latus, verbi gratia ad dextrum & ſiniſtrū non ſunt ꝓtrarij motib. qui ſunt ſm longitudinē, vz, ad ſuperius, vel inferius, quia ex iſtis motibus poteſt cōponi vnus motus, & motus contrarij non componuntur, quia non eſt impoſſibile, vt aliquid moneatur ſuperius & ad dextrum. 8. phy. text. com. 64.

Moueri circulariter, & moueri ſm circulum non ſunt idem. 8. phy. tex. com. 65.

Mota q̄ mouent eundo & reuertendo habent duas quietes, & hoc eſt manifeſtū ſenſui in his q̄ mouent motu voluntario, & in his q̄ mouentur nāliter. 8. phy. com. 65.

Motus continuus non hz medium vnum numero in actu, ſed in potentia. 8. phy. tex. com. 65.

Motus continuus continui eſt. 8. phy. tex. com. 68.

Mobile q̄ continue mouet per accidens infinita ꝓtranſit, ſimpliciter vero neq; aquam. ibidem.

Mobile nunquā pertranſit aliquod ſpatium in actu, niſi q̄n deſcribit aliquod p̄ūctum in actu, & ſi poſtquam deſcripſit in actu mouetur, vtetur illo puncto pro principio & fine, & ſic neceſſario oportet vt quieſcat inter duos motus. Com. 8. phyſi. comm. 68. & habetur in tex. etiam.

Mobile dum deſcribit punctum in actu

actu quiescit. 8. phys. com. 70.

Mobile quodlibet quod mouetur aliquo motu finito diuerso ſm ſpeciē, neceſſe eſt vt moueatur à quiete oppoſita illi motui. 8. phyſico. tex. comm. 71. & habetur etiam in 5. phyſi.

Mobile quod mouet motibus oppoſitis, oportet ꝙ ſingulariter moueatur eis, cum impoſſibile ſit ſimul moueri. 8. phyſic. text. commen. 71.

Motus quilibet qui nō eſt pars motus, neq; perpetuus, neceſſe eſt vt incipiat poſt quietem. 8. phy. commen. 71.

Motus non ſequitur motum niſi quando ſecundus fuerit perfectio primi non oppoſitus illi, aut hoc contingit per accidēs. ſicut illuminatio domus per candelam quę ſequitur motum candelæ. 8. phyſic. com. 71.

Motus circularis hꝫ principium & finem vnum ſubiecto, ſed duo ſm rōnem, ſed ī motu recto ſunt duo ſm rationem, & ſm ſubiectum. 8. phy. tex. com. 73.

Moueri vno motu cōtinue impoſſibile eſt, excepto motu circulari. 8. phy. tex. com. 74. ꝯ antiquos, qui aſſerebant oīa eſſe in continua alteratione & tranſmutatione. Inde collige, ꝙ etiam in animatis non eſt vnus motus numero, aut vna operatio, vna cōtinua à principio vitæ vſq; ad vltimum. Si dicatur de nutritione quia tandiu viuim⁹ quandiu nutrimur. Dic, ꝙ anima nutritiua non ſemper eundē actū hꝫ, vt patet exercitatis in philoſophia. Si dicatur de motu cordis, pꝫ etiam, ꝙ ibi eſt quies media inter motum ſiſtoles & diaſtoles.

Motus augumenti aut diminutionis, cum ſint oppoſiti, habēt quietem in medio. 8. phy. t. c. 74. vñ pꝫ dari ſtatum. idem 8. phyſi. tex. cō. 23. & 3. de ani. comm. 59. vide in concordantiis.

Motus quilibet ſm locū, aut circularis, aut rectus, aut mixtus q illis poſterior eſt cū ex illis compoſitus ſit. 8. phy. tex. com. 75.

Motus ſimplices ſunt duo, vꝫ, rect⁹ & circularis, quia dimēſiones ſimplices ſunt duæ, motus aūt mixtus eſt qui fit ſuper lineam curuā, aut giratiuam, quæ eſt compoſita ex linea recta & circulari. 8. phyſico. commē. 75. idem 1. cæli. tex. com. 5. & ibi vide Auerro. & Albericum quomodo hoc ſit intelligendum, an, vꝫ, ſimplicitas motus ſumatur prius ex mobili, an ex ſpatio.

Motus circularis eſt perfectus & motus rectus eſt diminutus. 8. phyſi. tex. com. 75. idem 1. cæli & mundi. tex. commē. 12. & 2. cæli. text. com. 23.

Motus finitus eſt diminut⁹, qa pōt ſibi additio fieri, quia inuenit perfectior eo. 8. phy. tex. com. 75.

Motus circularis eſt prior ratione, ideſt diffinitione, motu recto, quia accipitur in diffinitione eius, quia motus rectus eſt qui fit à medio & ad medium, & medium non inuenitur niſi in circulari. 8. phyſi. cō. 75. Ex quo collige quid ſit eſſe prius rōne altero, ſicut & ſubſtantia pp eandem cauſam eſt prius ratione accidente. 7. meta. tex. commen. 4. Quid ſit prius rōne aliquo.

Motus circularis non habet principium, medium, & finem determinata, ſicut ſunt in motu recto. 8. phy. tex. com. 76.

Mobile

Mobile quod mouetur circulariter ſemper eſt in principio, medio, & fine ibidem.

Motus circularis eſt menſura aliorum motuum cum ſit prior natura aliis. 8. phyſi. tex. com. 76.

Mobile ꝙ circulariter mouet quodammodo eſt quieſcēs & quodam modo eſt motum. 8. phy. tex. cō. 76. idem 6. phyſi. 85.

Mobile circulariter ſemper equaliter mouetur circa mediū, ꝙa ſemper diſtat ęqualiter, ſed mobilia motu recto, quanto magis appropinquant locis ī quibus quieſcūt naturaliter, tanto velocius mouētur. 8. phyſi. tex. com. 76. idem 2. cœli. tex. com. 35. & 92.

Motus localis eſt prior etiā omnibus motibus ſm ponentes motū fuiſſe factum de nouo. 8. phyſic. tex. commen. 77.

Motor qui eſt potentia in corpore poteſt diuidi. 8. phyſi. com. 78. In de elicit de mēte Philoſophi omnem formā materialē eſſe diuiſibilem per accidens & ſecundū ſubiecti diuiſionē, alioquin demonſtratio illa octaui, qua demonſtratur abſtractio primi motoris, rueret.

Nota omnē formā materialē eſſe diuiſibilem ſm Peripateticos.

Motiuæ potētię poſſunt dici infinitę duobus modis. 8. phy. com. 79.

Motores, ſiue materiales, ſiue immateriales fuerint, cōueniūt ī hoc ꝙ habent potentiam finitam ī vigore. 8. phy. commen. 79. idem 2. cœli. commen. 71. & 38.

Motus lapidis aut corporū ſimpliciū, neq; naturaliter, neq; ſm violentiam fieri poſſet ſine medio. 8. phyſi. com. 82. idem 3. cęli. commen. 28. & 4. phyſi. commen. 71.

Mobilia terminabilia. i. figurā terminatam habentia aliter ſe habēt in motu quam ſimplicia corpora, quia in ſimplicibus nō oportet, vt idē ſimul ceſſet à mouere & à moueri, ſicut eſt in corporibus terminatis. octauo phyſi. text. com. 82.

Motus proiectorū eſt multū ſimilis motui nauis in vndis qui exiſtimatur eſſe vnus, cum tamē ſit ſucceſſiuus per vndationem quę fit ī aqua, & talis vndatio fit in aere & motu ſagittę proiectę. 8. phy. cō. 82. & habetur ex tex.

Motus proiectorum ī aere & aqua non eſt continuus, ſed videtur. 8. phyſi. tex. commen. 82.

Motus continuus eſt vnius motoris & vnius moti. ibidē. & tex. 83.

Motores qui dum mouent fatigantur, & hoc prouenit, quia ſunt in materia. 8. phyſic. commen. 83. idem ibidem. tex. com. 78. & 79. & in 2. cęli. com. 3. & 71. & in ſecundo cap. de ſubſtantia orbis.

Mouentur citius proxima mouēti 8. phy. tex. com. 84. Ex hoc iterum trahi poteſt argumentum ꝓtra tenētes intelligentiam dare eē formaliter orbi, quia cum intelligentia vniatur orbi nō per dimēſiones īterminatas, haberet igitur eandem rationē & reſpectu circūferētię, & reſpectu aliarū partiū: & ita ex illa ratione non deberet motus velocius apparere in circūferentia q̄ ī cęteris. Non enim orbis illo mō eſſet magis ꝓximus q̄ reliquę partes. ſed ideo dicēdum eſt, quia eſt forma dans operari tātum, & actus agentis fit ī paſſo diſpoſito, & ideo circunferentia vel orbis ſecundum illam habet maiorem diſpoſitionem ad recipiendū motum q̄ partes cētrales, & ſic eſt illa ꝓpinquitas, & quod apud me con-

concludit contra istam viam est hoc, quia si ex intelligētia & orbe fieret vnum, sicut ex forma dante esse, oporteret istam compositionē cognosci per Philosophum naturalem, quia in hoc damnat Auerr. Auicen. opinantem naturalem sumere à diuino corpora esse composita, cum quęlibet cōpositio in corporibus inuenta nō possit cognosci nisi via alicuius transmutationis, patet autem q̄ secundū Arist. viam, vt testatur Commētator in principio libri de substantia orbis compositio ex intelligētia & orbe tanquam ex duabus naturis fuit inuenta per motum localem, sed per motum localem naturalis nō peruenit nisi ad cognitionem primi motoris inquātum est primū mouens, & sic ostendit esse ipsum in maximo circulo, quia ibi pręcipue apparet eius operatio, vt etiam exponit Commēta. in commen. Non aūt nālis per illā viam ascendit ad cognitionem primi principij, vt est forma dās esse, vt isti fingunt. Nam vt scribit Commē. 12. metaphy. comm. 5. lz primus motor & prima forma, & prim⁹ finis sunt eadem subiecto, differunt autē ratione, vñ prim⁹ motor & prima materia à naturali ꝓsiderant, sed prima forma & primus finis à diuino, vt dicit Commenta. in ꝓlogo primi phy. & in 3. met. com. 3. Forte dices, q̄ postquam nālis ascendit ad cognitionē primi motoris demonstrando illum esse abstractū à mā diuinus est, postmodum qui declarat quod est prima forma, & sic quòd sit forma dans esse orbi declaratur in scientia diuina. Sed hoc quidem stare non potest, quia licèt verum est vt asseuerat Commenta. in commen. 5. duodecimi primę philosophiæ, q̄ postquam diuinus accepit pro constanti à naturali primum principium esse abstractū ab omni mā & magnitudine, tunc declarat q̄ sit forma & finis omnium entiū, tamen nullibi in scientia diuina declaratum est primum principiū esse formam informantem cœlū, aut aliquod ens per formalē coniunctionē & inhærentiam, immo oppositum inuenitur determinatū, vt est aperta sn̄ia Auer. duodecimo primę philosoph. com. 37. vbi Aristo. ibi erat in tali loco, vt ostenderet quō primum mouet ī ratione finis & formę, & inqt perfectionē ad quas mouetur ꝑfectū, quędam sunt in subiecto q̄ perfi " citur vt est sanitas in corpore, & " quædam sunt perfectiones extrin " secę ad quas mouetur ipsum quod " perficitur, sicut sunt omnes actiones seruorū erga dominum suū, & ista est dispositio primi principij respectu omnium entium. Ecce igitur clare q̄ diuinus dum declarat Deū glorioſum in ratione' qua est prima forma, non declarat q̄ sit forma coniuncta, aut inhærens, immo q̄ est forma separata, & extrinsecus perfectius, qa prima informatio derogat simplicitati diuinę, non. n. haberet perfectā subsistentiam p se, si cętū informaret, vt p3 intelligentibus, & ineuitabiliter sequeretur ipsum per accns moueri ad motū orbis, & ista demonstrāt in veritate apud intelligēs dispositum & habilitatum ad comprehensionem veritatis. neq; nālis igitur, neq; diuinus agnouit

istam

istam mirabilem vnionē & extraneam, quam isti imponunt primo principio qui nō possunt transcēdere sensum.

Motor corporē nō mouet nisi aut expellēdo, aut attrahēdo, aut vtrūque agendo. 8. phys. tex. com. 85. consimile 7. phy. text. com. 10.

Motus quilibet ſm locum quem lationem vocamus, aut est rectꝰ, aut circularis, aut ex his mixtus. 1. cæ. tex. com. 5.

Motus cęli est nālis ex parte subiecti simplicis ſm primam solutionem, vel ex parte formæ abstractæ ſm secundam. Vide 1. cęli. com. 5. vbi est digressio.

Motuū diuersitatis cā est diuersitas motorum agentium tam ſm genus q̄ ſm speciem. 1. cęli. com. 5. & 81. & 2. cæli. com. 13.

Motus simplex non diuidit in duo, vz, circularem & rectū pp diuisionem, sed pp diuisionem mobilis, vt quia mobile simplex, aliud est rotundum, aliud rectum, ideo motus etiam simplex est alter circularis, alter rectus. 1. cęli. com. 5.

Motus circularis & rectus diffiniūtur in scientia nāli, vt sunt in corporibus nālibus motis natura, nō violentia aut arte, & vt sunt sensibiles. 1. cęli. com. 5. idem habet in paraphraſi.

Motus circularis est terminatus nā pp terminationem medij, sed alij motus circulares qui sentiunt nō sunt naturales, quia non habent centrum terminatum. 1. cæ. com. 5. quod ideo asseruit, quia medium quod ponitur in diffinitione motus circularis est medium mundi, vt scribit Alex. referēte Simplicio, & tale est natura terminatum & vnum, vt est demonstratum in 1. cæli & mundi. Et tale etiam ponitur in diffinitione motus simplicis recti, vt asserit etiam Auerr. in præsenti loco.

Motus mixti est ab elemento pdominante. 1. cæli. text. com. 7. & 8. & 2. de anima. 14, & 39.

Motus omnes compositorū corporum quæ mouentur ſm elementū dominans, aut sunt recti, aut incurui, vel ad dextrū, vel ad sinistrū, vel ante, vel retro, vel circa mediū, vt motus vēctorū: & oēs sunt compositi pter illos q̄ fuerit ad supius, vel ad inferius. 1. cœli commen. 7.

Motus cū dr esse actus entis in potē tia ſm q̄ in potentia; potentia illa qualis sit, vide 9. meta. tex. cō. 11.

Motor primus est actus in quo non est potentia oīno. 9. metaph. text. com. 17. & 12. metaph. commē. 41.

Motus cęli diurnus ab astronomis sumitur pro mensura per quē mēsurant cęteros motus, quia est velocissimus, & tempus istius motus est minimum omnium temporū. 10. metaph. tex. commen. 4.

Motor primus in physicis fuit declaratū de eo q̄ sit ęternus & absolutus ab oī materia, & post. 1. in scīa diuina fuit declaratum q̄ nō solū est principiū tanq̄ motor, sed tanq̄ forma & finis. 10. meta. cōmen. 7. idē 12. metap. com. 5. & 6. 36. 38. 41. & 44. & quarto metap. com. 1: & 3. metaph. commen. 3.

Motus nō est pręter res ī quibus ē. 11. primæ philosophię cap. 8. & in 3. phy. tex. commen. 4.

Motus & mutationis tot sunt species quot entis ibidem.

Motus est actus possibilis inquantū possibile. 11. metaph. cap. 8.

Mobilis

Mobilis proportio ad motū est ꝓportio materiæ ad formā. 9. meta. comm. 11.

Motor mouet tribus modis, aut ꝟz accidens, aut ꝟm partem, aut ꝟm se primum. 11. primæ philosophiæ. ca. 10. in principio. & ī 5. ph. tex. c. 2. de motore habetur eadem distinctio, sed distinctio ista triplex de terminis motus ponitur ibi in tex. com. 5. Animaduerte tamē ꝙ cōsimilis distinctio fieri potest ēt de tempore in quo fit motus, vt bene notauit ibi domin⁹ Albertus.

Motus cum perpetuus sit & perpetua in tempore non sint quomodo motus æternus ī tempore erit. Vide Themistium 4. physi. super 117. & cogita.

Motui contrarium, aut motus est, aut quies. 5. ph. tex. c. 8. & 11. primæ philosophiæ. cap. 10.

Motus esse motum dupliciter contingit, vel vt subiecti vel vt termini. 5. physi. tex. c. 11. & 11. primæ philosophiæ cap. 10.

Mot⁹ est mot⁹ alicuius, & qualitas est qualitas alicuius. 12. meta. c. 3. & elicitur ex textu.

Mobile & immobile non hñt idez principium cōmune, ista est causa in hoc ꝙ scientia de mobilib⁹ est alia à scientia de immobilibus. 12. meta. tex. com. 6. Caueant igitur ponentes vnionem entis ne cogātur dicere scientiam naturalem & diuinam esse vnam & eandem scientiam.

Motus localis non prouenit ab extrinseco motore. 12. primæ philosophiæ. cō. 18. parū post dimidiū. vide in concordātijs nuper editis.

Mouens nullam efficit passionem, sed omne agens facit passionez, & & ideo omne agēs est mouens, & non omne mouens est agens. 12. metaph. cōmen. 23. & habetur in primo de generat. & corruptione. tex. com. 45.

Mouentis primi forma est quodāmodo omnes formæ. 12. metaph. text. comm. 24. & commen. 18. in calce commen.

Motum & tēpus impossibile est fieri, aut corrumpi. 12. me. tex. c. 29. & in principio 8. phy.

Motus sic est cōtinuus vt tempus, nā aut motus est, aut motus quædaz passio 12. primæ philosophiæ tex. c. 29. Ex hoc patet ꝺ dominū Albertum in 4. physicæ auscultationis. tract. 3. cap. 6. & est in tractatu de tempore, vbi habetur aliter motum esse continuum, & aliter tempus auctoritatem Auicen. sequutus. inquit enim ꝙ motus est continuus per accidens, & tempus est continuum essentialier. cū tamen Arist. hic & in 4. ph. tex: c. 99. & 5. metaph. tex. comm. 18. & 6. ph. dicat ista esse eodem modo quanta & continua.

Motus non est continuus nisi ꝙ secundum locum, & huiusmodi illę qui est circulo. 12. meta. tex. c. 29.

Motum impossibile est imaginari sine tpe. 12. met. com. 29. Vide in in concordantijs.

Motor quilibet cuius substātiæ admiscetur potentia possibile est vt in aliqua hora nō moueat. 12. primæ philosophię. tex. cō. 13. idē in 8. physicæ auscultationis cōmen. 4. 8. & 15.

Mouens primū īmune est à potentia, & in nulla existit materia. 12. metaphysicæ cō 35. & 41. idem 8. physi. com. 79.

Motor corporis cęlestis mouet, qa est agens, quia est finis motus. 12. meta. cō. 36. idem 1. ca. de substantia orbis contra Auic.

Motor corporeus necessario mouetur eodem motu quo mouet. 1. de anima. tex. com. 41. vide quomodo sit intelligendum Themistiū ibidem capit. 17. vbi defendit Aristot. ab argumentis Theophrasti. dicit enim hoc intelligi secundū genus, quia si corpus mouet localiter, oportet ꝙ localiter moueatur, sed fallit in specie, quia non sequitur si mouet secundum rectum ꝙ moueatur secundum rectum. Et cogita quia glosa Themistij generaliter nō est vera nisi in motu locali, quia non sequitur in motu alterationis, quia primum alterans quod est corpus cœleste, alterat, ſ3 non alteratur alteratione passiua. sed Aristo. ratio est de motu locali ibi, vt patet.

Motor vt finis & motor vt agēs differunt in nobis: & habet duplex esse in anima & extra animā, qđ autem est in anima, est agens motum, secundum vero quod est extra animam, & mouēs ſm finem. 12. meta. cō. 36. idem 1. ca. de substantia orbis.

Motor corporis cœlestis cū sit magis bonus omnib⁹ bonis est necesse, vt sit magis desideratus omnib⁹ bonis. 12. metaphysi. com. 36. illud. n. quod est maius bonum, necesse est vt sit magis desiderandū.

Motus cœli principium nō est sensus. neq; phātasia, sed imaginatio per intellectum & desiderium. 12. primæ philosophię. tex. cō. 37. idē cō. 36. ibidem. & 8. meta. cō. 12. & alibi sæpe.

Motor primus mouet vt amatū desideratum primum cœlum motum ab eo absq; hoc ꝙ moueatur, & primum cęlum mouetur secundum desiderium vt assimiletur ei secundum suum posse, sicut amās mouetur vt assimilatur suo amato. Alia autē corpora cœlestia mouentur secundum desiderium ad motum primi corporis. 12. meta. comm. 37.

Motus cęli vt declaratum est, est cōpositus ex duobus motorib⁹, quorū vnus est finitæ motionis, & est anima existēs in eo, alter autem est infinitæ motionis, & est potentia quę non est in materia. 12. primę philosophię. cō. 41. vide in Theorematibus nostris, quomodo sit intelligendum.

Motor non mouet nisi quia potentia eius est maior potētia moti, & quanto magis fuerit maius, tanto potentia eius erit maior, & cū potentia motoris non superabunda uerit, non poterit mouere ipsum. 12. metaphy. com. 41.

Motus impossibile est vt pmaneat per suam substantiam, quia habet contrarium. ſ. quietem. 12. meta. comm. 41.

Motus cœli est possibilis ex se, & acquirit necessitatē essendi ab alio, & hoc solum in eo verum est, sed in substantijs, hoc est impossibile. 12. met. cōmen. 41. & ibi redditur causa huius.

Motum quodlibet accidētaliter aut essentialiter possibile est vt quiescat ex se, & motum est ab alio. 12. meta. comm. 41.

Motus vnus est ab vno motore. 12. met. tex. cō. 43. vbi Cōmen. dicit, quòd alioquin motus ille nō esset con-

continuus neq; vnus. vide 8.phy. tex.com.82.

Mobile primum quod mouetur ab anima quæ non est corpus est calor naturalis, & ideo membra qñ infrigidantur motus eorum priuatur 2. Coll'.cap. 18.

Motores plures incitãtes se ad mouendum stellas erraticas ordinantur ad primũ motorem illius stellæ, & omnes intendunt motum illius, sicut est dispositio de motoribus omniũ orbiũ cum motore totius 12.meta.com.44.

Motor q primo mouet animal est virtus animæ quæ est in musculo, & non est corpus de necessitate, & vide rationem demonstratiuã ab Auer. 2. Coll'.cap. 18.

Motus stellarum erraticarum positus ab astrologis sunt trib⁹ modis 12.meta.c.44.

Motus eiusdẽ stellę impossibile est vt sit velox & tard⁹ nisi sit compositus ex motibus. 12.primæ philosophiæ.com.47.

Motus voluntarius est duplex, communis & proprius 2. Colliget cap. 18. & de iuuamentis membrorum quæ sunt instrumenta motus voluntarij.

Motus contrarij q sunt super cosdẽ polos, sunt destruentes se inuicẽ, ita q impossibile est q sint duo motus contrarij super eundem polum, super polos autẽ diuersos & super centra diuersa possibile est, 12.primæ philosophiæ.cõ. 47. idẽ 1.cœli.cõ.32.

Motus giratiuus est violẽtus. 12.primæ philosophiæ, cõ.47. & 7.phy. tex.com.10.

Mouens primuꝫ immobile ens est, vnum, & ratione & numero 12. meta.tex.com.49.

Mot⁹ & reuolutiones cęli sunt infinitę & prior non est causa per se ĩ esse sequentis, sed p accidẽs & Philosophi non abhorrent infinitum per accidens. Ex libro destructio. disp. 1. in solu. 5. dubij.

Motus null⁹ potest denominari totum, neq; summa, videlicet, q sit principatus, neq; finitus nisi ꝓput in anima sumptus fuerit, sicut de tempore & motu circulari. s. q nõ pñt denominari à pari & impari nisi vt sunt in mente⁹. Ex lib. destruct. disp. 1. in sol'. 6. dubij.

Motus reuolutiones prętęriti temporis, aut futuri priuatę à philosophis reputantur, quomodo sit intelligendum ibidem.

Motus aliquis ex supercælestibus si desineret ordo totius vniuersi destrueretur, vel si esset etiã destrueretur, aut esset alius ordo. Nullus enim istorum motuum est sine ne cesse esse, aut sine bene esse⁹. ibid. in sol'. 11. dubij.

Motus in quocunq; animali ex diuina prouidentia consistit in proprio loco ei⁹, videlicet, in meliori naturaliter, ibidem.

Motus corporum cœlestium differunt specie⁹. Ex libro destructionum, disputatione prima, in solutione 11. dubij.

Motus corporum cœlestium omnes ad vnum finem reducuntur, & ad vnum principium, vt vere simile reperitur in pluribus artibus erga vnum finem tendentibus omnes, namque illæ artes ad vnam & eandem reducuntur, quæ princeps aliarum artium sine dubio est. Ex libro destructionum, disputatione tertia, ĩ solutione 18. dubij.

idem 12. meta. 44. & 2. cęli. 42. & in 2. cap. de ſubſtantia orbis.

Motus diuerſi in genere ſ3 philoſophos conceduntur eſſe æterni neceſſario qui eſt vnus motus in reruꝫ natura, vnius numero ab æterno. Et cauſa etiam ꝙ eſſe corporũ generabilium & corruptibiliũ in partibus & ætetnorum ſm totum eſt, quia eſt vnum corpus, & ĩ partibus, & in toto æternũ, & hoc eſt corpꝰ cœleſte, & infiniti motꝰ sũt ſempiterni in genere, quia eſt vnꝰ motus numero ſempiternꝰ, & eſt motus firmamẽti, & ille motus nõ componitur ex pluribꝰ reuolutionibꝰ in actu, ſed tm̃ in intellectu. ex diſpu. 4. in foł. 6. dubij.

Motus qui generat ignem, agẽs ipſius nõ eſt motus, at agẽs vtriuſq; illorũ eſt idem genere. ſ. calor diffuſus in elementa à calore ſtellaꝛ, & eſt ipſemet aer, verũtñ ipſe motus præſtat diſpoſitionẽ qua recipit ſubiectũ formam ignis. Ex paraphraſi meta. tracta. 2. ibi. & dicamus idem 7. meta. 31. 12. meta. c. 18. & quæ ſequuntur &c.

Mobile quod mouetur motu circulari non mouetur naturaliter. Ex diſp. 13. ĩ foł. 1. quod intellige ſic capiendo naturam 1. principio qđ mouet de loco incõpetẽti ad loeũ competentem, qua ſigñatione nã ſumebatur ab Algazele ibidem, vt patet ibidem. in foł. 4. vbi dicit, ꝙ principium motus non eſt virtus naturalis in cęlo, ſicut eſt in elemẽtis, & vide quæ ſequuntur.

Motus orbium non eſt violentũ, qa eſt principium oĩum motuũ. Ex diſp. 13. in foł. 4. & habetur in 1. cœli. & 2. diffuse.

Motus inſpirationis principiũ habet à corde, & motꝰ volũtarius eſt coniunctus huic motui, & ideo accidit ꝙ pulſus magnificaꝛ per motuꝫ, & minoratur per quietem. 2. Collł. cap. 18. de iuuamentis membrorum motus voluntarij.

Motus eſt perfectio cuiuſlibet viuẽtis inquantum viuit. & ſi animaliꝛ nobis præſentia qñque quieſcũt, eſt per accidẽs ratione materiæ neceſſitantis & inducentis laborem. Ex 14. diſpu. in foł. 1. dubij.

Motuum cæleſtium diuerſitas, ꝙ q̃dam ſint verſus occidentem, & q̃dam verſus orientem eſt, quia cęli habent dextrum & ſiniſtrum, qa ſunt animati, & quod eſt dextrum vni eſt ſiniſtrum alteri, & tandem in hoc nulla alia ratio eſt niſi ſimplex natura. Ex diſp. 14. in ſolutione vlt. dubij.

Motor naturalis mouet vt motor & agẽs, ſed motor abſtractꝰ q̃ mouet animas corporum cęleſtiũ mouet, vt forma & finis. Ex libello đ continuatione intellectus ꝑabſtracti cũ homine, vide in concordantijs nuper editis.

Motus leuior à vehemẽtiori expellitur. 5. de generatione animaliuꝫ cap. 1. vbi redditur cã propter qđ, qui aut ſuuꝫ conſpectum à calore validiore tranſtulerint, aut de ſole in opacũ ſe ꝓtulerint, nõ cernũt.

Motus anhelitus cõpletur per duos motꝰ nãlem. ſ. & volũtariũ. Auer. contra Galenum. 2. Collł. cap. 19. de iuuamẽtis mẽbroꝫ anhelitus. vbi dicit, ꝙ ſunt duo prima mobilia. ſ. muſculus in motu voluntario, & cor, & pulmo in motu nãli.

Motor planetarum mouetur ꝑ accidens, vide quomodo hoc ſit intelligendum. 8. phy. com. 52.

Mo-

Motores eorũ quæ ſunt hic mouẽtur per accidens rõne ſui ſubiecti, quia conſtituuntur per ſua ſubiecta, quia motor in talibus eſt forma & motum materia, ſ3 motores planetarum dicuntur motores per accidens qui ſubiectum motus ab eis mouetur etiã à motore totius. 8.phy.com.52.

Motor per accidens equiuoce dicitur de illo qui mouetur ad motũ ſui ſubiecti, & de illo qui dicitur eſſe motor per accidens, qa ſubiectum eius mouetur ab alio motore 8.phy.com.52.

Motori cui accidit in corporib⁹ cęleſtibus vt ſuum motum moucatur ab alio diminutioni atteſtatur & ideo perfectior mouentium eſt mouere motu diurno cũ non accidat ſibi hoc.8.phy.com.52.

Motus localis eſt primus motuũ triplici primitate, temporis, naturæ, & perfectionis. 8.phy.à tex.c.55. vſq; ad tex.com.66.

Motum augmenti præcedit motus alterationis, & motum alterationis præcedit motus localis.8.phy. tex.com.55.

Multitudo abſoluta eſt communior multitudine numerali, ſicut vnũ abſolutũ eſt cõmunis vno numerali.Auer.contra Aui.tract.3.metaphy.in paraphra.ibi obiicit aũt Auic.vbi per multitudinem abſoluram, & vnum abſolutum intelligevnum & multa,quæ ſunt entis inquantum ens diuiſiua.

Multitudo ℓm aliquos antiquos erat priuatio vnitatis potius q̃ vnitas vt ſit priuatio multitudinis,qa priuatio eſt ignobilior habitu.õ quos vide Auer.in 3.tract.meta. in paraphraſi, & ibi ſoluitur dicta eorum ratio.

Multitudinem entium eſſe ex materia,& non propter formam prima philoſophia docuit Com.1.in cœli in paraphraſi in ſumma 8.capite 5.vide 7.primę philoſophię.tex.com.28 & 12.primæ philoſophię tex.com.49.

Multo eſt diuiſibile poteſtate in nõ continua,magnitudo autem ꝙ in continua.5.metaph.tex.com.18. in capit.de quanto.

Multum & magnũ differunt, quia multum eſt in diſcretis,magnũ vero in continuis.5.metaphy.tex. com.18.

Multipliciter dictis & ſi nulla differentia ad ſermonem neceſſe eſt intellectum confuſum habere.1.cœli tex.com.110.

Multoties peruertitur intẽtio rerũ propter trãslatores, & ſequitur ex hoc mutatio in ſermone, Auer.1. metheororum. in digreſſione de via lactea.

Mundum qui ponit eſſe infinitum in quantitate,negare habet ipſum habere principium,ſiue æternum, ſiue nõ æternum.& qui ponit mũdos eſſe plures, cogit ponere plura principia.1.cœli.cõ.33. Vide pro ſecũdo dicto Philoſophum in 12. primæ philoſophiæ.in tex.cõ.49.

Mundum eſſe nouum & antiquũ maxima eſt dña.ibi.cõ.33.

Mundi corruptio ſecundum Platonem poſſibilis eſt ex parte materię.ſed eſt impoſſibilis ex parte agentis. Vide quomodo in primo cęli.com.124.

Mundus ꝑpoſſibile eſt vt ſit maior, aut minor.2.cœli.com.29. & ibi vide cauſam.

Mundi ꝑſiſtentia nihil eſt niſi exiſtentia

ſtentia partium in propriis locis: 3. cæli tex. comm. 21. contra Platonem.

Mundi motus qui natura eminentior, & nobilior eſt, qualis qui extimo cœlo debetur vincit, ſed in homine, qui eſt paruus mundus contingit quandoq; vt q̃ natura prę-ſtantius ſit, ab inferiori vincatur. Themiſt. 3. de anima cap. 67. & habetur in tex. com. 57.

Mundus eſt vnus per vnum principium, aliter eſſet vnus per accidẽs, aut oporteret ipſum non eſſe. Ex paraphraſi meta. tract. 4.

Mundi quæſtio, vtrum ſit vnus, aut plures eſt nobilior & difficilior q̃ſtione, vtrum ſit finitus vel infinitus. 1. cæli. com. 76.

Mundi ſi plures eſſent, non eſſent neque ſuperius, neque inferius naturaliter, ſed in ſola cõparatione. 1. cæli, com. 79. idẽ in parap. ſumma 8. cap. 2.

Muſtum coagulatur & epſeſim patitur. 4. metheo. tex. com. 40.

Muſtum licèt ſit calidius vino, comparatione tamen corporis humani eſt frigidius eo, quia plus vinũ calefacit corpus hominis quã muſtum 5. Coll. cap. 24.

Multotiens exiſtimat, q̃ illud quod ſequitur rem ſit ipſa res. 4. phyſic. commen. 95.

Multitudo, aut eſt rerum differẽtiarum ſecundum formam, aut ẽm quantitatem. 1. phyſi. com. 6. & 1. meta. com. 40.

Multitudo eſt magis sẽſibilis vnitate & diuiſibile q̃ indiuiſibile, quapropter rẽne prior multitudo indiuiſibih propter ſenſum 10. meta. tex. com. 9.

Multitudo quælibet eſt numerabilis per vnum ſpeciei ſuæ. 10. meta. tex. com. 20.

Multitudo eſt quaſi genus numeri. 10. meta. tex. com. 21.

Multitudo eſt vno menſurabilis. ibidem.

Multitudo entium ꝓuenit, aut ex multitudine mãæ, aut ex multitudine formæ agẽtis. 12. meta. cõ. 11. vbi Cõ. notat ꝓ 2. mẽbro, ſi fuerit poſſibile, vt forę diuerſę habeãt cãdẽ matetiã, in hoc enim caſu multitudo proueniet ratione agentis, qđ ideo appoſuit Cõmẽtator, quia in naturalibus hoc eſſe non poteſt, ſꝫ in artificialibus tantum. vide pro hoc 8. primæ philoſophiæ. cõ. 11. in calce com.

Multitudo entium ſecũdum ſequaces Pithagorę prouenit à materia, ſecundum alios prouenit ab inſtrumentis, ſecundum alios vero prouenit à mediãtibus, & primus hoc opinatus fuit Plato. Ex libro deſtructi. diſputatio. 3. in ſolutione 12. dubij.

Multæ rerum in artibus poſitarum quando improuiſo intellectui adueniunt, vt conſuetũ eſt inter vulgares, apparẽt illi intellectui rectè sõnia. Ex lib. deſtr. diſ. 3. ĩ ſol. 18.

Multa comprehenſibilia viſa fiunt ex rebus incomprehenſibilibus viſu, vt dum fit ignis ex aere. 8. phyſ. com. 4.

Mũdus eſt in loco ratione partium. 3. phy. com. 54.

Mũdi ſecundũ aliquos infiniti ſũt, qũidam vero vnum eſſe mundum aſſerunt. 8. phy. tex. com. 1.

Mundum Plato poſuit generatum, ſed non corruptibilem. 8. phy. cõ. 2. & habetur in 1. cæli.

Mundum ſecundum Empedoclem

cor-

corrumpitur quando adunario fit per amicitiã,& corrumpitur quando multiplicatio fit per litẽ. 8. phy. cõ. 2. secus aũt erat de partibus mũdi, vt videtur Auer.

Mundus intelligibilis, quem per se animal vocant Platonici ex numeris primis tãq̃ ex elemẽtis componitur,atq; in illo ideæ & principia mundi sensibilis spectantur. 1. de anima tex.comm. 26.& Themist. vbi clarissime authoritate Xenocratis in his quæ de natura commentatus est.

Mũdus completur per tria,per motorem ęternum, & per motũ ęternum ab eo,& per motum non motorem. 8. phy. com. 48.

Mundi huius existentia his duabus virtutibus consistit,videlicet,virtute motus,& virtute quietis. 8. phy. comm. 84. idem primo cœli 97.& 2. cœli. 102.

Mundus perfectus est,tum quia corpus est, tum quia nihil cõtinet ipsum, partes vero mundi perfectæ sunt, solum quia corpora sunt, diminutæ vero quia partes. Auer. in paraphrasi 1. de cœlo. summa 3. idẽ 1. cœli. commen. 4. vbi addit etiam tertiam perfectionem, quia mundus est vnus numero, partes vero sunt plures,& ideo diminutæ sunt etiam partes respectu totius ex ista causa, quia multitudo indiuiduorum, vt ait,in eadem specie ex diminutione eroritur, & ideo mundus omnib⁹ modis perfectus est. differentia quo ad duo prima membra inter mundum, & partes habetur etiam ibidem in tex.

Mũdus si finitus est,primum Theorema Euclidis verum esse non posset vt videtur,& vide solutionẽ pulchram à lucidissimo Themist. in 3. phy. super tex. 71.

Mũdus finitus est ratione corporis spherici quod ex sua natura finitũ est, & terminatum ab vna superficie,sed corpora recta non sunt finita per se, quin possint diminui & augmentari. Ex libro destruct. disput. prima, in solut. 11. dubij.

Mundus necessario hẽt corpus sphericum ambiẽs ipsum, alioquin corpora procederẽt in infinitum, aut terminarentur ad vacuum, & ambo ista sunt falsa, ibidem.

Mundus sm Philosophos non potest esse maior neq; minor. Ex lib. destructionũ,disputatione 1. in solutione 18. dubij.

Mũdus si esset per se ens ab ęterno, non inquantum mobilis,quia qui libet motus componitur ex partibus nouis, mundus nullum haberet agens. Ex libro destruct. disputatio. 3. in solutione 7. dubij.

Facit pro opinione Gregorij Ariminen.& Ioan. de Baccone, in secundo senten. distinct. prima,quæstione prima. quòd æterna quæ sunt supra motũ non habent causam efficiẽtem. Sed hoc non conuincit,quia Commentator hic accipit agens in ꝓpria sua significatione sumptum, quod vt ipse Algazel arguebat secundum Philosophos est, quod extrahit rem de potentia ad actum, actio enim agẽtis apud Philosophos nihil aliud est nisi extrahere rem de potentia ad actum, & tale agens est verum & præsupponit potentiam, quia si non esset potentia, non esset agẽs, 12. metaphysi. commen. 18.& potentia præsupponit materiam aut subiectum, quia in priuatione

nulla est possibilitas, vt dicit Commentator in dispu. prima in solo. 15. dubij. Et ideo mundus inquãtum mobilis habet agẽs, quia motus educitur de potẽtia mobilis ad actum, & est semper cũ aliqua sui innouatione in suis partibus, sed si esset ens ęternum sine motu, nõ haberet tale agens verum, quia tale vt diximus prę̃supponit materiam aut subiectum, & agit in tempore, & actio vere sumpta fundatur in motu ex 3. phy. & motus in mobili, & motum necessario sequitur tẽpus, & ita ante mundũ esset materia & motus & tẽpus, & ista patẽt intelligentibus. tamen mundus & quodlibet æternum, quo ad suam entitatem habet agẽs ꝑm similitudinem sumendo illud quod dat esse sine motu, sic enim æterna dependent à Deo tanꝙ à causa efficiẽte dãte esse illis sine motu, quia ly res generabiles à prima cã nõ sortiantur esse nisi mediante motu, tamen æterna cum sint supra tempus & motum ĩmediate causantur à scientia eius, quia sciẽtia eius est causa entium. 12. meta. comm. 51. Et istud est agens ꝑm similitudinẽ dictum, & hoc testantur verba eius in prę̃senti solutione. subdit enim Philosophi dicunt mundũ esse ab æterno, & nominat ab eis antiquꝰ ad differendum ab illo, quod innouatur ex re aliqua, & in tempore, & post priuationem, & hunc mundum generationis, vt d. Cõmenta. intendebat remouere Arist. à corpore cælesti in 1. cœli. vt poteris videre in cõmen. 20. vbi dicit ꝙ generabile verè & non trãsumptiue sumptum est quod generatur in tẽpore, & ab aliquo, & istum modũ generationis vult excludere Arist. quia talis generatio vt dicit hic, fit ex aliqua re tanquam ex subiecto seu materia, & fit in tẽpore & post priuationem.

Mundus est innouatus à Deo bene dicto secundum Philosophos, & quomodo, vide in libro destructionum, disputatione 3. in solutione septimi dubij.

Mundus supremus cũ Deo glorioso sic se habet cum rebus inferioribus, quòd mundus inferior in suo esse semper est adiunctus priuationi in suo esse, & adhuc adiungitur ei sicut est in esse motus. s. ꝙ semper indiget mouente. & in hoc differunt res æternę à rebus creatis, quia effectę, quando sunt non adiungitur eis priuatio, propter quã agente indigeant, & ab eo cõtinuetur suum esse. Ex disputatione 3. in solone 8. dubij. Vide in contra dictionibus nuper editis.

Mundus si in tali dispositione esset ꝙ eius substantia non esset in motu non indigeret post in suo esse Deo benedicto, sicut domus post suum esse non indiget domificatore. Ex libro destructionum, dispu. 3. in foꝛ. 9. dubij.

Mundus ꝑm Auicennam est de prædicamento relationis. ibidem.

Mundus, vt opinati sunt Philosophi, habet causam agẽtẽ ab ęterno, qui semper produxit eum de priuatione ad esse, Ex libro destructionum, disputat. 3. in solutio. 10. dubij. Vide in concordantiis nuper editis.

Mundus est vnus secundum Arist. & ab vno procedit, & vnum quodãmodo est causa vnitatis, & pluralitatis causa ab alio modo.

Ex

Ex lib. destru. disputatio. 3. in solutione 12. dubij.

Mundus ex quinque constat corporibus. s. ex corpore supercœlesti, & ex quatuor aliis corporibus elemẽtalibus, quorum vnum est graue absolute, & est terra, aliud leue absolute, & est ignis, & duo alia media. s. aer & aqua, & hoc demonstratiue à Philosophis est probatum, ex lib. destruct. disputa. 1. in solut. 11. dubij.

Mundus habet vnam virtutem diffusam spiritualem, ex qua colligãtur omnes virtutes spirituales, & corporeæ, & est vnigenea extensa in toto vniuerso. Alioquin nullus ordo esset ī eo. Ex disputa. 3. in solu. 18. prope finem, & est philosophi sententia 1. cœl. 100. & in principio libri metheo.

Mundus secundum philosophos vere similis est vni ciuitati, ī qua est vnus princeps sub quo sunt multi principatus subiecti ei. Ex disputatione 3. in solut. 18. dub. ī fine, & habetur ex fine primæ philosophiæ & etiam ibidem. com. 44.

Mundus apud philosophos habet causam agentem æternam. & ratio eorum est, quia mundus est opus, aut quid consequẽs opus, & quodcunq; sic se habens indiget sine dubio agente essendi in suo esse, quia concluserunt ex hoc ꝙ mũdus habet agens existens in suo eẽ, ex disputa. 4. in lib. destruct. in solutio. 1. dub. Ecce locum apertũ contra Gregorium Ariminensem & Ioan. de Baccone volentium solum motum habere causam efficientem æternam ſm Auer. sed nõ cœlum, aut aliquam substantiam, patet enim ꝙ si cęlũ d ponit quãtum ad motum, deponit etiã quãtum ad suum esse per eandem rationem, Nec valet si dicatur ꝙ Cõmenta. loquitur de toto mũdo, sed non de cęlo. Sed contra, quia Cõmen. in lib. destru. in 3. disput. in solotione 10. dub. facit etiam eandẽ rationem de cęlo. inquit enim, ꝙ esse corporis cœlestis consistit in motu, & ideo dans motum dat esse de necessitate. Amplius in 2. cap. de substantia orbis. expresse dicit quòd cęlum & si simplex sit, & corrumpi non possit, & non indigeat in suo esse anima sensibili, neque imaginatiua sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper, & virtute, quę non sit corpus, neq; virtus in corpore ad largiendum ipsi permanentiam æternam & motum æternũ, & qui nõ habent principium neq; finem. Et debes scire ꝙ istud corpus cœleste non indiget virtute mouente, sem per tantũ, sed largiẽte virtute ī se, & in sua substantia permanẽtiam sempiternam. Ecce qũo expresse substantia cęli dependet in eodem genere causę, sicut & motus ab ipsa intelligentia quod continuatur ex casu, quem ponit statim, subdit enim quoniam & si simplex sit, & non habet potentiam vt corrumpatur, tamen est finitę actionis necessario, quia est finitarum dimensionum & terminatarum superficie continente ipsum, & omne tale cum intellectus posuerit ipsum existens per se necessario est, vt ita sit de finitate suæ permanentiæ, sicut de finitate suę actionis, declarauerat enim iam in 8. phy. cõ. 79. & 12. meta. clarius com. 41. ꝙ omnis potentia existẽs in corpore est finita

Contra Grego. Ari. & Ioã. de Baccone.

finita necessario, & licèt cœlũ nõ habet nisi potẽtiam ad vbi, illa est necessaria finita etiã, & propterea non est in cœlo potẽtia, nisi ad quẽtem, cum autem cœlum suum esse habeat in motũ consistens, si quis poneret cœlũ per se, sine intelligentia ita esset, sicut est de motu eius, vnde sicut motus cœli non esset, nisi esset motor separat⁹, ita etiã nec esse cœli? quid clarius, & apertius dici potuit: immo mirũ est de istis viris illustribus, qui ita allucinati sunt in re clarissima, quia Com. in eodem loco fatetur se feciſſe illã digressionem propter amorẽ, quia multi dixerunt ſm Aristo. cœlum non habere causam, nisi mouentẽ tantum, & non efficiẽtem, aut agẽtem. Et est opinio ista quã isti imponunt Auer. & Arist. & tñ Commentator ex sententia istam opinionem reprobat, & immorari in hoc est superfluum.

Mundus necesse est, vt habeat vnũ efficiens sagacissimum & sapientissimũ, à quo entia cuncta seriatim ministrentur. Ex disputatio. 9. in solu. 3 dub. & habetur ex fine 12. primæ philosophiæ.

Mundus si innouaretur inquantũ est ens naturale magis esset conueniens, quod innouaretur ex principiis naturalium rerum, quàm ex principiis artificialium rerum. s. à voluntate. Ex dispu. 10. in solutione primi dub.

Mundus non potest habere aliam dispositionem naturalem ab ista in qua est modo. octauo physico. com. 9. & 21.

Mulier inuenitur à masculo & magis. 7. Metaphy. commen. 31. & elicitur ex tex. vbi Philosophus dicit quòd non in omnibus dispositionibus generatum dicitur assimilari generãti. Non enim, vt inquit, oportet quòd ex viro semper vir fiat, etenim ex viro fœmina etiam fit, & Commenta. addit & magis, vbi collige quòd sunt plures fœminæ quàm mares, & huius causa naturalis esse potest, quia maior potentia caloris, & virtutis requiritur ad generationem maris, quàm fœminæ. Theologi autem aliam huius causam assignant, &c.

Mulier specie nõ differt à mare. 10. Metaphyſi. tex. commen. 25. & ibi vide causam.

Mulieres molliores leuiores & minus pilosę sunt, quàm viri propter menstrua. In viris autẽ huiusmodi excrementum tendit in partes terrestriores. Auer. primo de generatione animalium, in commen. quod correspondet capi. 19. in tex. Aristotelis, & incipit, ĩ Auer. scrutemur modo de quidditate seminis fœminei.

Mulieres cõcipere possunt sine delectatione in coitu. Arist. 1. de generatione animalium. cap. 19. vbi Auerro. dicit, quòd vulgus putat, quando sic impręgnantur parere masculos, & ipse interrogauit mulieres, quibus fidem adhibebat, & affirmarunt illud.

Mulieres habent humiditatem, quã emittunt hora coitus, & ex necessitate materiæ, & propter delectationem, sed hoc non arguit illã habere vim ad generandum effectricẽ: nam puero in somno accidit delectatio, & tamen semẽ eius non est prolificũ. ibidem. Vide etiam Aristote. primo de generatio. animalium. cap. 20.

Mulier

Mulier & equa dum grauida sunt coitum patiuntur. Aristo. in 4. de generatio. anima. cap. 5.

Mulieris quæ ad rem veneream incontinentes sunt, libidine cessant cum sæpius generarint. Arist. in 4. de gener. anim. cap. 5.

Mulieribus laborare assuetis facilis est partus, labore enim excrementi consumit, quæ in mulieribus otiosis augentur, cũq; parturigo laboriosa sit, labor & exercitatio actę vitæ facit, vt spiritũ retinere possint in qua re partus facilitas cõciliatur. Aristot. 4. de generatio. animalium. cap. 6.

Mulieribus paucis contingit vt prægnantes fecilius degant, & corpore melius valeant, videlicet, his quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ absumi possunt cum alimento quod fœtui ministratur. Aristot. in 4. de genera. anima. cap. 6.

Mulieribus pili in mento non prodeunt, nisi in terminum cum menstrui cursus sustituerunt, & vt in terra Caria sacerdotibus mulieribus euenire aiunt quod diuinationis iudicium interpretatur. 3. de natura anima. cap. 11.

Mulieribus quibus profluuium mẽstruorum deest, magna pars sterilis est, verum fieri potest, vt aliquæ etiam earum sine eorum profluuio concipiant. 7. de natura anim. cap. 1.

Mulieres candidiores, & minus corpulentæ, plus mensibus abundant fuscis & carnosis, ibid.

Mulierem concepisse argumentum est cum statim a coitu locus secessit, & si semen intus susceptum in septimum diem permanserit concepisse iam certum est. 7. de natura animalium. cap. 3.

Mulieres in vtero tardius quàm mares perfectionem quãcunque partium recipiunt, sed cum in lucem prodierint, fœminę otius quã mares accrescunt, & ętate florent, & senectute macerantur, & magis quæ pluries pariunt. 7. de natura anim. cap. 3. vide causam. 4. de generatione anim. cap. 6.

Mulieribus concipientibus accidũt purgationes effluxiones, & abortiones, & vide istorum differentiã, in 7. de natura animalium. capi. 3. purgationes enim accidunt cum cõceperit, vt plurimum ad tempus quoddam. s. triginta dierum, maxime si concepta est fœmina, quadraginta autem si mas à partu etiam purgationes eodem modo consequi volunt effluxiones vocantur, quæ intra septimum diem corruptiones inciũt, abortiones autem quæ inter quadragesimum.

Mulieres quæ marem conceperunt minus pallent, & facilius exigunt, contra quæ fęminam, sunt enim pallidiores & grauius degunt. 7. de natura anima. cap. 4. & est sententia Hippocra. in libro separatorũ sermonum.

Mulierbus pluribus desinunt menstrua circa quadragesimum annũ, quod tempus quæ excesserint his ad sexagesimum seruantur, etiam nonnullæ eo tempore pepererunt, sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere. septimo de natura animalium. ca p. 5.

Mulieribus grauidis appetitus varij prouenire solent, eitoq; communiri, qđ picare quidam à pica aue denominant. 7. de nã anima. cap. 4.

Mulier

Mulier quæ fœminam concepit tardius parit, mas enim ex vtero celerius prodit, fœminæ enim partus tardior est, dolor etiam continuus ex fœmina, sed obtusior ex mare acer, & longe molestior. ibid.

Mulier & septimo mense, & octauo & nono parere potest, & quod plurimum decimo, nonnullæ etiã vndecimum tangunt. hoc autem homini propriũ est, cæteris enim animalibus pariendi statutum est. ibidem.

Mulieris in ægipto, vt plurimũ geminos pariunt. ibid.

Mulier quædam quatuor partibus viginti edidit: singulis enim partibus quinq; enixa est. ibid.

Mulieribus & viris multis euenit, vt coniuncti inter se nequeant generare, vbi dissociati se aliis immiscere queant, quod idem in maris aut fœminæ procreatione euenire certum est. 7. de natura animal. ca. 6.

Inde collige aliquos ex naturali proprietate esse marium generatiuos, aut fœminarũ. scribit enim Arist. in eodem loco ℘ sunt quædam fœminæ, quæ non nisi marẽ, & quidam viri qui non nisi fœminam procreant. vt de Hercule fabulantur, qui inter duos & septuaginta liberos, fœminam vnam tantummodo genuit.

Mulier est magis misericors, & ad lachrimas propensior quàm vir, inuida item, & magis quærula, & maleuolentior & mordacior, & præterea anxia, & magis desperans, quàm mas atq; impudẽtior, & mẽdacior, quin etiam facilior decipi, memini sileq; aptior. ad hæc vigilãtior, segnior, immobilior, denique est, & minus cibi desiderans. 9. de natura ani. cap. 1.

Mulier prægnans à quarto, vsque ad septimum mensem, vtrum formacari, vel flobotomari debeat existẽte necessitate. vide 7. Col. ca. 4. vbi tenet contra Hippocratem farmaciã non ducere ad bonum finem. & vide rationes eius: & de hoc vide Conciliatorem in differentia.

Mulieribus omnium animalium ĩter fœminas maxime purgatio mẽsium contingit. 7. de natura animalium. cap. 1.

Muli generatio nunquid fit à simili: & quomodo. vide 12. Metaph. commen. 15.

Muli sunt steriles à toto genere, & vide causas veras ab Arist. in 2. de genera. animal. ca. 6. contra Empedoclem & Democri.

Mulam concepisse iam constat. ex 2. de gener. anima. cap. 6.

Muli genitale fœminarum non olfaciunt, vt cætera, sed excrementum veficæ tantũ. vide causam ab Arist. in 2. de genera. aĩal. cap. 6. in fine. Vbi aduerte ℘ Auerr. forte ex deprauato textu locum illũ male interpretatur. & dicit oppositũ, videlicet, ℘ muli non olfaciunt vrinam fœminarũ, sicut faciunt equi, & alia animalia.

Mula gemellos peperit, quod prodigium accipitur. 6. de natura animalium. cap. 22.

Mulæ in syria terra super phenicẽ & coeunt, & pariunt omnes. 6. de natura animalium. cap. 24. Nota tamen ℘ istud genus est diuersum ab illo mulorum genere, quod ex coitu equę & asini generatur, licèt sit simile facie, & ipsemet Arist. seipsum declarat infra in eodem lib. ca. 36. vbi ptractat de mulis quos

terra

terra syria fert.

Mulabus nulli mẽses mouentur. 6. de natura anima. cap. 18.

Mulus diu viuit iam quidam ad octuagesimum annum potuit agere, vt athenis. 7. de natura animalium. cap. 24.

Musciliones generãtur ex vino corrupto. 12. primæ philosophiæ. cõ. 18. in prin. digressionis.

Musculus est primum mobile à calore naturali. 2. Coll. cap. 18.

Musculorum numerus secundum Gale. est 529. ibid.

Mus genit⁹ ex semine, & mus genitus ex putredine propter magnam similitudinem videntur esse eiusdem speciei, sed nõ sunt: sensus. n. nequit iudicare in quo species sit, vna autem plures in omnibus locis. Cõmenta. in 1. de generatione anima. cap. 1.

Mustella dimicatura cum serpente rutam comedit: odor. n. eius herbę serpentibus molestus est. 9. de natura anim. ca. 6.

Mutatio omnis à natura remotiua est. 4. physic. tex. com. 128. & vide in cõmẽto limitationem. idem 8. phy. tex. c. 59.

Mutatio quælibet, aut est de subiecto in subiectum, aut de non subiecto in subiectũ, aut de subiecto in non subiectum. 5. physi. tex. commen. 7.

Mutationes concretim fieri intelligo, non solum illas in quibus partes simul omnes mutãtur, sed etiã illas quomodo indigent tempore, The. 6. physico. 56. vbi taxat Alexan. opinantem omnem mutationem in tempore esse.

Mutatio nostra de existimatione in existimationem est transmutatio necessario. 8. phy. tex. c. 26.

Mutatio subita est quando omnes partes simul toto corpore, aut alterantur, aut augentur. The. 6. phy. 32. & habetur 1. phy. contra Melissum. tex. com. 23.

Mutationes momentarias negare, hominis est sane sensu carẽtis. idẽ The. 6. phy. 32. & Com. ibid.

Mutatio loci iam perfectorum motus est. 8. phy. tex. com. 57.

Mutatur autem aliquid tripliciter, ſm accidens, ſm partem, & per se. 5. phy. t. c. 1. & in 11. primæ philosophiæ. ca. 10. in prin.

Mutatur omne qđ mutatur, aut ex subiecto in subiectũ, aut ex nõ subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in nõ subiectum. 5. phy. tex. cõ. 6. & in 11. meta. cap. 10.

Mutationes paruę causam afferunt magnarum mutationum non sui rõne, sed cum euenit, vt principiũ vnà cum istis mutetur, principia enim quãuis magnitudine parua sint, tamen facultate sunt magna. Aristo. in 5. de genera. anim. cap. 7. ideo Poeta dixit.

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Dum mala per longas conualuere moras.

Mutatur quicquid mutatur in tempore. 6. phy. tex. com. 50.

Mutatum quodlibet præcedit mutari. supra t. com. 55. & infra.

De litera N.



Asus diuidit᷑ in symũ, & non symum, sicut aãl in masculinũ & fęmininũ, sicut quãtũ ĩ equale, & inęqual'. 7. Metaph. com.

commen. 17.

Naſus ſymus eſt vnuꝫ eſſentialiter, ſed homo albus eſt vnum per accidens. 7. meta. text. c. 41. & vide ibi Auer. declarantem hoc, quia concauitas in naſo eſt inſeparabilis, ſꝫ albedo ab homine non eſt inſeparabilis: albedo enim inuenitur in pluribus ſpeciebus alijs ab hoīe.

Natura nihil agit ſuperfluū. 1. ph. com. 56. idem 1. cœli. 32.

Naturalis non debet contradicere ei qui negat ſua principia. 1. phyſic. t. comm. 11. idem. 8. phy. t. c. 22.

Vnde Them. hic adducit pulchrā rōnem: nam ſi phyſicus poteſt demonſtrare naturam eſſe, aut hoc erit per principium naturale, & ſi ſic, tūc eſt petitio principij. aut ex aliquo principio extrinſeco, & ſic non erit demonſtratio, aut rō naturalis, ſed alterius artificis, quia d̄ monſtrationes ſpecificantur à medijs, tangit Cōm. 8. phy. com. 22.

Naturalis non accipit à primo philoſopho corpora componi ex materia & forma. 1. ph. contra Auic. Cōm. com. vlt.

Naturalia differunt ab artificialib⁹, quia hñt principium motus per ſe. 2. ph. tex. c. 2.

Naturæ diffinitio eſt manifeſta per ſe, & ponitur in ſcientia naturali. 2. ph. com. 3.

Naturæ diffinitio non dicitur vniuoce neq; æquiuoce, ſed ſecundū prius & poſterius. 2. ph. com. 3. & 5. meta. com. 5.

Naturam eſſe eſt manifeſtum per ſe 2. ph. com. 3. & t. c. 6.

Natura quæ eſt forma, eſt ſubſtantia, quæ eſt in ſubiecto, quod ſuſtentatur per illam.

Natura quæ eſt materia eſt ſubſtantia, quia eſt ſubiecta. 2. phyſi. commento 4.

Naturalis accipit à primo philoſopho, quòd natura quæ dicitur de forma eſt ſubſtantia. 2. phy. c. 4. & 5. meta. com. 5.

Naturalis conſiderat de ſuperficie, linea, & p̄ncto, & corpore, vt ī mā, & vt ſunt vltima corporis ſenſibilis, ſeu tranſmutabilis. 2. phy. tex. c. 16. 1. cœli. com. 1. 3. cœli. com. 5. 6. meta. tex. c. 2.

Naturam agere propter finem eſt propoſitio maxima, & eſt maximum fundamentum in ſciētia naturali, & in ſcientia diuina, quia ſi naturalis non conceſſerit eā, tunc negat mām eſſe pp formam. Ex quo ſequitur ipſum negare agēs, & ſimiliter ſi diuinus negauerit eam, nō hꝫ viam ad probandum ꝙ hoc hꝫ ſolicitudinem de rebus quæ fiunt hic. 2. phyſi. com. 75. Et aduerte ꝙ rōnes illæ adductæ in 2. Phy. ad ꝓbandum nām agere pp finē, non ſunt naturales, quia nām agere pp finem eſt manifeſtum per ſe: & tales rōnes vſitantur cū aduerſarijs. ſ. negantibus principia naturalia, ſicut notat Com. in eodem. 2. ph. comm. 80. & tex. comm. 84. & per conſequens ſunt dialecticæ, vel primæ philoſophiæ, vt dicit Cō. ibid. com. 84. nam propria per ſe nota non poſſunt demonſtrari, ſed elēchice poſſunt perſuaderi. vt patet ex quarto, primæ philoſophiæ. tex. com. 9.

Natura complet multa, quæ ſunt p artem, & ars multa, quæ ſunt per naturam. 2. ph. cō. 77. & 79.

Naturalis magis debet conſiderare de cauſa finali, quàm de cauſa materiali.

teriali. 2. phy. tex. com. 91.

Natura constantium nihil inordinatum. 8. ph. tex. com. 15.

Natura est causa omnis ordinationis. ibidem.

Natura constantium partes etiam à natura sunt, non sic in his quæ arte, aut manu fiunt: domus enim ꝑ artem fit, lapides nõ fiunt. The. in principio. 2. phy.

Naturales res non sunt extra ordinẽ nisi raro causaliter. Com. 8. ph. comm. 15.

Naturalia videntur habere eundem ordinem terminatũ. s. currere eodẽ modo, aut semꝑ, aut frequenter: illa autem quorum principiũ est voluntas videntur diuersificari, & non sequi eundem modum actus. ibidem.

Naturę actiones necesse est, vt habeant continuationem & ęternitatem, aut in agendo alterum contrariorum tantum, vt motus iguis ad superius semper, & terrę ad inferius: aut in agendo duo contraria successiuę, sicut de generatione & corruptione consequentibus motum solis, & alijs contrarijs consequentibus istum motum. 8. physicorum. commen. 15. & elicitur ex textu ibid.

Natura partis & totius est eadem. 8. physi. com. 15.

Naturalis in diffinitionibus vtetur materia, sed diffinet per formam. Themistius in 2. physicorum. super tex. 21.

Naturalium quædã sunt corpus, & magnitudo, vt corpora simplicia: quędam vero habẽt corpus, & magnitudinem, vt corpora mixta, & prędipue animata, & quędam sunt principia habentium corpus, & magnitudinem, vt materia & forma. 1. cœl. com 1.

Natura rerum omnium est trina. 1. cœli. tex. cõ. 2.

Natura non patitur aliquid torpere, aut feriari, sua in singulis ingenia continentur, officia quęque & gestiones suas quęq; agnoscãt, agi tantq;, & quasi pensa persoluunt. The. 1. de aĩa. tex. cõ. 13. & sumit' ex 1. cęli. tex. c. 32. & ex. 3. de aĩa. tex. com. 45.

Natura naturata ita fecit, vꝫ ꝙ posuit numerũ ternarium in rebus, & nos sequimur opus eius. 1. Cęli comm. 2.

Natura de cælo & aliis corporibus æquiuoce. 1. cęl. cõ. 5. vide pro hoc 2. phy. com. 3.

Natura dicitur de forma abstracta, quæ est in cælo, sicut dicitur de alijs formis corporum simplicium. Cõm. 1. cæli. comm. 5. vide in cõcordantiis.

Naturale in aliqua specie, necesse ẽ, vt sit prius accidente. 1. cæli. com. 14. & 62. idẽ 4. phyſic. com. 43. & 67. & 2. de anima. 133. & 3. de anima. 28. vide consimile de quiete. 2. cęli. 14. idem. 17. & tex. com. 83 & 18. idem. 3. cœli. te. cõ. 18. & 4. cœli. 41. com.

Naturę rerũ dant eis, aut vt semper sint, aut semper nõ sint, aut vt aliquando sint, & aliquando nõ sint. 1. cœli. com. 138.

Natura constantia ex eisdem corrũpuntur ex quibus constant. 1. cęli. tex. com. vlt.

Natura facit de possibilib⁹ semper, quod melius est. 2. cæli. tex. cõ. 34. idem 8. phy. tex. com. 56. & in 2. de partibus animalium. capitu. 14. Aduerte tamen pulchram

diffe-

differentiam quam notat Cõmẽ. in com. 34. 2. de cælo, quia melius ex duobus possibilibus in animalibus, quę sunt hic, est contingẽs, sed melius de duobus possibilibus in rebus æternis est necessarium. sic igitur licèt naturam in omnibus efficiat de possibilibus quod meli⁹ est, non tamen est eadem rõ corruptibilium & ęternorum: quia non sunt eiusdem tribus, vt dixit doctissimus Homerus in 4. Iliados, & philosophus 10. primæ philoso-phiæ. t. c. vlt.

Natura nihili, vt cõtingit operatur neq; de animalibus curasse, q̃ sunt hic, cælestia autem quæ sic præciosa sunt despexisse putandum est 2. cæli. tex. cõm. 50. Inde elicitur, ꝙ natura de rebus nobilioribus magis solicita est. consimile 2. physi. contra antiquos. t. c. 46. & in 1. de partib. anima. cap. 1.

Natura nihil ociosum operatur. 2. cæli. & com. & tex. 50. & 1. cæli. t. com. 32.

Naturalis & astrologus conueniũt in qõnib⁹ de ordine & situ, & qualitate motuum, sed in maiori parte astrologus dat quia, & naturalis propter quid. 2. cæli. com. 57. vide etiam 1. meta. com. 19. & 12. met. com. 44.

Naturalis & astrologus eandem qõnem absoluere possunt à priori & per causam, sed modus causarum est diuersus, quia astrologus demõstrat per causas abstractas ſm rationẽ à materia, sed naturalis per causas, quæ sunt concepræ cũ materia. 2. cæli. com. 57. idem 2. phy. tex. c. 18. & 19.

Natura nihil irrationabiliter, neq; frustra facit. 2. cæli. tex. comm. 59. & 1. cæli. 32.

Natura adequat & facit ordinem. 2. cæli. tex. com. 69. Inde tangit Cõmen. in prologo physicæ auscultationis. & Græci expositores ostendentes naturam iustitiæ esse in entibus, quæ est iustitia distributiua, quæ attenditur secundũ geometricam proportionem, tribuens vnicuiq; ſm eius dignitatem. Quod & antiquissimus Hippoc. etiam asseuerauit, inquiens naturam animalium esse iustam, peritam, præuisiuã, vt allegat Gal. in 5. de vtilitate parti. cap. 9.

Naturales ponunt naturã esse, & naturalia quasi hoc sit notum per se. 2. cæli. com. 83. idem 2. phy. cõ. 3. & tex. c. 6. & 1. cæli. commen. 5. & 8. phy. 23.

Naturalis sicut ponit ꝙ corpora naturalia habẽt motum naturalem, sic ponit ꝙ corpora naturalia debẽt habere quietem naturalem in corporib⁹, quæ apta nata sunt moueri & quiescere. 2. cæli. cõ. 84. idẽ 1. physi. com. 11.

Naturalis & geometer cõicãt in tribus magnitudinibus, sed diuersis modis, quia naturalis considerat, vt sunt in materia: Geometer vero vt sunt separata à materia. 3. cęli. com. 6. & 1. cęli. commen. 1. & 2. physi. 18. & 19.

Naturalibus magnitudinibus incõuenientia contingentia in maiori parte non contingunt mathematicis, & ratio est, quia cõsiderat de illis, vt sunt vltima materiæ, sed mathematicus, vt sunt abstracta. 3. cæli. tex. com. 6.

Natura semper desiderat quod melius est. ex 2. de generatione & corruptio. tex. com. 59.

Natura-

Naturalissimum opus viuentium est, quæcunque perfecta, & non orbata, aut generationem spontaneã habeat facere, tale alterum quale ipsum. 2. de ani. tex. commen. 34.

Natura constantium omnium terminus est, & ratio magnitudinis & augumenti supra tex. cõm. 41.

Natura nihil frustra facit neq; deficit in necessariis, nisi in orbatis, & imperfectis. 3. de ani. t. cõm. 45. & 1. cœli. t. c 32. & 2. cœli. 50. & 59.

Natura entia quælibet habent ascensum, & descẽsum in suo esse. 3. de ani. commen. 45.

Naturæ quæ sursum semper principallor est. 3. de ani. tex. cõm. 57.

Natura dæmonia est nõ diuina. Aristo. in libro de diuinatione secundum quietem.

Naturalia omnia, aut sunt propter aliquid, aut sunt accidentia necessario consequentia materiam. 3. de ani. tex. commen. 60. idem 2. Physico. tex. commen. 88.

Natura specialis nullum habet esse, nisi in intellectu. 1. Meta. cõ. 26. idem 1. de ani. cõm. 8. & 3. de ani. commen. 18. 12. Metaph. cõm. 4.

Nulla natura est media inter abstractum, & materiale: hæc. n. duo cõtraria æternum, & corruptibile manifestum est, quòd sunt immediata. 1. Meta. cõ. 39. idem 1. Phy. cõ. vlt. & 3. de anima in solutione tertiæ quæstionis. commen. 5. & 12. Metaph. commen. 25.

Natura est principium quoddam, & causa motis & motus, eius ĩ quo est, primo, per se, & non secundum accidens. 2. Physi. tex. cõ. 3. Notanter dicitur esse principiũ: quia notat causam efficientem, quia principium proprie sumitur pro causa agente & mouente, vnde Simpl. & omnes græci expositores asseruerunt principium positum in diffinitione naturæ stare pro causa efficiente: dicitur autem quoddã, quia ẽt intellectus practicus est de principiis efficientibus: non enim omnia quæ fiunt à natura fiunt: fiunt etiã nonnulla ab aliis causis, sicut ab intellectus & casus: dicitur autem, & causa, quia natura non solum dicitur de forma cuius est agere & mouere, verũetiam de materia, cuius est pati & moueri. 2. de generat. & corrup. tex. cõ. 53. & quia sicut dicit Cõm. in 2. Phy. cõ. 1. aliqua corpora nãlia respectu alicuius motus habẽt principium actiuum tantũ, vt elementa in motu locali: nõ. n. habent principium passiuum maxime dum mouentur de potentia accidentali, quia non habent resistentiam intrinsecam: non. n. diuiduntur in partem per se mouentẽ & in partem per se motam, sicut animalia cum sint solã composita ex prima materia & forma: & mã non potest esse subiectum motus. 5. Physi. tex. cõm. 8. & ista est sententia eius. 4. Phy. c. 71. vbi habet ꝙ elementa in vacuo non possunt moueri. & in 8. Phy. cõm. 30. & 3. cœli cõ. 28. & alibi frequẽter: ĩ motu autem alterationis habent principium passiuum, & non actiuum: & ideo principiũ in descriptione naturæ sumit equiuoce pro principio actiuo & passiuo. i. analogice, sicut dixit, quia in descriptionib. nõ potest aliquis facere plus isto, & iõ causa, cum distinguatur à principio secundũ rõnem stat pro materia. Aut aliter dici pót, ꝙ principium dr̃ proprie, & causa proprie,

& ſicut principium ſtat pro cauſa efficiente, & ſm Comment. etiam pro materia poſſumus ſumere cauſam pro cauſa finali: quia finis eſt cauſa cauſarum: & tunc poſſet ſubtiliter dici ꝙ cum motus poſitus ī diffinitione naturæ ſit motus large ſumptus, qui diffinitur ī 3. ph. vnde Ariſto. in principio 3. phyſico. oſtendens rationem ordinis dicit, ꝙ quia in diffinitione naturæ ponitur motus. ideo oportet diffinire motū quid ſit, & patet quòd motus ibi ſe extendit ad generationem ſubſtantialem: & tunc poteſt dici ꝙ natura eſt principium effectiuum aut materiale, vt vult Cōment. in aliis motibus proprie dictis: in motu vero gñationis qui rectius dicitur mutatio natura eſt cauſa, ſ. finalis, vnde Ariſtote. in 2. phy. tex. comm. 14. dicit generationem eſſe, aut dici naturam: quia eſt via in naturam: denominationes enim in naturalibus fiunt à termino ad quē, & à fine. iuxta illud Philoſophi in 2. de anima, tex. comm. 49. à fine vnumquodq; denominare iuſtum eſt. Aut aliter etiam dici poſſet, & eſt alia ratio, quia ſine dubio diffinitio iſta dicitur analogicè de ſuperioribus & inferioribus, & de principio paſſiuo & actiuo: ſiſr de diuerſis motibus non dr̄ ſecundum vnam rationem vniuocam: & ſimiliter neq; ſm vnam & eandem rationem poteſt eſſe reſpectu motus & quietis. vnde in habētibus motum & quietem eſt cauſa vtriuſq;, & in habentibus motum tantum nā dicitur eſſe proprium motus, & in habentib. quietē tm̄, dr̄ eſſe cā quietis, nam ſi quies ſumatur, vt eſt motus priuatio. ſicut dicit Com. in ſua media expoſitione ſuper 2. phy. & 9. met. com. 13. ita exponit Com. in 2. meta. com. vlt. ꝙ natura dicitur eſſe principiū quietis in rebus, quæ qñque tranſmutātur, qñq; non: ita etiam dicit Com. in 2. cęli & mundi. in com. 84. vbi dicit, ꝙ ſicut naturalis ponit naturam eſſe principium motus naturalis: ita ponit ꝙ ſit principium quietis in his quę nota ſunt moueri. & quieſcere proprie non dicitur habere cauſam, aut principium, aut virtutem agentem, ſicut ſcribit Com. in vlt. cap. de ſubſtā. orbis, ꝙ quies eſt priuatio, & non eſt potentia. vnde d. Ariſtot. quòd cum ſtellæ careant cauſis motus, quas habent corpora cœleſtia, de neceſſitate, habent quietem infinitam, quæ eſt priuatio motus: & ſimiliter dicit ꝙ terra debet habere quietem infinitam, quæ eſt priuatio motus: quia caret agente motū in ea infinitum. vnde dicit ꝙ quies non eſt per virtutem, ſed per priuationem virtutis. vnde 2. cæli commen. 102. medium non eſt cauſa quietis terræ ſed grauitas eius. & ſi medium eſt cauſa, non eſt in quantum eſt medium, ſed inquantum eſt medium corporis, quod circulariter mouetur, & ſi eſt cauſa, eſt remota: & melius eſt dicere ꝙ ſit cauſa ſeruans quietem, quàm cauſa agens: & ideo ly principiū poſitum in diffinitione naturę reſpicit motū, & cauſa reſpicit à proprieta te quietē. aut pp aliam rationem: nā corpora nālia, quæ nāliter mouent, & nāliter quieſcunt, mouent vt quieſcant. vnde quies in talibus eſt magis nālis quā motº, quia pp qđ vnūquodq; tale & illud magis.

vnde

Contra formam corporis in mate ria.

vnde elementa dum mouentur ad ſua loca de potentia accidentali, dicuntur moueri de potentia violenta, quia illa potentia accidētalis nō inuenitur in eis, niſi paſſa fuerint violentiam, vt dicit Cōm. 3. cœli. cōm. 28. & 8. Phyſi. cōm. 32. nam elementum in ſua naturali diſpoſitione debet eſſe in ſuo loco, & quādo eſt in ſuo loco, tunc quieſcit: & ideo ſi eſt extra ſuum locum naturale eſt ſibi moueri ad ſuum locū: & hoc eſt quia elemento vis illata fuit vt eſſet extra ſuum locum: & ideo Cōment. 4. cœli & mundi. in cō. 26. & 31. dicit q̄ diffinitiones grauis & leuis datæ per quietē, magis demonſtrant diſpoſitiones naturales & naturam eorum, quàm diffinitiones datæ per motum: tūc igitur principium reſpicit motū, & cauſa q̄ dicit finē, reſpicit quietem: impoſſibile enim eſt, vt dicit Porphirius. Auicē. & Aner. iſtam diffinitionem intelligere niſi diuiſim, omnia enim iſta contingunt, quia non eſt vera diffinitio, nec vniuoce dicta ſed deſcriptio, vt inqt Albertus, eſt maioris manifeſtationis, quam ſit nomē. Ex quo patet q̄ principium nō ponitur propter priuationem, vt dicit Albert' qui voluit formæ inchoationem eſſe in materia, & illa cum ſit priuatio eſt principium, ſed non eſt cauſa: nam talis aptitudo & forma ineſſe illo imperfecto non eſt ens in actu: oē autē quod agit, agit ſm q̄ eſt in actu: & per conſequens nō eſt principium alicuius motus talis priuatio: ſed ponit' principiū, vel pro cauſa efficiente tantum, vt voluit Alexan. & Them. qui dixerunt q̄ elemēta nullius motus habent in ſe principium, niſi motus localis: plantæ vero omnium motuum habent in ſe principium excepto locali. animalia vero oīum motuum abſolute, vel ſumitur ſm Cōm. pro principio actiuo & paſſiu, ed Cōm. non ponderauit: dein de qūo ſumat' cauſa, & oportet ſupplere, ſicut diximus, & ſi't teneo q̄ diffinitio naturæ competit cęlo, & inferioribus analogicè: ſm enim naturam prius competit cœlo, ſed ſm famoſitatem prius cōpetit iſtis quæ ſunt hic. diſtinctio habetur ex Auer. 2. Meta. cōm. vlt. & ideo, vt dicit Porphirius, Auic. & Cōm. debet ītelligi iſta deſcriptio diuiſim, vnde ly, et, debet ſumi pro aut: in cœlo enim natura eſt principium ciens ſempiternum motum, in terra ſempiternam quietem, in cæteris motum & quietem. iſta eſt etiā ſententia Cōm. in 9. Meta. cō. 13.

Contra formam corporis in materia.

Alij autem, vt Simplicius exponunt, etiam in cęlo eſſe quietem reſpectu centri polorum, & axis & ēt quia cœlum quieſcit ſm totū, quia non mutat locum ſm ſe totum, ſaltem ſm ſubiectum: & terra etiam mouet, quia ſi poneretur extra ſuū locum moueretur, aut quia mouetur motu alterationis, mouetur ēt ſm partes: poteſt etiam dici in cœlo eſſe quietem reſpectu partium: quia ſtellæ, quæ ſunt nobiliores partes orbis, nō mouentur per ſe, vt demonſtratum eſt in 2. cęli & mundi, prima tamen via magis placet. Similiter dico, quòd cum motus analogice dicatur de locali, & alijs motibus natura, principaliori modo dicitur eſſe principium motus localis, & ſecundario aliorum motuum. Motus enim loca-

lis, vt demonſtrat Philoſophus in 8. phyſico. text. commento 55. vſque ad 60. eſt prior aliis motibus natura, tempore, & perfectione. cuius argumento eſt, ꝙ Ariſto. in 1. cæli & mundi, volens probare omne corpus phyſicum ſm naturam eſſe mobile ſm locũ, probat illud ex diffinitione naturę, quæ ē principium motus, quod non procederet, niſi motus principaliter in diffinitione naturæ ſupponeret pro motu locali. & confirmatur: nam tenendo diffinitionem illam eſſe communem analogicè ſuperioribus, & inferioribus, oportet partes quaſlibet ī illa diffinitione eſſe cõmunes vtriſq;, aut ſaltem principaliores, ſicut eſt motus. ſed in nullo motu communicant cæleſtia cum inferioribus, niſi in motu locali. vt demonſtratum eſt in 1. cęli & mũdi. & in lib. de ſubſtant. orbis, quia motus localis apparet principaliter in naturæ diffinitione, & alij motus cõſecutiuè: impoſſibile. n. eſt intelligere aliter. dicitur autem cius in quo eſt primo, vt dicit luciſſimus Themi. quia principium motus in ſcãno eſt, ſed nõ primo, ſed primo eſt in ligno. dicitur autem per ſe, quia licèt nauta in naui ſit primo, nam in nullo priori poteſt nauta eſſe quàm in naui, non tñ eſt nauta per ſe de intellectu nauis, neq; nauis de intellectu nautę: talia enim ſunt prædicata, quę per ſe alterum de altero dicuntur, vel quando prædicata ſunt accepta in ratione ſubiectorũ, & ſunt cauſæ eorum. aut econtra, ſicut ſunt prædicata per ſe primi modi, & ſecundi modi, & ideo ponitur ly per ſe, per non ſm accns ponit ad dr̃iam medici, qui licèt primo, & per ſe habeat artem medicinæ, per quam eſt formaliter medicus, & curatiuus aliorum: tñ per accidens agit in ſeipſum inquantum medicus: hoc. n. declaratur ab Ariſt. in litera. Commen. autem aliter exponit, ſed mẽlius placet expoſitio iſta græcorũ.

Qui autem ad euitandam nugationem ordinant præpoſtero modo: vt ly nõ ſm accidens præponatur ad ly per ſe, & ly per ſe ad primum nihil eſt, quia 7. primę philoſophiæ text. cõ. 43. ſiue ſuperius præponatur, ſiue inferius, nõ propter hoc euitatur negatio. Et ideo oportet dicere iſtas tres particulas referri ad diuerſa, & ꝙ non habent iſtum ordinem, vt vnum ſit cõtrahens & aliud contractum, ſicut eſt in veris diffinitionibus, in quibus totum refertur ad vnam intentionem. hoc enim eſt in vniuocis, ſed ī analogis & ambiguis oportet ad diuerſa comparare, ſicut diximus: æquiuocatio. n. decepit iſtos.

Quod autem d. Boeti. nãm hic diffinitam, & Albertus cum eo, nõ conuenire ſuperiorib. ſed ſolũ corporibus, quæ ſunt hic: quia motus cæli non eſt à nã, ſed à voluntate & à principio ſeparato, tum etiam quia nã non mouet mõtum infinitum. nec nã mouet corpus in ſuo loco cuiuſmodi ſunt in cælo, quia infinitus eſt, & ſemper circa eundẽ locum mouetur. Dicimus cũ ſupportatione hoc falſum eſſe. nam Ariſt. ī 1. cęli, venatur9 cęli ſubam quid ſit, & qualis ſit naturæ, ſumit illam propoſitionem pro maximo fundamento, vt dicunt oẽs expoſitores, ꝙ omne corpus phyſicum eſt mobile ſm locum: vt patet in tex-

com.

com. 5. & ꝓbat illud ex naturę diffinitione. frustra aũt hoc feciſſet ſi naturæ diffinitio ſuperiorib. non competit. & quod dicitur, ꝙ natura non mouet infinitum motum, neq; in ſuo loco. Reſpondet Commen. in diſput. 13. in ſolu. 4 dub. ꝙ eſt verum de nã inferiorum. & ideo dicit, ꝙ motus cęli non eſt naturalis, ſicut motus elementorum: & ita etiam dicit in 2. cæli. com. 3. patet autem nõ obſtante, ꝙ motus cęli ſit voluntarius, poteſt etiam eſſe naturalis: & ex parte orbis, qui concurrit, vt materia, ſeu melius, vt ſubiectum, & ex parte formæ, q̃ eſt intelligentia ſeparata, ſicut declarauit Com. in 1. cęli. comm. 5. & 2. cęli. com. 3. ex parte quidem orbis, quia cum ſit corpus ſimplex & cuiuſlibet corporis ſimplicis ſit aliquis motus ſm nãm ſimplex, ſicut motus naturalis leuis eſt ſurſum, & motus grauis deorſum. ſic motus orbis cum ſit neutrum, neque graue, neq; leue habet potentiam naturalem, vt moueatur motu naturali circulari ab intelligentia cauſante in eo illum motum, & poteſt dici naturalis ex parte formæ, quia ex quo intelligentia ſicèt ſit principium ſeparatum, non dependens in eſſe ab arte, nec conſtitutũ in eſſe per ipſum: quia tamen eſt appropriatum principium in mouendo ipſum, ſicut forma eſt appropriata materię: ſic dicitur anima eius inquantum influit ſibi motum, vt dicit Comm. in 2. cęli. comm. 3. & dr̃ eſſe in eo, quia intelligentia ibi eſt vbi operatur, & illo modo dicitur eſſe continuata ſibi. & ſic cęlum vt eſt quodammodo animatum iſto modo, dr̃ eſſe naturale ex ſe. & iſta eſt ſnĩa Com. in 3. cap. de ſubſtan. orbis. vnde etiam dici põt motus cœli eſſe naturalis ex parte animæ, & ex parte corporis. vt habet ipſe in 8. phyſi. comm. 27. vbi dicit, ꝙ motus corporis cęleſtis eſt ſimpliciter naturalis tam ex parte animæ, quàm ex parte corporis, nõ ꝙ velit Comm. intelligentiam vere eſſe naturam, immo eſt ſupra animam, & anima ſupra naturam, ſed per viam ſimilitudinis & proportionis. quia ſicut forma materialis habet cauſare motum in ſubiecto proprio, ſic proportionabiliter intelligentia in orbe, & motus naturalis in cęlo, non eſt alius à voluntario, vt dicit Commen. 2. cęli. com 3. & fuit dictum Alexan. Quod autem dixit Albertus & Egidius Rom. Iv primum poſitum in diffinitione naturæ ſumi pro proximo, ad excludendũ vegetabilem & ſenſitiuam, quæ mouẽt per qualitates tanquã per inſtrumenta, & organa, hoc quidem ſtare non poteſt, quia tunc ſm iſtam rationem animalia, & plantę non dicerentur eſſe à natura. cuius oppoſitum dicit philoſophus in text. nec anima aliquo mõ poſſet participare iſtã rõnẽ naturæ, quod eſt contra expoſitores gręcos. Amplius ſequeretur elemẽta in motu locali non haberent conterere per formã tãquam ꝓ principium actiuum ꝙ eſt natura, quia motus localis ꝛ cauſetur principaliter à forma ſubſtantiali, cauſat tñ mediante grauitate, aut leuitate accidentali. d. n. Com. 1. cęli. com. 17. ꝙ grauitas & leuitas ſignificant habitus & formas, quæ ſunt principia mouentia principaliter, & ſignificant ẽr qualitates. vñ

ſicut agens naturale nõ agit per eſſentiam in motu alterationis tanquam per principium proximum agendi; ſic in motu locali. Ariſt. n. in lib. de ſenſu dixit, ꝙ ignis non agit inquantum ignis, ſed inquantum calidus: ſiſt cũ natura ſit principium etiam alterationis & augumenti, vt d. Com. in plantis & animalibus, & in talibus concurrunt qualitates, vt concauſæ, & vt inſtrumẽta. non eſſent igitur iſti motus naturales, cuius oppoſitum habet̃ ī tex. & à Them. & ab Auer in cõ. 1. Et ideo melius eſt exponere, vt græci, aut vt Cõmẽ. Et ꝙ quidam reprehendere voluerunt iſtam naturæ diffinitionem: quia natura videtur eſſe aliquid abſolutũ, & iſta datur per reſpectum nihil eſt, quia licèt natura ſm rem nõ ſit niſi materia, & forma, quæ ſunt ſubſtantiæ quędam, & entia quędam abſoluta: tamen vt nãli conſiderãtur in reſpectu conſiſtunt. vt patet. 2. phyſico. 26. & ideo conſiderantur vt ſunt principia motus, quorum vnum eſt actiuum, & aliud paſſiuum: ſub rõnibus aũt abſolutis, & tranſcendentibus à diuino conſiderantur. ſed ſuus intellectus perfectus in relatione, ſeu reſpectu conſiſtit, vt à naturali conſiderantur, & quia nomen naturæ d. reſpectũ principij, ideo in deſcriptione naturæ ponitur prineipium loco generis. nec obſtat ꝙ ſi principiũ ſumitur pro cauſa efficiente ꝙ cum efficiẽs, & finis ſint extrinſeca igitũr non differũt eſſe in eo in quo ſunt, quia licèt cauſa efficiẽs ſit extrinſeca à ſuo effectu: tamẽ poteſt eſſe extrinſeca in ratione qua ẽ forma, q̃ eſt pars eſſentialis nãti: forma enim eſt intrinſeca elemento, tamen eſt principium efficiẽs motum, qui eſt effectus diſtinctus à motore: motor enim eſt de cauſis extrinſecis motus. 5. phyſic. commento. 3.

Natura quælibet forſan materiam habet. 2. Meta. tex. comm. vlti. vbi animaduerte, ꝙ vt ſcribit Auer. in com. ideo dixit forſan, ſeu ferè propter intellectum: intellectus enim qui eſt poſtrema perfectio hominis eſt abſtractus à mã. conſimilẽ modum loquendi habet philoſophus in 6. primę philoſophię. tex. com. 1. vbi dicit, phyſica theorica quædam eſt, ſed theorica circa tale ens quod eſt poſſe moueri, & circa ſubam, quæ ſm rõnẽ, vt ſm magis non ſeparabilem ſolum. vbi etiam Auer. ponderãs ly ſm magis inqt '' & dixit in maiori parte pp intelle- '' ctum. conſimilem modũ loquẽdi '' habet philoſophus in prin. 1. de cęlo & mundo. vbi inquit, ſciẽtia de natura fere plurima videtur circa corpora & magnitudines, & horũ exiſtens paſſiones & motus.

Natura ſecũdum famoſitatem magis, ſeu prius dicitur de corporibꝰ generabilibus & corruptibilibus, quam de corporibus cœleſtibus. 2. Metaph. commen. vltimo." Pro quo animaduerte quòd natura, & naturæ diffinitio poſita in 2. phy. dicitur ſecundum antiquos peripateticos de vtriſq;, ſcilicet corporibus generabilibus, & etiam de ęternis. quicquid ſenſerit in hoc Boetius, & Albertus. & dicitur ſecundum prius, & poſterius, vt ſcribit Commen. 2. phyſico. comm. 3. tamen animaduerte ꝙ iſta comparatio poteſt fieri duobꝰ modis, vel ſimpli-

simpliciter, vel quo ad nos, seu ſm famoſitatem, & tunc ſi comparatio fiat ſimpliciter, & quo ad naturam dico, quòd natura per prius dicitur de cœleſtibus: eſt enim regula, ꝙ quando aliquod nomen dicit de duobus, quorum alterum eſt cā alterius ſimpliciter, & per prius dr̄ de cā, & p̄ poſterius ſm quid dr̄ de cauſato, ſicut eſt videre in 8. phyſi. ab Auer. in cō. 77. & in 7. Meta. & in 8. vtrobiq; in cō. 7. cum igitur corpora cœleſtia ſint cauſę generabilium & corruptibilium, vt d. philoſophus in prin. lib. Metheor. ſic natura per prius inuenitur, & eius ratio ibi, quàm in corruptibilibus: ſed ſm famoſitatem, & quo ad noſtram cognitionem ſecus eſt, quia iſta ſunt nobis ꝑpinquiora, & magis operationes eorum, & proprietates iſtorum innoteſcunt nobis, quàm illorum. & ideo Com. dixit ꝙ iſta ſecundū famoſitatem ſunt magis naturalia.

Natura eſt vl̄r principium tranſmutationis in rebus tranſmutabilib. per ſe, & eſt principiū priuationis tranſmutationis in reb⁹, quæ qñq; tranſmutantur, & qñq; nō: illa aūt quæ ſemper remanent eodē modo modorū trāſmūtationis. ſ. in motu locali æquoce dr̄ de eis nā & de alijs. Cōm. 2. Meta. com. vlt. Vbi clare potes inde colligere qualiter diffinitio naturę ſm Com. nō poteſt vniformiter intelligi nec copulatiuè, ſed diuiſiuè: & fuit etiā ſententia Porphirij, & Them. in paraphraſi ſuper principio 2. phyſ. vbi dicit, cæleſte & diuinum corpus excipio, in quo natura eſt principiū ciens ſempiternum motum, non etiam cauſa, aut principium quietis. eandem ſententiam vide ab Auer. in ſua media expoſitione, ſup libro 2. phyſi. & in 2. cęli. in com. 84. & in 9. Meta. cō. 13. de hoc tamen ſupra dixi contra Albertum, & Boetium diffuſe.

Quaſr diffinitio naturæ ſit intelligēda ſecūdum Auer.

Naturaliter inuentū in aliquo non inuenit in quodam eius, & in quodam non, niſi hoc ſit verbis tātū, non ratione. 4. Metaph. com. 27. idem 2. cœli. com. 59. & 1. poſter. tex. com. 8.

Naturalis nō diffinit ſine materia, neque ſecundum materiam ex 2. phyſico. tex. com. 21. vbi Ariſt. dicit in tex. ꝙ cum natura dupliciter dicat, ſicut de ſymo, quid ſit intendimus ſic conſiderandum eſt: quare neq; ſm mām huiuſmodi, neq; ſine materia. Quem locum ſanctus Thomas interpretans aſſerit duas fieri rationes. prima eſt, quia cum duplex ſit natura, materia, & forma, & ſcientia naturalis ſit de natura, igitur de vtraq; nā cōſiderat: ſcēa ſcientia nālis ita ſe hz circa nālem, ſicut eſt de ſymo, ſed volētes ſcire quid ſit ſymum, in diffinitione ſymi ponūt mām, quę eſt naſus, & concauitatem, quę eſt forma: ſic etiam nālis in cognitione nālium, vtrunq; cognoſcit, mām & formam, & ideo cognitio nālis nō eſt ſine mā, neq; ſm mām tm̄, quia oportet etiā cognoſcere formam. Themiſt. autem, Simplic. & Auer. volunt ſolum vnam ibi fieri rationem, ſicut prætendit ſeries, & contextus verborum, quod etiam euidentius apparet in græco idiomate, & Simplicius multum ſubtiliter introducit intentionem philoſophi ibi, quia enim in textu 20. immediate præcedente di-

Annotatio pulchra.

xerat ꝙ ex mathematicis quædam physicam lineam accipiũt, sed non considerant, neq; diffiniunt illam inquantũm est physica, sed inquantum mathematica, vt geometria: quædam autem assumunt mathematicam lineam, sed non diffiniũt eam inquantum mathematica, sed inquãtum physica: consequẽs fuit ostendere quo physicus diffinit ẽt physica, & asserit ꝙ est sicut q diffinit symum, in quo ponitur dum diffinitur, tam materia quàm forma, & hꝫ diffinitio nãlium non sit sine materia, tñ naturalis non per materiam diffinit, & cognoscit cõpositum ex materia & forma, sed p formã. vnde lucidissimus Themi. in eodem loco dicit, quare naturalis in diffinitionibus vtetur mã, sed diffiniet per formam. & Simplicius eandem expositionem seqtur in illo loco. non enim litera græca hꝫ notam exclusionis, vt litera arabica. propter quam Com. cogitur exponere ꝙ naturalis nõ ſm materiam tantum. i. sine forma cognoscit, & diffinit. quam expositionem etiam latini sunt secuti. vnde nãlia cognoscuntur non per mãm, sed per formam: nam mã ẽt substantia scibilis est per analogiã ad formam: forma aũt est origo cognitionis tã compositi quàm materiæ, & est expositio multum subtilis & vera, ni fallor. Ex quo patet de mente Them. & Simpli. & omnium expositorum antiquorũ formam esse quidditatem, sed mã nõ est pars quidditatis, licèt sit pars essentiæ. & mirum est de diuo Thoma, & Ioan. Scoto, quo in hoc defecerint à vera, & antiqua doctrina peripateticorum: asserunt. n. mãm & formam esse de quidditate, secuti in hoc Auicen. 5. Met. suæ, sed secus se hꝫ res. Nam in conceptis cũ mã differt essentia à quidditate, vt dicitur in 3. de anima. text. com. 9. & 7. primæ philosophię, tex. com. 41. forma enim est ratio, & quod quid erat esse rei, vt vbiq; locorum Arist. formam diffinit. sicut enim scribit Comm. 1. cæli. com. 92. forma autem est subiectum vniuersalitatis, & iste est intellectus cuiusli bet formæ. cum autem obiectum intellectus nostri sit vsie, forma sola erit quodqnid erat esse quod est intellectus obiectum. mã autem, vt dicit Com. 12. meta. com. 14. non hꝫ intentionem alicuius cõis, aut vñis prædicabilis de pluribus. & iõ Arisio. 7. meta. text. com. 35. dixit materiam ſm se esse ignotam modo nihil dat quod non hꝫ: & ideo materia inquantum ſm suam pũram naturam consideratur, non pt esse cognitionis principium, sed si aliquo modo facit ad cognitionẽ, hoc est vt est subiecta formæ: & iõ materia, vt dicunt præfati viri, & est cum hoc sententia Auerr. in 7. metaph. comm. 34. ponitur in diffinitionibus rerum naturalium tã quam vehiculum deferens quidditatem, sed non quia sit pars quidditatis. Sed tuꝛc contra istam viã sunt tres arduæ difficultates. & prima est contra Themist. quia dicit ꝙ naturalis vtetur in diffinitionibus materia, sed diffiniet per formam. sed hoc contradicit Aristot. in 1. de anima. text. commen. 16. vbi ponit differentiam inter physicum, & dialecticum. Dialecticus enim (vt asserit) diffinit p formam, sed physicus diffinit per materiam.

&

& Themistius dicit q̃ physicus nõ diffinit p̃ materiã, sed per formã. contradicit igitur magĩo, & tunc potest dria inter dialecticum & physicũ, vt patet intuenti. Secunda difficultas est, quia si forma ẽ tota rei quidditas, & diffinitio nõ explicat nisi quidditatem. igr̃ diffinitio dz̃ dari p̃ solã formam, & ita mã̃ non est necessaria ĩ diffinitionib⁹. Tertia difficultas est qa tũc diffiniões substarum naturalium vñr esse per additamentũ. Nam si mã̃ quæ ponit in diffinitione cõpositi nõ est pars quidditatis cõpositi, igr̃ cadit vt additũ: & ita diffinitiões talium substarum non erunt diffinitiones simplr̃, sed per additamentũ, sicut sunt diffinitiones accidentis. 7. contra Philosophũ 7. meta. tex. c. 17.

Ad primũ soluit q̃ ideo Themi. dicit naturalẽ & physicũ materiã non diffinire in diffinitionib⁹ nõ tñ diffinit p̃ eam, sed p̃ formã: pro quanto cognitum & diffinitũ cognoscitur per formam, & non per materiã, quia materia ẽm̃ se est ignota quæ quidem intelligitur, intelligitur ẽm̃ q̃ est in actu. 9. meta. tex. c. 20. vbi dicitur, inueniuntur aũt diagrammata actu, forma aũt actu est: materia aũt est potentia, & potentia est ratio occultationis & ignorantiæ, non cognitionis. sed Aristo. vult naturalem diffinire per materiam sensibilẽ, & ideo non est contradictio inter Arist. & Them. q̃ non sunt discordes in via & modo intentionis materiæ, sicut p̃z. Nec eodem modo vtitur scu accipit diffinire & ens. nã ens dicit habitudinẽ tantũ per id quod est principia cognitionis, aũt tantũ per id quod sit quidditas, aũt pars quidditatis, vtrum tñ mã̃ in diffinitione tanq̃ necessaria in ratione vehiculi. Q̃o aũt dialecticus dicat̃ per formam diffinire satis in theorematibus declaratum est. Ad secundam difficultatem rñdet Cõm. in 1. de anima. cõ. 16. in quit. n. q̃ qui in diffinitionibus rerum accipit materiam & dimittit formam diminute accipit. qui vero ponit formam, & dimittit materiã, vt dimittere a quid quod non est necessarium in diffinitione rerum tñ si nõ est ita, quia forma in diffinitione debet tumi cum compositionibus in quibus existit. Pro quo scire debes q̃ vt scribit Cõmen. in 2. phy. cõ. 28. formarum quędã sunt quę in dicentibus rem diffiniri p̃ sunt cum materia & sine materia? & istæ sunt illæ formæ in quib⁹ cõuenit mathematicus & naturalis, sicut est magnitudo & numerus: linea n. superficies, & corp⁹, & eorũ propria: similiter numerus, & accidentia propria numeri indifferenter diffiniri possunt & cum materia sensibili, & sine. & ideo talia ab vtroq; considerantur, verum, alia, & alia ratione, vt dicit. nam naturalis talia diffinit vt sunt in materia sensibili, vt sunt termini corporis naturalis. sed mathematicus diffinit illa abstracta a mã̃ sensibili. sunt etiam aliud genus formarum, quod impossibile est sine materia sensibili nec esse, nec diffiniri, & istud est anima quantũ ad omnem potentiam mãlẽ, sicut dicit in tex. est ratio & ex. 7. meta. tex. cõ. 37. impossibile est hominem diffinire sine carnibus & ossibus. & Cõmen. ibidẽ cõ. 39. impossibile est quidditates naturales

les intelligere ſine trāſmutatione & motu.i.ſine materia. q̄ eſt principium tranſmutationis:in diffinitionibus aūt entium mathematicorum, nō apparet hmōi materia, quę eſt principiū trāſmutationis. vt dicit Cōmen. 2. phy. cō. 56. licèt bene ī illis appareat materia intelligibilis:& ideo diffinitiones cōpoſitorum nālium indigent mā, nō ga mā ſit pars quidditatis: ſed ḡa cōpoſitum conſtituit̄ p formā talē quæ neceſſario habet eſſe in materia,& debet explicari ſicuti eſt. Ad vltimā difficultatem reſpōdetur ꝙ licèt mā nō ſit pars quidditatis,eſt tn̄ pars eſſentiæ cōpoſiti ex mā & forma:& ex materia & foā fit p ſe vnū,ſicut ex pōa & actu. 8. me,t.c. 15.ſed ex ſuḃto & accn̄te nō fit p ſe vnū,ſed ſit vnū p accn̄s: & iō diffinitiones accn̄tiū datæ per ſuḃm dicunt̄ eſſe diffinitiones p additamētū, non aūt diffinitiones ſuḃarū. Accedit ēt ad hoc ꝙ ſuḃm eſt in diuerſo gn̄e ab illo, in quo eſt accn̄s, ſed materia eſt in illo gn̄e ſaltē reductiue ī quo eſt ipſum cōpoſitū.

Solutio igr̄ oīum rōnum apparet viſa & intellecta dr̄ia inter eſſentiā & quidditatem in iſtis quæ cū mā concipiuntur: hæc.n.viſa dr̄ia ſoluit oēm ignorantiam.vñ Cōmen. 7.meta.cō.21. ſcribit forma hoīs eſt hō vno mō, & forma hoīs non eſt hō alio modo, & eſt congregatō ex materia & forma. vult dicere ꝙ ſi homo ſumatur pro hominis quidditate,'forma hominis ſolum homo eſt illo modo: ſi vero homo ſumatur ſm eſſentiam,quia eſſentia hominis eſt congregatū ex materia & forma,& pars illo mō non eſt totū,ſic forma hoīs non eſt hō.

Natura vniuerſalius vtitur Philoſophus, q̄ naturalis & etiam philoſophus diſputat contra negantes naturam,quod nō facit naturalis. Cō menta.contra Auic. 5. meta.cō. 5. idem 2.phy.com.3.

Natura dr̄ 1. de forma. 5. meta. tex. cō. 5.idem 2.phy.tex.cō. 12.& 1.cœli.com. 5.& 7. meta.39.

Natura dicit̄ de generatione 5. metaphy.tex.cō. 5.& 2.phy.te.cō.14.

Naturalis habet diffinire per materiam ſenſibilem. 6.meta.tex.cō.2. & 1.de anima tex. cō. 16.

Nacuralis habet conſiderare de aliqua forma,videlicet,de illa quę impoſſibilis eſt reperiri ſine materia. 5.meta.tex.cō.2.idem 3.cæli.tex. cō. 1.vbi dicttur oēes ſuḃę naturales aut corpora ſunt, aut cum corporib' gn̄antur & magnitudinib.

Naturalis ſcientia eſt ſpeculatiua & non operatiua. ibidem.

Naturalis ſcientia cōſiderat de reb' mobilibus:mathematica aūt de rebus abſtractis ſm diffinitionē, ſed non ſecundum eſſe.

Naturalia ſunt in quorum diffinitione apparet nā, & volūtaria ſūt in quorū diffōne apparet voluntas,diuina aūt ſunt, in quorū diffinitione apparet deus. 6.me.cō. 2.

Naturales formæ aut plures,aut omnes non ſunt ſine matetia. Commenta.7. meta. com.39.vide quare dixit, aut plures, in 6.meta.tex. cō. 1.vbi Philoſophus hz̄ confiſem modū loquendi:inquit.n. Phyſica thæorica q̄dā eſt, ſed theorica circa tale ens qđ eſt poſſe moueri, & circa ſuḃam q̄ ſm rōnem vt ſm magis nō ſeparabilē ſolū. vbi Cōmē. ibi ponderat ly ſm magis, ad præſeruandum ſe ab intellectu.

Contra diuum Tho.

Natu-

Naturalis nõ solũ de materia, verũ etiam & de forma considerat magis. 7. meta. tex. comm. 39. idem 2. physi. tex. com. 21. & 26.

Naturales quidditates non possunt intelligi sine sensu & motu, sed bene mathematicæ. 7. meta. tex. cõ. 37. & 39. vbi per intelligi intelligas diffiniri, vt notaui in contradictionibus nuper ẽditis.

Naturalis considerat de substantiis sensibilibus inquantum sensibiles sunt, sed primꝰ philosophus inq̃tum substantiæ. 7. meta. com. 39. 5. & 9. 12. meta. 1. 5. 6. & 29.

Naturalis scientia est philosophia secunda secundum naturam, nõ ꝺm ordinem doctrinæ. Cõmen. 7. meta. com. 39. idem 2. meta. com. 3.

Naturalibus entibus ꝓpria est materia. 7. meta. cõ. 39. & rõ est, quia naturalis est de his quæ sunt ī motu: oportet aũt intelligere materiã in remota, vt dr̃ 2. met. tex. cõ. 12.

Naturæ nomen multiplex est 5. meta. tex. cõ. 5. & vide etiã Themist. 2. phy. super tex. 7.

Natura quælibet congregata ex duabus naturis conuenientibus, necesse est vt sit de natura componentiũ 7. meta. com. 48.

Naturales substãtiæ sunt ab oĩbus cõfessæ. 8. meta. tex. cõ. 1. & tex. com. 2.

Contradiuum Tho. Ex hoc patet ꝙ corpꝰ mobile nõ põt demonstrari in scientia naturali, quia ad per se nota & cõfessa ab oĩbus non erigitur demonstratio. vt patet 2. phy. tex. cõ. 6. cuius oppositum tenuit diuus Thomas.

Naturales substãtiæ generabiles habent omnes causas. 8. meta. tex. cõ. 12. idem in 2. phy. tex. comm. 70.

Natura in diuino, cælestiq; corpore est sciens sempiternum motũ, nõ autem est causa aut principiũ quietis. Them. in 2. phy. in principio.

Natura est in gñe potentię. 9. meta. tex. cõ. 13. vbi Comm. in cõmẽto dicit probans hoc, quia natura est principiũ ratione principij est potentia, & potẽtia est genus eorum, quia continet naturalia & artificialia, potentia. n. vt d. Comm. ibi. dr̃ de naturalibus & artificialibus.

Natura & ars conueniunt in hoc ꝙ intẽdunt actum & non potentiã. 9. meta. tex. com. 16.

Naturalis, accidẽtia & principia speculatur entium inquantum mota, & non inquantũ entia. 11. primæ philosophię. capite 3. iuxta finem. idem 7. primæ philosophiæ. cõ. 9. & 1. physi. Comm. in suo prologo in principio, vbi intentionem declarat naturalis scientiæ. ex 6. primæ philosophiæ. tex. commen. 2.

Naturalis, scientia & à practica & à factiua altera est. 11. meta. cap. 6.

Naturalis scientia est de habentibus in seipsis principium motus. s̃.

Naturalis scientia scientiarũ prima esset, si quidem naturales substę primę entium forent. 11. meta. ca. 6. idem 6. meta. tex. com. 3. vide in ꝓprio theoremate de hoc.

Nasuralis habet dare causas mobiles, substãtiæ materiales & mouẽtes, formales aũt & finales non potest. 12. phimæ philosophię. com. 6. vide in concordantiis.

Natura licèt non intelligat aliquid, tñ rememorat ipsam de causis nobilioribus ea, quæ dñr intelligentiæ. 12. meta. com. 18. authoritate Them. & est in prima parte digressionis, vbi dicit ꝙ ꝺm Platonẽ hoc est aĩa mũdi q̃ fit ex diis secũdis: & ꝺm Arist. est a sole & orbe decliui,

& ibi-

& ibidem prope finē cōmenti cō firmat hoc idem ex propria sententia. vide pro hoc lucidissimū Themist. in paraphrasi sup 1. phyſicæ auſcultationis ī expōne tex. 81. de appetitu materię, vbi ītquit: etenim veriſſimum puto ꝙ dicitur prouidentiam fuiſſe quę & turpi deſiderium honeſtatis & egenti opulentiæ quantum ſit ſatis iniecerit.

Natura quandoq; vtitur organo pp melius: quandoq: vero propter neceſſitatē eius cuius gra factum eſt. Cale. in 4. de vtil. part. cap. 17. vbi de inteſtinis loqnitur, & in hoc caſu 2. inſtrumentū participat virtutem principalis agentis. vnde intestina hñt vim digerendi cibum virtute ventris, & venæ hñt vim tranſmutādi ſanguinem virtute epatis, licēt inteſtina non ſint organū digeſtionis neq; venę ſanguificationis, & hoc ibi Gale. aperte dicit. Et nota bene hoc, in quo caſu inſtrumentum poteſt attingere formam quæ eſt ab agente.

Natura quod poteſt facere vno inſtrumento nō facit duobus. 12. me ta. cō. 45. cōſimile 1. phyſi. cō. 59. vide exemplum ī 2. de anima. tex. cō. 88. vbi philoſophꝰ dicit ꝙ natura vtitur aere reſpirato in duo opera, ſicut lingua in guſtu & locutione, idem in ſimili plerunq; inuenies in libris de partibus aialiū, & à Galeno in libris de vtilitate particularum, & de iuuamētis mēbrorum.

Natura per multi iugam formarū ſucceſſionem tēdit ad vnum finē. Themiſt. 2. phy. ſuper 78. idē habetur ab Ariſt. expreſſe in 5. de natura animalium. ca. de inſectis. idē habetur in 2. de generatione animalium. cap. 3. Them. añt dat exēplum de herba. ſtipula, ſpica, & glema, quæ omnia ad vnum finē rendunt, quod eſt triticum ipſum.

Naturam omnē & omnem ſubam impaſſibilem ſm ſe optimum fortitam eſſe finem exiſtimādum eſt. 12. meta. tex. com. 48.

Natura eſſe, in plus eſt q̄ ſm nām eſſe: nam ſunt. n. quędam res natura quæ ſecundum naturā eſſe non poſſunt, qualia ſunt vitia obleſiones; ab ipſa natura contractæ. Themiſt. 2. phy. ſuper tex. 5.

Naturales res in infinitum non perſeuerant in ſua natura niſi per accidens. ex lib. deſtruct. diſp. prima in ſolutione 2. dubij.

Naturæ opus non eſt à ſcientia. ex lib. deſtructionum diſpu. 3. in ſolutione primi dubij.

Naturę actio neceſſario ē in ſua ſubſtantia, ſed non in volentis ſubſtātia. ibidem.

Natura igitur ſic ita ſibi vult, vt ſiderum conuerſionibus, & eorum numeris generationis & obitus numeret, ſed exquiſite id facere nequit pp materiæ indefinitionē & ꝙ multa principia incidūt, quę generationes deſtructas ſm naturā & corruptiones impediant. Ariſt. in fine 4. de gene. anim. idem 1. de genet. & corrup. cō. 17. Inde patet nō oia ex neceſſitate puenire.

Naturę opera ſi eſſent à ſapiētia ſeparata ſeu remota, remoueretur cā ab oībus naturę effectibꝰ. ex diſp. 9. in fol. 3. dubij. idē 12. me. cō. 18.

Naturæ opera procedunt ſicut opera artis: & ideo concluſerūt Philoſophi ꝙ à primo ītellectu virtutes naturales procedunt: & ille eſt qui omnibus entibus ordinem dat. ex diſpu.

ic

disp. 10. in solutione 2. dubij.

Natura ordo & processus hic est vt respectu inferiorum superioribus vice formarum vtatur, respectu superiorum inferioribus loco mãç. Themist. 3. de anima cap. 27.

Naturalis scientię octo sunt partes ſm Arist. ex dispu. 1. in lib. physicarum disputationum. contra Algazelem, vt idem tenet in principio libri metheorotum.

Naturalis philosophiæ nõ est ram⁹ medicina, neq; scientia de iudiciis stellarum, neq; physionomia. ibidem in phisicis dispu. vbi supra.

Naturalia scientię nõ sufficit via diuisiua per se, neque via sensus per se, sed via composita ex vtraque via, scilicet ex diuisione & ex testimonio sẽsus in enumerãdis speciebus sui subiecti in pleriſq; locis vt scientia de animalibus. Commentator in 1. de partibus animalium prope finem.

Natura quod aliũde dempserit, vbi h3, reddere ad aliã partem solet. ex 2. de partibus animalium cap. 14.

Natura plerunq; vtet vnico instrumẽto ad plures actiones 2. de aĩa. tex. cõ. 98. & in 2. de partibus animalium cap. 16.

Natura raro aggregat in eandẽ speciem animalium duo diuersa adiutoria eiusdem adiumenti pro conseruatione. Cõmen. in 3. de partibus animalium cap. de cornibus & eorum iuuamentis.

Natura rem nobiliorem in meliori bus locis cõstituere, solet, nisi quid maius impediat. ex 3. de partibus anim. cap. 4.

Natura interdum excrementis commode vtitur. ex 4. de partibus animalium. cap. 2.

Natura ab inanimatis continue ad animalia tranſit per ea quæ viuunt quidem, sed non sunt animalia ita vt parum admodum alterum ab altero differre videatur propter sui propinquitatem. ex 2. de partibus anim. cap. 5. idem Auer. ibidem in cap. de duro testato. vbi dicit q⁹ natura semper mouetur ad optimum anteq̃ transferatur ad vltimum ex tremum, aliter natura egisset quid inane. ſ. q̃ esset prius ad aliquo gñe & nõ perficeret ipsum. laudetur ergo deus sapiens cognoſcens.

Natura vbi duob⁹ ad duo opera vti potest nec aliud impeditur, nihil tale natura facere solet quale per inopiam ars excussoria obeliſco lichinium ex vera lucernaq; cõponit. attamen si id fieri non potest, tunc vno ad duo opera vtitur. 4. de partibus anim. cap. 6.

Natura ĩ profundo quod pręcipuũ est semper collocat, quod non: pręcipuum vero in superficie. Gale. 1. de vtili. parti, ca. 17. intelligitur in viuentibus quæ sunt hic: nã in magno mundo primus motor est in circumferentia magni orbis.

Natura rem minorẽ maiori potioriq; addere solet: non autem maiorẽ nobiliorem minori. ex 4. de parti. anim. cap. 9. idem 7. politicæ. vbi scribitur q̃ deterius semper est nobilioris gratia.

Natura ex his quæ fieri possunt, facere solet quod melius est. ex 4. de partibus animalium cap. 9. idem 2. cæli tex. com. 34.

Natura nihil superuacuum efficit. 4. de partibus anim. cap. 10. & 11.

Natura instrumenta ad officium, non officia ad instrumenta accommodat. ex 4. de partib. ani. ca. 11.

Natura

Natura quancunque rem facit, aut quia est necessaria, aut propter melius. Arist. in 1. de generatione animalium. cap. 4.

Natura ī formatione fętus quasi pictoris officio fungitur cum condit & creat: pictor enim vbi lineis primum descripserit animātem, mox vario illinit colore ac perficit, &c. Aristo. in 2. de gener. anim. cap. 4. prope finem.

Natura in formatione membrorū procedit sicut paterfamilias prudēs, qui nihil amittere solet ex quo facere aliquid cōmodi possit, dispēsatur aūt in cura rei familiaris, ita vt cibus optimus detur liberis deterior seruis &c. Arist. in 2. de gene. animalium. cap. 4. prope finem.

Natura in maiori parte facit hoc, ꝙ in vno membro sunt duo iuuamēta, aut tria, sicut nares propter odoratum & propter expurgandas superfluitates. 2. Colliget. cap. 19.

Natura attendere videtur vt sensum prouisum curāq; diligentem erga prolem parentes habeant, sed in genere deteriore hoc facit quousque pariant, in alijs quibusdam etiam quousq; perficiāt, prudentioribus vero plus curæ mandatur, vt etiam enutriant, postremo his quę prudētia iam maxime prædita sunt, consuetudo, amor, & caritas in prolem etiam adultam seruatur, vt homini, & quadrupedum nonnullis 3. de generatione anim. cap. 2. Inde scire potes quomodo natura de rebus nobilioribus maiorē gerit curam & solicitudinem.

Natura nulli fœminæ arma ad pugnam, viresq; exercendas tribuit. Aristo. in 3. de generatione animalium. cap. 10.

Natura & ars in rerum concoctione semp inutile ab vtili secernūt. Arist. 3. de genera. anima. cap. 11.

Naturæ effectus aut necessitate fiūt, aut iuuamento. 3. Colliget. ca. 30.

Natura & facultatē cuius dat & instrumentū: sic n. melius est. Arist. in 4. de generatione anima. cap. 1.

Natura vnicuique excremento receptaculum dat ibidem.

Natura quodammodo est id quod præter naturam est. Arist. in 4. de generatione animalium. cap. 4. & ideo lucidissimus The. in 2. Phy. in expositione tex. 5. dicit ꝙ à natura esse in plus est q̄ ℈m naturā. nam monstra & priuationes à natura esse dicuntur, licèt non sint secundum naturam; & ideo animaduerte ꝙ licèt textus dicat secundū naturam: hic tamen debet isto modo capi quo diximus.

Natura non potest vti in eadem hora excremento eodem pro duabus operationibus diuersis. Auer. 4. de generatione animalium. cap. de lacte: & elicitur ab Arist. ibidem. ca. vltimo. vbi inquit, natura nō tam large profundere potest vt anceps sit, sed si alterutram in partem secernitur in alterā desit necesse est, nisi quid acciderit violentum.

Naturam ita subiecimus ex his quę cernimus ratione ducta vt neque deficiat neq; frustra agat quicquā in singulis quoad eius fieri potest. Arist. in 5. de generatione animalium. cap vltimo.

Naturæ nullū opus est in quo non aliquid mirādum inditum sit, primo de partibus animalium. cap. vltimo. idē pulchre declarat Gale. 3. de vtilitate parti. c. 10. versus finē, vbi pulchre probat etiā in istis ca-

ducis,

ducis rebus fulgere sapientiã, ꝓpui dentiam, & potẽtiã inuictam Dei.

Natura adeo sensim paulatimq; de inanimatis ad animata trãsit vt cõtinuatione ipsa lateat eorum confinium & medium vtrius nam sit extremi. Arist. 8. de nã anima. cap. 1.

Et ex hoc collige contemplationem talium mediorum, quæ participant conditiones oppositorũ extremorum esse valde arduam, sicut egregie notauit Simpl. in 1. de anima, in expositione 9. tex.

Nã sępicule solet suos fines tanquã trãsgredi, proinde in aliquibus dubium sit, animalia sint an radices, radices an lapides. Them. 2. de anima cap. 5. vide in 8. de natura animalium cap. 1.

Natura magis proprie dr̃ de formis simplicioribus quàm de organicis, organicæ rectius dicuntur animæ. ex paraphrasi meta. tract. 1. cap. de natura.

Natura apud medicos dr̃ de virtute regitiua totius quæ est nutritiua, quia est simplicior inter oẽs virtutes: & ideo non pñt transferre nomen naturæ ad virtutẽ cordis. ibi.

Nani & pueri multum dormiũt, & habentes capita magna. ex libro de Somno & vigilia.

Necessarij entis dispositio est vt nõ sit per suã actionem, sed actio eius est propter ipsum. 2. phy. com. 82. vide 2. cęli. comm. 17. & 21. & 12. meta. com. 36.

Necessaria multa sequuntur per se multa possibilia. vndo possibile est in signis vt ꝓpositiones eorũ sint compositę ex propositionibus possibilibus, & necessariis, sed tñ necesse est vt maiores sint necessarię, qm̃ hoc modo cõtingit ꝙ conclusio sit necessaria. 7. phy. com. 2.

Necessaria multa habent causas. 8. phy. tex. com. 15.

Necessarium ſm Auic. duplex ex se & ex alio. Commẽ. in paraph. 1. de cęlo. vlt. cap. & 8. phyſi. com. 79. & 2. cęli. com. 71.

Necessariũ ens nullam hz possibilitatẽ. 2. cę. com. 33. & 34. & 12. meta. com. 39. & 9. met. tex. com. 17. vide in concordantiis.

Necessarium est duobus modis ſm Auic. videlicet, ex se & necessarium ex alio, possibile tñ ex se: & reputatur ꝙ ista sit opinio Alex. ī quibusdã suis tractatib. 3. cap. de substantia orbis, & ibi vide impugnationem istius dicti, & in 1. cap. etiam. & 8. physic. cõ. 79. & in 12. primæ philosophię. com. 41.

Necessarium non contingit aliter & aliter se habere. 4. meta. t. com. 25.

Necessarium pluribus modis dicit̃, 5. met. tex. com. 6. & 12. met. text. com. 38.

Necessarium pro violento. ibidem.

Necessarium est qd̃ impossibile est aliter se habere, ibidem.

Necessarium quoddam est in nãlib. & quoddam est in voluntariis. 5. meta. com. 6.

Necessarium simpliciter est duobus modis, quorum vnus est vt aliquid non possit alio modo esse per se: alter vero quod fit propter aliud, primus modus à modernis appellatur ineuitabile in esse, secundus vero à modernis appellatur debitum & necessarium per aliud. Cõmentator 5. metaphysic. commen. 6. vbi per modernos intellige Auicennam, & Algazelem, & sequaces istorum.

Necessitas dr̃ duobus modis. 12. metaphy.

raph. vlt. tex. commen. 38.

Necessariorum quoddam est necessarium per se, & quoddam per aliud: ista diffinitio nō est vera nisi ī motu cæli tantum non autem in substātijs. vide causā 12. meta. cō. 41.

Necessitas essendi non est additum quid supra esse extra aīam, īmo est quędam proprietas in ente necessario, nullamq; infert additionē supra ipsius substantiam, & nō aliud dicit nisi causę remotionem, videlicet, ꝙ illud principiū nō est causatum ex aliquo. ex lib. destr. disp. 3. in foł. 14. dubij. vide in contradictionibus nuper editis.

Necesse esse quomodo fuit à saracenis & ab Auicēna probatum, & ꝙ via Auicē. sit insufficiens, & quę sit via demonstratiua ad probandum necesse esse, require in disputa. 8. in lib. destr. in foł. 1. dubii.

Necessarium esse non est denominatio negatiua, īmo affirmatiua consequens naturam rei non habētis causam ex disputatione 8. in solutione vltimi dubij.

Necessitas in rebus naturaliter ē duplex, vel ex materia vel ex fine. ex 1. de partibus animaliū. cap. 1. fm translationem Theodori, & ex 2. phy. tex. com. 87.

Necessitas est duobus modis, vnus est vt essentia primi sit necessaria essentiæ vltimi, alter vt nō sit ex necessitate sed propter melius, vt melius est esse duo q̄ vnum. Cōment. in 2. Colł. ca 8. de iuuamentis mēbrorum consimilium.

Necessariū dicitur tripl̄r, primo pro illo quod impossibile est vt sit sine ratione materiæ, vt animal sanguineum impossibile est vt non respiret. 2. modo pro violēto. 3. modo pro eo quod impossibile est aliter se habere, & isto modo corpora cælestia dicuntur necessaria. ex paraph. meta. tract. 1. cap. de necessario. vide etiam Arist. 5. meta. ca. de necessario.

Negatio principium negat pluralitatem & morum: quia principiū est causa vtriusq;. 1. phy. cō. 8. ꝙ sic intelligitur, quia principium relatiue ad principiatum: relatiua autē posita se ponunt, & ideo si principium est principiatum est modo principium & principiatum sunt multa: non. n. capit inteilectus vt aliquid sit suimet principiū. 2. de anima. tex. cō. 47. & est etiam sententia diui Augustī. in 1 de trinitate. cap. 1. nulla omnino res est quæ seipsam gignat vt sit: quomodo autē prīcipium sit causa motus, patet ex descriptionibus principij positis ī 5. primæ philosophiæ. tex. cōmen. 1. in quib⁹ semper apparet motus aut vniuocus, aut equiuocus, sicut est cognitio, vt patet discurrenti.

Negationem vnam esse duorum impossibile est quod non est in priuatione. 10. meta. com. 19.

Negationes non inferunt pluralitatem in substantia negati, neq; relationes inferunt in substantia relati. ex libro destruct. disputatione 5. in dubio vltimo, auctoritate Algazelis & Auerrois, quia non sibi cōtradicit in illo dubio, nisi de intellectu tantum, quod non significat relationem in deo, sicut ipse Algazel peripateticis imposuit.

Negationes quæ currunt cursu nominum priuatorum. s. negationes quæ sumuntur in distinctione entium ab inuicem habēt sine dubio causas, quæ inferunt illis entibus illas

illas negationes. ex disputatione 7. in solutione 4. dubij.

Negatio & priuatio differunt, quia negatio est ablatio alicuius simpliciter: priuatio aũt est ablatio alicuius in aliqua nã terminata. 4. met. tex. com. 4.

Nenufar authoritate Auenzoar à proprietate hz colericos præseruare à febre. 6. Colli. cap. 11. vide ĕt 7. Colli. cap. 11. de cura febris colericæ. vbi ad corrigendam scamoneam iubet exiberi cum syrupo de neufare, & syrupo de pomis & masticæ: quia syrupus de nenufare frãgit qualitates primas scamoneæ. s. caliditatem & siccitatem, & cum hoc confortat sua aromaticitate membra principalia: & idem operatur syrupus de pomis, & mastix confortat & remouet nocumentũ membrorum principalium. Et nota bene hoc in actu practico in medicinarum solutiuarum exhibitione, contra rudes.

Neotericorum more loq est distinctus, & cum maiori indagine rem tractare: priscorũ vero more loqui est cũ paucitate ĩquisitionis. Auerroes in paraphr. 4. de cælo summa prima. cap. 3. & elicitur ex tex. cõ. 11. ibidem: loquens. n. de antiquis dicit, ꝙ modo magis nouo intellexerunt. vbi Com. com. 11. colligit ꝙ sermo posteriorum dz esse acutior & rectior, & causa est in promptu, quia posteriores viderunt dicta priorum, & non econtra. Dicit. n. Philosophus in 1. primæ philosophiæ, ꝙ philosophia balbutiẽdo incepit; ars. n. quælibet in sui exordio est cruda & immatura, sed maturatur postea, & deinde paulatim decoratur & perficitur, sicut testatur Auicẽ. in 7. suæ primæ philosophiæ. cap. 2.

Nerui habent introitũ in sensum & motum. 2. de ani. com. 116.

Nerui à nã triplici intentione sunt distributi: alij pp sensum, alij pp motum, alij ad percipiendum contristantia. Gale. 5. de vtilita. parti. cap. 9.

Nerui inter partes exangues cãm sentiendi p̃cipuã obtinẽt. Themi. 1. de ani. cap. 14. super tex. 32. cum hoc concordat Commentator 2. de anima. commen. 116. & medici omnes.

Neruus cũ nõ perueniat ad oẽs partes carnis in quib. fit sensatio, nõ põt dici ꝙ animal sentit p neruum tm̃: patet aũt de se carnem sentire per oẽs suas partes. ex 2. de partib. animalium. in cap. de carne. Com. vbi subdit, ꝙ non debet dici ꝙ fiat sensatio per neruum sine aliis mẽbris: nam simile huius dicit Galenus de visu, ꝙ fit per duos neruos obticos; quamuis etiam ipse dicat humiditatem glacialem esse membrum proprium visus, & subdit, ꝙ hoc erit si concedamus neruos inueniri in omnibus animalibus. sed si non inueniatur nihil faciunt ad sensum nisi melioris notæ gratiæ.

Neruorum iuuamentum ſm Galenum est ad deferendum sensum & motum voluntarium oĩbus membris. sed ſm Aristo. nerui non sunt facti nisi ad temperandum calorẽ intrinsecum ad hoc vt det virtutẽ sentiendi. 2. Colli. cap. 8. de iuuamentis membrorum cõsimilium, idem dicit ibidem vbi ponit iuuamenta carnis.

Neruus apparet ꝙ nascuntur ex cerebro

rebro eo ꝙ nõ ſunt ĩfixi in ipſo, ſicut dicit Galenus ibidem, vide in concordantijs nuper editis.

Neruus & cerebrum non ſunt principium ſenſus tactus, ſed in animalibus habentibus iſta contẽperant organũ tactus, quod eſt caro. in 2. de partibus animalium. in cap. de carne, Commentator.

Neruus ex humore mucori ſimili naſcitur & aliter Ariſto. 3. de natura animaliũ. cap. 5. cogita, quia facit pro opinione medicorum.

Neruus ignẽ non patitur cum vena patiatur, & inciſus ſolidari nõ poteſt. Ariſt. 3. de nã aĩalium cap. 5.

Neruorum natura nõ ab eodem initio continua procedit, ſicut natura venarum. ibidem.

Nihil debet eſſe ocioſum in natura. nec etiam in arte. 1. phyſi. com. 50. idem 1. cæli. tex. com. 32. & 3. de anima. tex. com. 45.

Nihil aliud ẽ cauſa generationis & corruptionis niſi materia propter non eſſe. i. priuationẽ, quæ eſt immixta in ſubſtantia eius. Commentator primo phy. cõmen. 79. & 1. & 3. capitulis de ſubſtantia orbis. & 1. cæli. com. 20.

Nihil per accidens prius eſt in his quæ ſunt per ſe. 2. phy. te. com. 65. primo cæli com. 14. 4. phyſi. 43. 4. metaphy. com. 14.

Nihil qđ ẽ de natura incorporea habet quantitatem. 4. phy. com. 10.

Nihil recipit ſe neq; per ſe neq; per accidẽs. 4. phy. tex. com. 26. & 27.

Nihil ad numerũ nullam habet rationem. 4. phy. tex. com. 71.

Nihil dicit trãſmutatũ niſi qđ ẽ in fine trãſmutationis. 6. phy. t. c. 57.

Nihil corrũpitur in nihil, & nihil ex nihilo generatur. 3. cæli. cõmẽ. 52. idem 1. phyſi. tex. com. 34.

Nihili, ſeu nõ entis nullę ſunt differentiæ. 4. phy. tex. com. 67.

Nihil ſimpliciter intelligitur duob? modis, aut qđ nõ eſt ſubſtantia & eſt aliquod aliorum p̃dicamentorum, aut ꝙ non eſt ſubſtantia nec aliquod aliorum prædicamentoꝝ, 1. de gñatione & corr. tex. com. 11.

Nihil corũ quæ à natura & ſ̃m naturam ſunt inordinatum eſt. natura enim eſt cauſa omnis ordinationis. ex 8. phy. tex. com. 15. Vbi aduerte ꝙ in plus ẽ aliquid eſſe à natura & eſſe ſ̃m naturam: nam non ſolum habitus & diſpoſitiones cõuenientes & formæ à natura ſunt, verũetiam priuationes & monſtra & corruptiones à natura sũt, ſicut notat pulchre Themi. in 2. phyſi. & Simplic. in expoſitione tex. cõ. 5. & ideo Philoſophus animaduertens ad hoc dixit, nihil eorum quæ ſunt natura & ſ̃m naturam. i. ſ̃m naturalem & conſuetum ordinẽ naturę eſt inordinatum, quia bene aliquid à natura genitum poteſt eſſe inordinatũ. nam quid generat nutrit, & auget monſtra niſi natura? ſed talia & ſi à natura ſint, non tñ ſunt ſ̃m naturã genita impedimento naturę adueniente pp materiam. & ideo Commẽtator ĩ cõmento dicit illã propoſitionem q̃ à natura ſunt eſſe ordinata habere veritatem vt in pluribus: ſed raro illa propoſitio fallit, ſed cũ limitatione Philoſophi ſemp vera eſt. Et ex illo loco patet, quid ſit dicendũ ad qõnes fieri ſolitã in fine 2. phy. à doctoribus quçrẽtibus vtrũ mõſtra ſint à natura vel à caſu: aliqui. n. vt Burleus diſtinguũt de mõſtro, qđ poteſt bifariã ſumi,

vel

vel pro aggregato ex ĩdiuiduo alicuius ſpeciei & monſtruoſitate, & ſic dicunt talia nõ eſſe effectus naturę, alio mõ ꝑ indiuiduo cui accidit illa mõſtruoſitas, & ſic ſunt à natura. Nõnulli aũt dixerunt eſſe à natura vlī, alij conuerſo modo, ꝙ ſunt à natura particulari. Nos aũt iuxta peripatheticorũ doctrinã dicimus, iſta à natura fieri, nutriri, & augeri, ſed non ſm naturã: etiam monſtra quæ non ſm naturã fieri dñr, poſſunt dici à caſu eẽ facta, ſed nõ à fortuna. ſicut docuit nos Philoſophus in 2. phy. tex. cõ. 65. vbi ponit differentiã inter aliquid eſſe à fortuna, & à caſu. vbi dicit, maxime aũt à fortuna eſſe eſt ſeparatũ in his quæ à natura fiant, cũ. n. aliquid extra naturã tunc nõ à fortuna, ſed magis à caſu factũ eſſe dicimus: ſed tñ eſt hoc alterũ: illius. n. cã exterius eſt, iſtius aũt interiũs. Vbi animaduerte, ꝙ monſtra & ſi à caſu, dici poſſunt facta fuiſſe & nullo mõ à fortuna, tñ proprie loquendo talia ẽt à caſu non ſunt, qa effectus caſualis proprie ſumpti cã eſt extra, ſed mõſtruoſi effectus cã eſt intra, quia mã eſt ex ſui ſuperabundantia, vel defectu, vel ex ſuis qualitatiuis & quantitatiuis diſpoſitionib. cã monſtrorum, & mã eſt ex cauſis intrinſecis. & ideo large dñr à caſu eſſe, ſed proprie ſunt à nã, ſed non ſm nãm facta: ita notant græci, & Com. in verbis obſcuris ibi dicẽs, ꝙ iſte eſt alius modus naturæ, &c.

Nihil patitur ſm quod eſt vnum. 9. meta. tex. com. 2. vbi Com. dicit, ꝙ Ariſt. per hoc intendebat declarare ꝙ in re ſimplici nõ eſt paſſio neq; potẽtia omnino: & ꝙ illud in quo eſt potentia eſt compoſitũ: & fuit antiqua ſnĩa diuini Hippocratis in libro de natura humana. vbi ſcribit, ꝙ ſi homo eſſet res vna nõ vtique doleret neq; pateretur neque corrumperetur, quia ſicut dicit nõ inueniretur aliquid qđ faceret eũ dolere, & pati, & conuerti. Hoc ẽt conſonat dictis Galeni in princip. libri de morbis & accidentibus inueſtigantis numerum morborũ. vbi hr, ꝙ quia corpus compoſitum eſt ex contrariis elementis habentibus poteſtatem cõmiſceri, & mutari, & ad ſeipſa conuerti, & paſſionibus ſubiici, eſt corpus corruptibile, & mutabile, & paſſibile, non ſolum ex nã compoſitionis, vt aſſerebat Democritus ex atomis indiuiſibilibus faciẽs ꝓpoſitionem, ſed ẽt ex nã componentiũ, & ideo d. ꝙ ſi corpus eſſet ſimplex nõ reciperet magis, nec min⁹, nec meli⁹, nec pi⁹, ſz ſi ex diuerſis ptib. fuerit ꝓpoſitũ & ad ſe inuicẽ paſſibilib. multa diuerſa ſibi erunt aliis alia meliora.

Nihil ex non ente fieri, & oẽ ex ente ferè, oĩum eorum, qui de nã eſt, cõe dogma. 11. primæ philo. ca. 5. iuxta princip. idem in 1. phy. text. com. 34.

Nihil eorũ q̃ nã fiũt fit ab arte, nec econtra. Com. authoritate Alexã. 12. primæ philoſ. com. 13. Ex quo videtur ꝙ ars alchimiæ nõ ſit poſſibilis.

Niſi in ſciẽtia nãli demonſtraretur modus entium ſeparabilium non eſſent niſi ſcientia doctrinalis & nãlis. 1. phy. cõ. vlti. Quod qũo ſit intelligendum vide in theoremat.

Niuis & pluuię locus eſt vnus & materia vna, ſed differunt per diuerſitatem agentis, quia frigiditas ge-

nerans niuem est intẽsior, & frigiditas generans pluuiam est remissior. 1. metheororum. cap. 4.

Nigrum est albi priuatio vt lucis tenebræ. 10. meta. tex. com. 7.

Nobile modicum nobilius est multo ignobili. 2. cęli com. 60. & fuit sententia Arist. in 1. de partib. animalium. cap. 5. vbi scribit. Res. n. illas superiores tametsi leuiter attingere possumus, tamen ob eius gñis excellentiam cognoscẽdi, magis oblectamur, q̃ cum hæc omnia iuncta nobis tenemus: quemadmodum quamlibet partem minimãq; corporis nostrarum puellæ delitiarũ vidisse gratius & iocundius est: q̃ cæterorum hominum membra tota perspexisse & contrectasse. cõsimile elicitur, ex 1. anima, text. com. 1.

Nobilitas essendi in intellectib. abstractis non acquirit̃ per actionẽ. 2. cęli. com. 62. & habet ibidẽ tex. com. 64.

Nobilitas abstractorũ consistit in seipsis, sed nobilitas aliorũ entium ꝓsistit ī actione eorũ. 2. cęli. c. 62.

Nobilius semp prius est viliori. 3. meta. tex. com. 11.

Nobilitas nõ accidit formis nisi ſm ꝙ sunt finis. 2. phy. com. 74. consimile hr̃ in 2. primæ philosophiæ: tex. com. 8. vbi dicitur, ꝙ facientes infinitum latentes auferunt boni naturam. vbi Comm. in com. notat ꝙ bonum in entibus nõ est nisi pp causas finales. Vbi animaduerte ſm Philosophum in eodem loco. v3. 2. phyſi. 74. ꝙ tunc forma hz rationem finis, qñ res ab ea habet dignitatem & nobilitatẽ non simpliciter sed ſm naturam vniuscuiusque rei: dignitas enim simpliciter & perfectio & nobilitas simpliciter, vt notant ibi expositores, & etiam Com. in 5. primæ philosophiæ, in c. de perfecto. nõ est nisi in primo principio quod Deus est. Et aduerte ꝙ licèt in nãlib. forma & finis veniant multotiens in vnum ſm subiectum, & duo ſm rationem: alicubi tñ ratio formæ, & ratio finis separantur, sicut est in mathematicis, vbi solum est ratio formæ & non finis, quia in īmobilibus non est ratio boni, neque finis. Sed dices, qño sciri potest per regulam necessariam qñ ista separantur & quando non? Ad hoc autem Alex. & Themistius, quos ẽt Commentator sub verbis obscuris sequitur, dixerunt, ꝙ hoc patet ex diffinitionib. rerum: nam cum diffinitio exprimat formam & rei quidditatem: quotiens proposita diffinitione statim apparet rem talı modo melius esse q̃ quouis alio modo, tunc forma illa non solum forma, verum etiam finis rationẽ obtinet: sed quoties proposita diffinitione rei non statim apparet rem illam melius hoc modo se habere q̃ alio, tunc res illa solum forma est, & nullo modo finis. Et hoc videre licet in diffinitionibus rerum naturalium, quia positis rerũ diffinitionibus apparet rei dignitas & nobilitas, ſm quã res totaliter se habent quàm aliter, vt ex hominis diffinitione, dicente hominem esse animal rationale mortale apparet ꝙ melius est hominem habere cõplexionẽ maxime temperatã & remotã ab excellentiis contrariorum sicut est de facto, q̃ alio modo: molles enim carne sũt aptı mente & ratiocinio. vt patet ex 2.

de

de anima, tex. com. 94. ſimiliter ex diffinitione auis, videlicet, ꝙ ē animal a prædominio aerū manifeſte apparet ꝙ melius eſt aues habere alas quā carere alis. Sed ex diffinitionibus rerum mathematicaꝝ non ſtatī apparet quare res melius ſit iſto q̄ alio ſe habere mō, vt poſita circuli diffinitione & quadrati non ſtatim apparet quare melius ſit circulū hoc q̄ alio ſe habere modo. Vnde Themiſtius ibi dicit, nō enim quēadmodum ex hominis, equi, plantarū diffinitione ſtatim oſtenditur quid ſit in illis ſpecieb. optimū præſtantiſſimumq;, ita in mathematicis euenit: quis. n. non derideatur ſi pergat probare meli⁹ circulo eſſe vt lineę à centro profectæ pares ſint aut quadratæ vt illæ quæ quadratum obambulant? Qđ etiam animaduertens Commēta. inquit ibi in com. 74. forma in rebus naturalib⁹ eſt vt ens ſit in ſua diſpoſitione nobiliori ꝫ quod eſt illud ens, nō nobilius ſimpliciter: nobilius. n. in eſſe non eſt nobili⁹ ſimpliciter: & dixit hoc vt notificet ꝙ forma non ſequitur naturā materiæ neceſſario, vt opinati ſunt antiqui naturalium, ſed natura inuenit eam ꝓp hoc ꝙ ens ſit in ſua natura nobilius: & ideo forma q̄ ſequitur naturā entis, nō eſt dicta nobilior, vt forma mathematica: non enim dicimus ꝙ ex hoc ꝙ lineæ exeuntes à centro ad circumferentiam ſunt æquales vt circulus ſit nobilior, ſed hoc contigit naturæ circuli, & ideo nobilitas non inuenitur in formis mathematicis. hæc enim. ſ. nobilitas non accidit formis niſi ſecundum quod ſunt finis, hæc Commentator.

Sed tunc eſt maxima difficultas, quia Ariſto. in 13. primæ philoſophię ī fine primi capituli. īquit, bonū autē & immobilibus dicentes nihil mathematicas ſcięntias dicere de bono aut optimo mentiūtur: dicunt enim & demonſtrant maxime, non enim ſi nō nominatum: opera autē & rationes oſtendunt &c. quod animaduertens Auer. in 3. primę philoſophię. com. 3. exponens dictū Philoſophi. ibidē aſſerēris in mathematicis non eē rationē finis neq; boni, īquit, ꝙ ipſe dixit ꝙ ordinatio numerorū & magnitudinū inuenit in eis, & indiget hoc perſcrutatione, vbi in eodē loco dicit Commē. ꝙ in immobilibus non inuenitur bonum per ſe. & ponderans hoc Commētator dicit & dixit per ſe, quia poteſt contingere vt in rebus mobilibus ſit bonum, ſed non per ſe. vnde ſm ꝙ mihi videtur, tunc in aliquo obiecto ſcibili īuenitur ratio boni per ſe, quando ex ratione & diffinitione dante rei quidditatem ſtatī apparet rei bonitas, & ꝙ melius eſt rem illo, quam alio modo ſe habere, ſicut apparet ex diffinitionibus rerum naturaliū, vt diximus: ſed qñ ex diffinitione talis rei non ſtatim hoc apparet, tunc ſi in tali obiecto ſit aliqua bonitas, hoc non eſt per ſe, ſed accidit: nam non eſt dubium ꝙ in figuris mathematicis ē ordo & nobilitas. nā in 2. cęli. tex. com. 12. demonſtratur circulū eſſe nobiliorē & perfectiorem omniū figurarū, quia tñ illa nobilitas non euidenter etiā immediate apparet ex circuli diffinitione, vt dicit Themi. & Com. ideo contingit naturæ eius: iſta ni

fallor, ẽ peripateticorũ ſnĩa in hac re, q̃ non niſi maximo labore, & ĩ non paruo tempore mihi ĩnotuit. Et aĩaduerte etiã vnum quod etiã alibi in cõtradictionibus memini me annotaſſe, qđ refert dicere ĩ ẽntib⁹ mathematicis nõ eſſe rõnem boni, & refert dicere ſcĩas mathematicas non habere rõnẽ boni, qa primũ verũ eſt, & ſcđm eſt falſum; nam entia mathematica & nãlia non ſunt diuerſa ſm ſubiectũ, ſed ſm rõnem: & ideo eadẽ forma, vt ĩ mathematica ſcĩa conſideratur, hz ꝑeiſe rõnem formæ & non habet rationem finis, & ſic abſtrahit à rõne boni, ſed vt ĩ naturali ſcĩa cõſideraẽ vtroq; modo conſideraẽ, & ideo vt ẽ finis intẽtus ab agẽte ſic habet rõnem boni, ſed ſcĩę mathematicæ cũ ſint ſm peripatheticos de numero ſcĩarum ſpeculatiuaꝝ, ſic ſunt de numero bonoꝝ, & ĩ eis ẽ ordo, & ex earũ cognitione ĩtellꝰ perficiẽ, & nõ ſolũ exerceẽ, vt voluę rũt Platonici, vt notauit Amoni⁹ ſuper porphirio. Amplius dant pluribus artib⁹ ſubalternatis multa principia & conferũt ad multa, vt alibi notauimus. Sed tunc eſt difficultas qũo poteſt eſſe nobilitas in habitu ſcientifico ſi nõ inuenitur ꝓ ſe nobilitas & ꝑfectio ĩ obiecto. Niſi eſſet ꝙ habitus ſciẽtificus non depẽdet ab obẽto tanq̃ à cã totali, & ideo põt aliqua participare ex alia rõne q̃ ex rõne obiecti: licèt n. habitus ſciẽtificus in certitudine & abſtractiõe depẽdeat ab obiecto, vt patet in 1. poſterio. in illo cap. certior aũt ſcĩa ẽ altera: alteratũ in nobilitate nõ ſemp ab obiecto depẽdet, licèt hoc plerunq; contingat, vt eliciẽ ex prĩcipio libri de aĩa, & ex. 2. primæ philoſophiæ. t. cõ. 2. ſed illud ẽ verũ vt frequẽtius: ſed nõ credo illud ſemp verũ eſſe, ſicut eſt in caſu. Et tu ꝙſidera diligentius, quia non eſt poſteris præcluſa via ad altiores ſpeculationes.

Nobilius nõ tendit deſiderio in vilius. 12. primæ philoſophiæ. tex. c. 30. & habetur in 2. politicę, vbi habetur ꝙ vilius ſemper eſt nobilioris gratia.

Nobilitas rerũ compoſitarũ ſe inuicem excedentiũ non attendiẽ niſi ꝑpenes paucitatẽ cõpoſitionis & ꝓpinquitatẽ ad primũ ſimplex ĩ illo gñe. 12. primę philoſophię. com. 51. vbi patet perfectiones rerum attendi penes proximationẽ ad ſummum contra Sophiſtas.

Nobile in omni gñe eſt ſimplex. & indiuiſibile, & ſingulare, & per ſe extra cõpoſitũ. ſ. ꝙ ſubſtãtia entis non eſt in cõpoſitione: ſicut calidũ ſimplr eſt ignis, cui non eſt admixtum aliud corpus, ꝓ quod fiat modici caloris. 12. prĩę philoſo. c. 51.

Nobile id ẽ qđ ex bono ꝓdiit gñe. generoſum vero qđ non à ſua natura degenerauit, primo de hiſtoriis animalium. cap. 1.

Noctes plenilunij ſunt tepidiores. ex 4. de parti. anima cap. 5.

Nomen libri phyſicorũ eſt auditus nãlis, vel ſermo nãlis, vt Commẽ. in prologo. ſed allegat extraneam cãm: melius græci vt Simplicius. Nã ſcriptorũ Ariſt. duæ ſunt ſpẽs, vna earũ q̃ exteriora nominabat, & de hoc meminit Ariſt. in 1. cęli & mũdi. tex. com. 100. quales erãt hyſtoricæ & rethoricæ meditationes, & demũ oĩa ea q̃ minus tum curę, tum diligentię indigebant. altera eorũ q̃ auſcultatoria nũcupabat

bat, in qbus philosophia remotior subtilior agitabat, ex quo nūero est iste liber. Aduerte ēt q ab Aristo. nuncupat' prim⁹ sermo nālis, vt patet in 1. cœli. tex. c. 20. dr ēt ī spāli lib. de principiis & de motu.

Nomina synonima non vsitanr in doctrina demonstratiua. Auerr. 1. phy. cō. 1. & 4. phy. com. 129. 1. cęli. com. 1. huius ratio (ni fallor) est, quia nihil debet esse superfluū in sciētia, in hoc enim ita est de arte, sicut de natura, prout scribit Commen. 1. physi. com. 50. & ideo dixit Linconiensis, q mos est sapiētum verba onerare sententiis. Nota tn q ad exponendū licet quandoq; vti noīb⁹ synonimis, vidē p hoc Auer. 4. physi. com. 45. notanter aūt apposuit ī doctrina demonstratiua, qa in arte poetica, aut oratoria hoc non solum licet, immo est necessariū. & Plato asserit non est habēda de noībus cura quibus magnarū rerū cura proponitur, vt recitat Gale. 2. de diffe. feb. cap. 7.

Nominū nō est magna solicitudo habenda. 1. phy. com. 1. idem Themistius 1. de anima. cap. 19. Platonis etiā snīa fuit si nomina neglexerimus magis diuites prudentia ad senectutē perueniemus. Galen⁹ refert in 4. de vtilit. parti. cap. 13. vide qūo sit intelligendum in contradictionibus nuper ēditis.

Nomen dictū de aliquibus simplr & ēm prius: de aliis vero dicr ēm quid aut p posterius: illud de quo dr per prius est semper causa posterioris. 8. phy. com. 77.

Nomina septimo die pueris imponuntur: plures enim ante septimū diem conuulsione intereunt. 7. de natura animalium. cap. vltimo.

Nomē cognitionis & scīę nō sunt noīa synonima, quia scīa demonstratiua non vtr noībus synonimis. consimile 1. phy. tex. com. 1.

Nomē priuatiuū tria signāt, aut. n. mōstrat priuationē intētiōis quā demonstrat nomē habit⁹, vt cū dr de cęco, q est nō hūs visum, aut diminutionē visus vt demōstrat hoc nomē debilis visus, aut malū visū, vt videat phātasmata. 3. cęli. c. 25. & ē simile distinctione medicorū de opatione lęsa, q dr trib⁹ modis, aut diminute, aut corr. aut ablate.

Nominū quædā dicunr equiuoce, & quædam ēm prius & posterius. 1. de generatione. tex. com. 44.

Nomē in rebus nālibus 1. dr de forma: & scdario de congregato, in artificialibus vero ecōtrario. quia primo dicr de materia, & scdario de congregato. 2. de anima. com. 8.

Nominū expositio in scīa diuina ē pars illi⁹ scīę, ecōtrario ei qđ est in aliis sciētiis: qa ī aliis sciētiis exponunr noīa apud vnamquāq; consideratione in vnaquaq; qstione, sed in scīa diuina exponūtur noīa in vno tractatu, vz, in 5. meta. non ad distinguendū nomē equiuocū, sed in numerando intētiones de q bus cōsiderat ista scīa. Auer. 3. metaphy. com. 1. & idē 5. meta. com. 1. contra Nicolaum peripateticū.

Nomina denominatiua significant vnum compositum. 3. metaphysi. com. 16. vide etiam 1. physi. com. 25. vide in concordantiis.

Nomina denominatiua significant substantiam & accidens. quarto metaphysi. com. 3. & 3. metaphy. commen. 16. vide tamen quid 1. significēt. Auer. quinto metaphy. commen. 14. contra Auicennam.

Nominibus non significantibus auferretur adinuicem disputare: secūdum veritatem autem & ad seipsum. 4. metaphy. tex. com. 10.

Nomen quod significat vnam intētionē, necesse est quòd imponens illud nomen ad significandum illam intentionē intelligat illam intentionē: qui enim non intelligit vnam intētionem, non potest ponere nomen oīno. 4. mera. t. c. 10.

Nomina denominatiua q̄ prędicantur de vno non significant vnā intentionem. 4. meta. commē. 11. & elicitur ex tex. & sensus est quòd nomē non dicitur significare vnā intentionē ex hoc q̄ prędicatur de vno, alioquin sequeretur q̄ albū, & musicum, & homo vnū & idem significarent, quod tñ est falsum: refert enim vnum significare, & dę vno, vt dicitur in textu.

Nomina multa quę significant aliqua quæ sunt vnā diffinitionē habentia, sunt nomina synonima, vt vestis, & tunica. 4. meta. tex. cō. 11.

Nomen quando significat aliquid in nominato, quod est rei necessarium, & est idem in numero cum eo significat substantiam, & si significauerit in nominato aliquod non necessarium ei nec est cum eo vnum, tunc illud est accidens. 4. meta. tex. com. 12.

Nominum expositio est pars scientiæ diuinæ, secus in scientia naturali & in aliis scientiis particularibus. 5. meta. cōm. 1. Vbi animaduerte vnum pulchrum dictū Alexandri. 5. meta. in expositione textus 5. in capitulo de natura ī fine, vbi dicit: illud aūt intelligere oportet singula q̄ vt plurifariā dicta partitur, nō accipi vt equiuoca, sed vt quæ ab vno & ad vnū referuntur.

Nomina aliqua de quibus Arist. distinguit significata corū in 5. meta. sunt ꝓpinqua synonimis, & cōmunibus appropriatis. 5. meta. cō. 4. quid per noīa synonima Cōm. intelligat clarum est. Nam sunt diuersa noīa eādem tñ intentionem significantia, sicut vestis, tunica, & indumentū, & de talibus Cōmen. locutus est in 1. phy. cōm. 1. & 1. cæli. com. 1. dicēs q̄ nomina synonima nō vsitant in doctrina demōstratiua. & 4. phy. com. 129. dicit. displicet expositoribus ipsum vti nominibus synonimis: vnde in simili dicit, q̄ ista noīa, elemētum, principiū, & causa, dū cōiter sumūtur sunt noīa synonima, sed dum sumuntur proprie distinguunt: & hoc voluit significare, cū dicit hic in prędicta authoritate, q̄ sunt propinqua noībus cōibus appropriatis: appellat enim nomē cōe quod de multis intentionibus dici pōt: sed qñ appropriate sumit, tunc sumitur ꝓ vna intētione tñ: nam licèt elemētū cōiter potest de omni causa dici, proprie tñ de causa materiali: & principium communiter licèt de omnibus etiam causis dici potest, appropriate tamen dicitur de causa mouēte, & agente, & causa appropriate dicit' de fine, licèt communiter dicatur de omni causa. sic igitur intelligis quę nomina sunt propinqua synonimis, & communibus appropriatis.

Noīa denominatiua primo significāt accns, secundario subm, contra Auicē. Cōmenta. 5. meta. com. 14.

Noīa q̄ dñr de affirmatione & negatione, dñr pure equiuoce, & vlr de oppositis 7. meta. com. 15.

No-

Nomen non imponitur rei, quam homo ignorat. 7. meta. tex. com. 54. idem 4. meta. tex. com. 10.

Nomen vtrum significat cõpositũ, an formam, quæritur ista quæstio à Philosopho in 8. metaph. ī tex. cõm. septimi. Et notat ibi Commentator, ꝙ ista qõ procedit in nominibus significantibus essentias. i. substantias rerum, & non in accidentali: quod ideo dixit, quia vt ipse tenet contra Auic. 5. meta. com. 14. noīa denominatiua primo significant formam, & secundo subiectum.

Nomen significãs essentiam primo significat formã, & secundario cõpositũ ex materia, & forma. 8. metaph. tex. com. 7.

Nomen nõ significat rem nisi ꝑm, ꝙ est in actu. 8. metaph cõ. 7. & est authoritas Philosophi ī 9. primæ philosophię in tex. com. 7. & in 2. phy. tex. com. 11.

Nominum propriorũ inopia cogit nos qñq; metaphoricis vti. The. primo de memoria. cap. 11. idem Alexãder in paraphrasi de anima. in cap. de phantasia.

Nominũ oportet si disputatio futura est vnumquodq; esse notũ, non facto autem hoc cõicatio sermonis esse non poterit, oportet igitur no minũ vnumquodq; esse notum, & significare aliquid & nõ multa, solum aũt vnum, si autẽ plura significet manifestũ facere ad quod fert nomen eorum. 11. primæ philoso phiæ. cap. 3.

Necessariũ præceptũ in disputationib'.

Nominũ inopia facit nos declinare à principali ad cõitates. Auicen. 5. meta. cap. idem Com. 7. metaphy. com. 41. & 8. meta. com. 5. contra Alexandrum.

Nomina analoga dicuntur mõ continẽtię rerum attributarũ ad vnũ, & taliũ proprietas est, ꝙ ascendant ad primũ illius generis, qđ est causa aliorũ prima appellatorum illo noīe, & ideo tal a nõ cõicant ī vna natura cõi, & probatio huius est, quia istorũ quoddã est causa cęterorum, & cã præcedit causatum, & impossibile est, vt natura causæ, & cãti sit vna, & eadem in genere, nisi in particularibus causis: & ideo hæc species cõicationis opposita est cõmunicationi gñali. ex lib. destruc. disput. 7. in solu. vltimi dubij.

Nomen fuit impositũ formis quiescentibus, & verbũ formis mobilibus. Comm. 5. phy. com. 9.

Nomen famosius videtur significare aggregatũ ex materia & forma, licèt quãdoq; dicatur de forma, & est id cui verius applicatur nomẽ: sed si fiat cõparatio inter has duas significationes, tũc significatio de composito est prior tempore, & posterior ꝑm esse: & eius significatio de forma est posterior tpe, & prior ꝑm esse, quia nõ est moris plebis distinguere inter individua substantiæ tali differentia. ex paraphrasi meta. tract. 2. vide idem in 8. met. com. 7. & in 2. de anima. comm. 8.

Non inuenitur corpus simplex qđ alteretur ex se, aut quod gñetur ex se: sicut inuenitur corpus simplex quod trãsfert in loco ex se. 2. phy. com. 1. 4. phy. com. 71. 8. phy. 20. & 60. & 2. de aīa. com. 50. & 115.

Nõ dubitamus, ꝙ corpora simplicia mouent ex se. 2. phy. cõ. 3. & 1. & 4. ph. 71. 3. cæl. 28. 4. 22. 24. & 25.

Non debet aliquis dicere, ꝙ diffinitio naturæ sit conclusio demõstrationis. 2. physi. com. 3. & com. 6.

Non

Non omnis homo est aptus, vt sit medicus. 2. phy. commen. 3.

Non quodlibet gñatur ex quolibet. 1. phy. tex. cõ. 43 & 2. phy. tex. cõ. 45. & 8. phy. 46. & 2. meta. cõ. 15.

Nõ omne quod est à natura est pp aliquid. 2. phy. cõ. 77. vide pro intellectione huius, The. in 2. phy. fi. in expositione tex. 5. vbi dixit, ꝙ à natura etiã esse dicuntur priuationes & peccata naturæ, licèt talia ẽz nãm non sint. & ita dicit Simpli. in eodem loco.

Non ens non transmutatur. 3. phy. tex. com. 12. & primo phy si. commen. 71. & tex. commẽ. 75. & 77.

Non omne de quo dicitur hoc nomen, vnũ, dicit de eo ẽm ꝙ quidditas sit eadẽ, vt vnũ dicitur de tunica, & esse. 3. phy. tex. com. 21. facit proportionibus cum identitate reali sine distinctionem formalẽ.

Non entis nulla est dria. 4. phy. 67.

Non omne ens ẽ in loco, sed mobile corpus. 4. phy. tex. commen. 47.

Non esse in actu quod est esse in potentia est proprium primę materiæ. 5. phy. com. 7. & 1. phy. 70. & 12. metaph. commen. 11.

Non ens dicit tribus modis. 5. phy. tex. commen. 8.

Nõ quodlibet agit in quodlibet, nec quodlibet patit à quolibet: sed determinatum à determinato, & sit non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatũ à determinato. 1. phy sico. tex. c. 43. inqt Simplic. ꝙ istę sunt dignitates cões omnibus generationibus, & naturalibus, & artificialibus, & idẽ confirmat Comment. ibidem comment. 46. Auer. autem addit, ꝙ istę dignitates sunt verę vniuersaliter, in omni generatione, quarum actio, & passio est quasi genus; quod ideo credo additum fuisse, qnia intentio Arist. ibi est probare, ꝙ omnia quæcunque fiunt, fiunt ex primis cõtrarijs, qꝛ ista erat vna ex tribus conditionibus principiorum, quæ non erat p se nota de primis contrariis, vt dicit Comment. Et ideo Arist. altius exorditur ad declarandum illam ponens istas dignitates, ꝙ non qdlibet agit in quodlibet, sed contrarium in suũ cõtrarium, nec quodlibet patitur à quolibet, sed cõtrarium patitur à suo contrario. Et ideo scire debes, ꝙ est differẽtia inter motũ & actionem. quia in plus est mouere, quàm agere. primo de generatione, & corruptione. tex. cõ mẽ. 43. omne enim agens est mouens, sed non econtra. Nam actio & passio sunt merito contrarietatis, in talibus igitur generationib⁹ quarum actio & passio est quasi genus. i. quæ fiunt merito contrarietatis habẽt locum illæ dignitates. Nam in motu non est verum vniuersaliter propter motum cęli, qui non est de contrario in contrariũ, sed est ab eodem in idem, vt patet 1. cęli. tex. cõm. 30. & propter motum æquiuocum repertum in abstractis, & in intellectu, vt patet 8. phy si. com. 40. & sic cessat instantia Simplicij de anima, quæ videt pati, dum illustratur à Deo, cũ non sit in ea contrarietas, soluit enim ꝙ ipsa inquantum indigens videt aliquam habere contrarietatem respectu Dei, qui est perfectus, & plenus omni perfectione, & sic ex nõ diuina fit diuina, sed melius est dicere cum Auer. ꝙ hic non quærũtur nisi principia generationis, & corruptionis in quib⁹ est actio & passio,

passio, talia autem sunt in quibus est ꝓtrarietas, vnde alterationes & motus illi inuēti in abstractis sūt aquoce dicti cū istis, q̄ inueniūtur in his q̄ sunt corpora, aut virtutes in corporibus, sicut bene notauit Com. in 8 phy. com 4.

Non ens nō dicitur quiescere, neq; transmutari, neq; esse contrarium 8 phys. com. 62. idem 4 phy. tex. com. 7. & 8 & 1. phy. 51. & 8. ph. commen. 4.

Non iustū est increpare aliquē non inspecta causa. 2. cœli. tex. com. 34.

Non solū his dicere gratiā iustū ē, quorū opinionibus aliquis communicauerit, sed & his, qui adhuc superficialius enūciauerūt, etenim hi conferūt aliquid, nam habitum quidē nostrum præexercitati sunt 2. meta. te. com. 2.

Non similiter mentitus est, qui dixit quatuor esse quinque, & q̄ mille. 4. metaph. tex. com. 18.

Non entiū quædam potentia sunt. 9. metaph. tex. com. 7.

Non ens dicitur tripliciter. 12. meta. t. com. 11. & 5. ph. tex. com. 8.

Non videre quędam melius est, quā videre. 12. meta. tex. com. 51.

Nota singulis, & prima multotiens debiliter nota & parū, aut nihil entis habēt. 7. meta. tex. com. 10. vbi dicit Cōmē. ꝓ illa q̄ sunt cognita cuilibet sūt paucę, aut paruæ cognitionis in respectu eorum quæ sunt cognita apud naturam.

Nota per se, & euidentissima demōstrari non possunt. 2. phyfico. tex. com. 6. & ibidem com 3. & 4. meraphys. tex. cōmen. 9. Themistius etiam 2. de anima super tex. com. 152. inquit, ꝓ euidētissima, & quę ita sunt, vt videbitur attollunt rapiuntq; etiā repugnantem animū ad acceſſionem, siue ascensionem.

Notū est per se, ꝓ locus rei est aliud à re, & quod nihil sustētatur super se. 3. phys. com. 52.

Notum est per se, ꝓ in minori tempore pertransitur pars, q̄ totum. 6. phy. com. 21.

Nota naturaliter & ignota naturaliter inueniūtur in quolibet gñe.

Nos sumus quodammodo finis omnium. 2. physico. tex. com. 14. Aduerte tamen, ꝓ loquitur de manufactis, seu artificialibus.

Nos nō credimus scire aliquid nisi sciuerimus illud cū oībus suis causis primis, donec perueniamus ad suas causas propinquas. 2. phy. cō. 27. idem primo phy. com. 1.

Nouitas in rebus nō procedit à voluntate tantum, īmo etiam à natura, & ab euētu, vnde si innouatum solum à volūtate esset, sequeretur ꝓ volūtas assumeretur in diffōne eius, nūc aūt diffō innouati est illud quod fit post priuationem. Ex disput. 11. in fol. primi dubij.

Nouitates nō proueniūt nisi in corporibus, & ideo Philosophi cauēt sibi attribuere nouitates prīæ causæ. Ex disp. 12. in solu. 3. dubij.

Nulla scientia speculatiua cōsiderat de ente p accidēs. Cōm. 2. phys. cō. 53. pōdera, quia dixit speculttiua, vide in primo priorū. in com. 18. in calce commenti.

Nullius diuisibilis finiti vnius ē terminus. 4. phy. tex. com. 91.

Nulla obliuio maior est, q̄ cum qs perscrutatur de causa alicuius rei, & dat causam destruentem intentionem illius rei. 3. cœli. com. 56.

Nullus potest per se inuenire artes operatiuas, aut considerativas in

maiori

maiori parte, quia nō complentur nisi per iuuamētum prioris ad sequentem. 2. metaphy. com. 2 vide cōsimile in fine com. 36. 3. de aīa.

Nullus conabitur aliquid facere ad terminum nisi futurus venire. 2. meta. tex. com. 8.

Nulla species inuenitur per accidēs 6. meta. tex. com. 4. idem 8. physi. com. 46. & 7. meta. com. 22.

Nulla est substātia abstracta q̄ non moueat, quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. 12. meta. commen. 48.

Numerus quilibet est numerabilis, & omne numeratum in potentia cum fuerit in actu possibile est, vt sit numeratum in actu. 3. physico. tex. com. 41.

Numerus causatur ex diuisione cōtinui. 3. phy. tex. com. 68. Et nota q̄ intelligitur de numero sensibili, quia continuum est diuisibile in infinitum, & per consequens talis numerus causatur ex vnitatibus q̄ sunt res diuisibiles.

Numerus crescit in infinitū, & est vnum de fundamentis, quæ ponit arithmeticus. 3. phy. com. 56.

Numerus augeť in infinitū propter materiā, & non diminuitur in infinitum, quia diminutio inducit ad formam vnitatis quæ est indiuisibilis. 3. phy. tex. com. 68.

Numerus est coaceruus vnitatū cōpositus ex indiuisibilibus. 3. phy. tex. com. 68.

Numerati respectus ad numerū est sicut contenti ad cōtinens. 4. phy. commen. 115.

In numero esse cōtingit dupliciter, vel sicut partes, & accidentia, vel sicut numeratum ibidem.

Numerus sm Platonem, neq; diminuitur in infinitum, neq; augetur in infinitum, quia vsq; ad decem Plato facit numerum. 3. phys. tex. comm. n. 61.

Numerus quilibet numerabilis est 3. phy. tex. cō. 41. vbi aduerte, q̄ vt inqt Them. illa ꝓpositio ē vera, tā de numero, q̄ de numero mathematico, rationes enim illę sunt cōmunes vt asserit.

Numerus est augumētabilis in infinitū non diuisibilis, ecōtrario aūt in magnitudinibus. 3. phy. tex. cō. 68. vide qūo intelligatur. 3. physi. com. 60. & 3. cæli. com. 6. idem 4. metaph. com. 27.

Numerus nō habet infinitatem in actu, sed permixtam potētię, sicut in motu, & tempore. 3. phy. tex. com. 68. vide etiā in simili. 9. metaph. com. 11.

Numerus non differt in specie per res numeratas tanq̄ per differentias substātiales. 4. phy. te. cō. 134.

Numerus non multiplicatur ad numerationem rerum numeratarū. 4. phy. com. 132.

Numerus duplex numeratus & numerabilis. 4. phy. tex. comm. 131. Vbi aduerte, q̄ litera translationis Arabicę est deprauata ibi, & nīa q̄ cōiter inueniebatur, sed si iacet litera græca, & ita exponit Themis. & Simplic. differt. n. numerus numeratus à numero numerabili, vt dicunt, quia vnus dicit actum, & alius aptitudinē, & numerus numeratus refertur ad numerantem, numerus vero numerabilis referť ad numeratiuum, vel ad id quod potest numerare.

Numerus ē notior naturaliter apud nos, & ignotum nāliter apud nos est numeratum. 4. phys. com. 112.

Nume-

Numerus numerat numeratum essentialiter, sed per accidens numeratū numerum tex.c.112.4.Phy.

Numerus diuiditur per vnitatē, sed non continuatur per vnitatem.4. Physi.105.

Numerus excedit omne quod est in eo ex duobus extremis.4.Phy.tex. commen.117.

Numeri esse in anima non est omnibus modis eē in anima, quia tūc esset ens fictum, vt chimera, & hyrcoceruus, sed esse eius extra aīam ē in potentia. s. propter subiectū ꝓprium, & esse eius in anima est in actu. Ex quo colligitur, quòd entia quibus aliquid non correspondet extra animam sunt figmenta. 4. Physi.commen.134.

Numer⁹ simpliciter nō multiplicatur, sicut multiplicat' numerus nō simpliciter dictus.4.Phy.cō.134.

Numerare, & mensurare, vt inquit Boet. nostra est functio, nostrū est opus, nulla.n.mēsura à natura cōstituitur, Themist.4.Phy sic.com. 132.in digressione. Et elicitur ex sententia Arist.ī tex.dicētis, si nō est anima numerus non erit.

Numero ternario tenemur magnificare creatorem in orationibus, & sacrificiis, ꝙa omnia ista non fiunt nisi ad magnificādum creatorem. primo cęli.c.4. & elicitur ex tex.

Numero tetnario appellationes assignamus. primo cęli.text.com.2.

Numerus ternarius est perfectus.1. cœli.tex.commen.2.& 3.

Numerorum principia vtrum sint eadem numero, aut specie dubium est.3.cęli.commen.35.

Numerus denarius perfectus est, & omnem vī comprehendere naturam numerorum.1.metaph.ca.2.

Numerorum natura ſm aliquos, & idearum est vna natu a, ſm alios aūt alia est natura numerorum & formarum, sed ē natura media inter formas, & sensibilia, & ista fuit opinio Platonis.1.metaph.cō.8.

Numerus numerat se, aut per vnitatem, aut per numerum.1.metaph. tex.commen.37.

Numeri mathematici sunt impassibiles.primo meta.tex com.38.

Numerorū tres sunt species, est.n. numerus mathematicus, qui non multiplicatur per multiplicationē rerum numeratarum, & est numerus formalis, qui diuersatur per diuersitatem entium, & est numerus cuius iste numerus est fora, & sunt sensibilia, primo metaph.com.38.

Nota tamē, ꝙ illa diuisio sequit' ſm mētem antiquorū, ꝓtra quos arguit Philosoph⁹, & Com.ibidē, pro illo vide Themistiū primo de aīa.ca.12.super 26.vbi recitat opinionē Thimei.inquit.n.cū ĩcorporeā nām à quantitate continua remotissimā putarent, vtpote quæ nullā molem, aut diffusionem haberet, sed sub discretā commode cadere viderent, numerū illi, & multitudinē ascisebant, non oēm, sed quam vere, & simplices vnitates attollerent. Dixi veras, ac simplices vnitates, quia nnmerus, qui ad incorporea pertinet non ꝑstat ex his vnitatibus, quæ corporali naturæ mortaliq; tribuuntur, nullum.n. eorpus perfecte vnum est, quia in infinitū secabile est, quāobrē numerū illū tanq̄ ex spēb⁹, & formis collectū foralē, seu specificū appellabant ꝓtraq; eius gñis numeros, vt rerū foras, & spēs ꝑdicabāt, atq; huic sententiæ versus ille congruit.

Quæq;

Quæq; ſuos retinent numeros numero omnia conſtant.

Numerus eſt ens exiſtens extra animam. 1. meta. com. 36. vide quo ſit intelligendum in 4. phyſi. cō. 131. Dicit. n. ibi Com. eſſe numeri in anima non eſt in oībus modis, ſed in anima eſt in actu, & extra aīam eſt in potentia per ſubiectum eius proprium, & eſſe eius in aīa eſt in actu. ſ. qñ anima fecerit illam actionem.

Numerus cognoſcitur & multitudo p priuationem continui. 2. de aīa. tex. com. 133. qđ qualiter ſit intelligēdum, vide in digreſſione infraſcripta.

Numerus cognoſcitur à ſenſib. negatione cōtinui, Ariſtotelis ſententia eſt in 2. de ani. in text. comm. 133. dicit Simplicius in iſto loco, ꝙ non eſt intelligendū numerum ſentiri per negationem cōtinui. i. tanꝙ per priuationem ſicut tenebra à viſu, & ſicut abſonum ab auditu. Nam numerus per ſe ſenſibilis eſt ſicut, & vnū, & eſt mouēs potentiam ſenſitiuam. Iam. n. Ariſt. in hoc tex. enumerans omnia ſenſibilia cōia, quorū alterum erat numerus, dixerat ꝙ oīa motu ſentimus, vñ nō eſt dictum Philoſophi intelligēdum, ꝙ tanꝙ priuatio ſentiatur, quę nō mouet ſenſum, vt tenebra, quæ non mouet vilum, ſed qñ opponitur vnum multitudini cū multitudo conſiſtat in congregatione vnius ſimul quod eſt continuum ſm vnūquodq; ex quibus multitudo conſtat, & quia in rebꝰ ſenſibilibus vnum, vt continuū eſt vnum, & cū in multitudine numerali non appareat tale vnum continuum, quamuis numerus vnus exiſtēs ſm diuinam collectionem: & vnus eſt, & cognoſcitur, ſed non vt continuus, & hoc manifeſtat negatio continui, vz, non vt ſolū vnum cognoſcit, hoc. n. continuū eſt in omnibus ſenſibilib. ſed tanquā in collectione multorum talium collectione recuſante continuationē & iſtū modum dicendi, vel conſimilem imitatur Paulus Venetus ī præſenti loco, inquit. n. ꝙ vnū & multa ſumūtur dupliciter, vel abſolute, vel īmutatiue, abſolute vnū eſt priuatio, & multitudo eſt habitus, ſed immutatiue vnum eſt habitus, & multitudo eſt priuatio, vñ dicit, ꝙ non ſumitur priuatio hic vt tenebra reſpectu lucis, ſz eo mō quo vnum ꝟriorum eſt priuatio perfectionis. Nam certius & euidētius iudicamꝰ de vno, q̄ de multis. Et ideo quantum ad imitandum ſenſum vnum eſt habitus, & numerus eſt priuatio. Sed Comm. Albertus, & diuus Tho. videntur dicere, ꝙ numerus eſt priuatio vnitatis continui, iſte locus in veritate eſt multū difficilis, quia ſi numerus eſt ens reale, & eſt forma abſoluta cum ſit in prędicamento abſoluta, neq; hz aliquam vnitatem & entitatem, & per conſequens pōt illo mō eſſe ſenſus obiectum, cū Ariſt. dicat oīa ſenſibilia motu ſentiri, vnde non eſt dubiū, ꝙ ſecluſa omni animæ operatione in manu eſt numerus quinarius digitorum, & in oculis binarius, & ideo difficile eſt videre qūo numerus ſit priuatio vnitatis, & ꝙ auget difficultatem, eſt, qa Them. tenet in 10. meta. ꝙ vnū & multitudo opponunt priuatiue, & vnum eſt priuatio, & multitudo habitus, & nūc dicit op

poſi-

positum, & p vitam meam quantū est locus iste obscurus post longam perscrutationem vr̄ mihi in hoc esse distinguendum. Pro quo nota, ꝙ formarū sunt diuersi gradus. quædam.n. sunt coniūcte ſm esse, & diffinitionem in mā sensibili, quædam vtroq; mō abstracte, quædam sunt medio mō, quia ſm esse coniunguntur, & ſm rationē abstrahunt, primus gradus est appropriat' nāli, ſcds diuino, tertius est cōis nāli, & mathematico, ſed duobus diuersis modis, quia ſi diffiniantur cum mā sensibili pertinent ad nālem, ſi absq; pertinent ad mathematicum. Et nota, ꝙ ista sunt ista quæ à Philosopho hic dicuntur sensibilia cōia, vt magnitudo, motus, figura, quies, vnum, numerus, & quæ ad ista reduci p̄nt, vt tēpus, locus, situs, & id genus. Vbi aduerte, ꝙ entia nāli & mathematica sunt eadē subiecto, sed distinguunt rōe formali, vt linea mathematica, & linea nālis, & id genus, nam vt sunt nāles res sic sunt in mā sensibili, & cum ea intelliguntur, vt vero sunt mathematica sic in abstractione consistunt. Et nota, ꝙ in ista diuersa cōsideratione de istis possunt diuersa & opposita verificari, sicut alias diffuse, pbatui rationib. & authoritatibus. Dico igitur, ꝙ est duplex numerus, nālis, & mathematicus, & est multiplex dria inter hæc, quia numerus nālis causatur ex diuisione cōtinui, & rectius dr̄ multitudo, q̄ numerus, & partes eius sunt vnitates corporales, & diuisibiles, qa continuum non diuiditur in res indiuisibiles, & iste numerus, seu multitudo est vnum ex sensibilib. communibus, sed numerus mathematicus componit' ex vnitatib. indiuisibilibus, nec talis est sensibile nec talis, vt sic habet esse sensibile, sed habet esse in abstractione consistens, vnde lucidissimus Thom. in 4. physi. in expositione tex. 101. expresse dicit numerum quendam esse quantitatem discretam, & aliū esse quātitatem continuam, vt est tripedaneum telum, & vnit numerum positum in diffinitione tpis esse cōtinuū non discretum, quicquid dixerit ibi Com. Itē alia est dria, quia partes numeri mathematici diuidunt numerum, sed nō cōtinuant, nec continuare possunt, sed partes numeri sensibilis diuidunt numerū sensibilē. & possunt ipsum ꝓtinuare: qa ex decē lineis pōt fieri vna linea continua, ſz ex decē vnitatibus indiuisibilib. non pt fieri vnus numerus ꝙ sit q̄tas vna continua. Iterum est alia dria, quia numerus mathematicus constat ex vnitatib. quæ vnitates sunt indiuisibiles, & per consequens talis vnitas d. formaliter indiuisionem in quantitate, & est priuatio, sed vnitas numeri sensibilis est vnitas diuisibilis, etenim pars continui continuum est, & continuū d. aliquam formam positiuam, qa continuum est cuius partes copulantur ad aliquem cōem terminū, dico tunc, ꝙ recte Comm. dicit in commento isto, ꝙ comprehensio numeri, & multitudinis, vbi credo ly. & teneri expositiue, quia multitudo rectius dicitur, q̄ numerus iste, qui est sensibile commune comprehenditur per priuationem continui quod est magnitudo, quia sensibile quod offertur sensui tam

per

per est aliquod continuum, & aliquod sensibile,& corpus. Et nota, ꝙ numerus, q̃ ex vnitatibus constat indiuisibilibus numerũ hz. i. binarium,sed numerus,qui ꝓponitur ex rebus, & non ex vnitatibus absolutę,vtpote ex lineis equis bobus. Nam dicimus tres lineas decẽ equos,talia.n. numerosdicere solemus,sed in talibus si de multitudine quæras, est inuenire minimũ, vt minima multitudo linearũ sũt duæ lineæ, si de magnitudine vera non est minimum,qa quælibet talis res continue in infinitum secari põt. Themist. 4. physi. 108. nullum.n.indiuisibile est per se obiectum sensus, & ideo vnitas illa indiuisibilis q̃ est principium numeri mathematici,& numerus ex illis resultans nõ est res extra aĩam in actu, & ꝑ consequens talis non ꝑt mouere sensum in actu,quia semꝑ existimabitur aliqua spẽs mouens. 3. phy. tex. comm. 17. Et ꝙ hoc sit verum oñditur authoritate Arist. in 4. phy. in tex. comm. 130. vbi dicit,ꝙ nihil aliud est aptũ numerare nisi aĩa,aut aĩę intells,vbi Com. dicit, ꝙ esse numeri est in anima ĩ actu, & extra aĩam in potentia ꝓp subiectum eius proprium,vbi recte diximus nos : ꝙ numerus mathematicus, & nãlis sunt vnum subiecto,& duo ℔m rõnem. Pro quo animaduerte, ꝙ facta diuisione continui in plures partes,quarum quęli bet est vna ĩ se,aĩa abstrahit à qualibet istarũ partium vnitatem indiuisibilem,& ex illis indiuisibilibus vnitatibus componit numerum,q̃ est q̃titas discreta, & ista vnitas indiuisibilis,& forma numeri mathematici in actu,nõ est in abstractione animæ. Et ideo dicit Auerro. in tract. 3. in paraphr. metaph. ꝙ nisi esset aĩa non esset vnitas, neq; numerus in actu,nec ex hoc sequitur, vt scientia mathematica nõ sit sciẽtia realis, quia ex hoc ꝙ est de entibus abstractis ꝑ intellectum nõ sequitur, vt sit de secũdis intellectis, non.n.omne,qđ intellectus intelligit per abstractionem est ex secundis intellectis, quia tunc oĩs scia illo mõ esset de secũdis intellectis, quia est de realibus,& talia non habent esse nisi in intellectu, vñ conceptus primo abstractus à re, est ex primis intellectis,& de illis est sciẽtia realis, sed conceptus causati ex animæ comparatione obiecti congrui sunt de secundis intellectis, & de talibus sunt sciẽtiæ rõnales, mõ conceptus entium mathematicorũ sunt ex primo ordine. Puncta etiã & momenta, ꝙ non dicant formã positiuam extra aĩam hr̃ ex tertio de aĩa. tex. com. 25, vbi Philosoph⁹ dicit,ꝙ cognoscuntur, vt priuationes. ſ. puncta per priuationem continui,& ita de momentis, quia nulla habet formã cui intellectus possit incumbere, vt notat Themi. 3. de anima. cap. 44. Et ideo vr̃ mihi, ꝙ numerus sensibilis ex diuisione cõtinui causatur extra aĩam. nihil aliud est nisi vnitates suæ, ex ꝗbus constat,vt numerus decem equorũ realiter nihil est in actu nisi decem equi, & sensus cognoscit istum numerum negatione continui, inquantum apprehendit istos decem equos in diuersis sitibus & locis existentes,& non in vno situ continuo,nec vt sunt vna superficie cõtinua terminati, vt in exemplo clariori de aqua existente in vno

vase,

vase, apprehēdit eam vt est vnū cōtinuum ī vno situ & loco, sed si diuidatur in decem vasa apprehēdet numerū istarū decē aquarū p negationem cōtinui, inquantum apprehendit illas diuersitate continuationis, quam prius habuerāt, quam etiam possunt recipere si iterum vnirentur, De instanti esse īdiuisibili ꝙ nō habet esse extra animam, nisi in potentia tātum, sed ī actu sit ī sola mēte, & cognitione, vide 4. physi. tex. cō. 121. & ibi vide clare The. & Auer. de hoc idē ēt habetur ibidem cō. 105. & 106. & vide etiam Them. in 6. phy. in expositione tex. 73. vbi dicit mobile sortiri ęqualem spatium sibi, dū mouetur momento & potestate, vt ℔m fictionem nostram, & non ℔m actum. Cōmē. etiam 2. de anima. 146. īstās per se ꝙ est indiuisibile, & illud quod comprehenditur per rationem intrinsecam non illud ī quo dr, quia tale est per accidēs eo ꝙ est diuisibile. Cōmen. etiā 2. cęli. cō. 14. d. ꝙ pūctus indiuisibilis & non existens in moto quod mutat locum ℔m materiam non mouet, neq; per se, neq; per accns, & ibidem d. ꝙ quies polorū est ℔m geometricam imaginationem, & est transumptiua & nō vera. idem 4. phys. cō. 118. Et sic comprehēsio numeri & multitudinis, vt dicit Cōmē. est p apprehensionem priuationis continuę quod est magnitudo, quia non apprehēdit plura, vt sunt vnum continuum inter se, sed vt sunt priuata tali cōtinuatione quam sūt apta recipere ī eo ꝙ magnitudines sunt, & p hoc patet ad obiecta ꝙ numerus prædicamentalis qui est quantitas discreta resultans ex vno quod est principiū eius, dicit vnam formā in actu, quia sex est semel sex non bis tria, neq; ter duo. 5. meta. tex. cō. 19. sed illa est in esse abstractiōis apud intellectum, sed numerus sēsibilis est subiectū numeri mathematici extra numerum existens, & causatur ex diuisione continui, & ex vnitatibus diuisibilibus, & in re non correspondet sibi extra animā in actu, nisi suæ vnitates, quia oē existens extra aīam est vnum in actu, & non potest vnū accidens numero realr existere in diuersis subiectis in maxima distantia existentibus, vt si vnus homo sit in oriente, & alter in occidēte, iste numerus binarius non dicit vnum accidens numero realiter extra animam in actu existens, ī istis duobus in tam magna distantia existentibus, sed extra animam, istæ binarius non habet esse nisi ī potentia, pro quanto anima à quolibet istorum duorum potest abstrahere vnitatem indiuisibilē ī actu, & ex illis elicere in actu, & cōponere binarium in actu. & hoc est dictum Auer. dum dicit, ꝙ esse numeri extra mentem est in potentia propter subtum eius, & isto modo frater mi, intelligas de motu ꝙ si consideretur motus vt causatur à mutato per sui fluxum, sic est imaginatio mathematica, sed si consideretur vt motus causatur à mobili per sui fluxū ab vno loco ad aliū, sic est ens sensibile. Vnde Cōmē. 3. phy. cō. 60. dicit, ꝙ istæ propositiones, punctus motus facit lineam & linea superficiem, & superficies corpus; sunt propositiones geometricæ opinabiles, & non habēt esse extra animam. Distingue igitur

considerationes istas, vt sunt sensibilia naturalia à seipsis, vt sunt in abstractione mathematica existentia, quia est magna diuersitas, quia motus vt causat̃ ab indiuisibili mutato nõ est sensibile, neq; propriũ, neq; cõmune, sicut numer⁹ vt causatur ab vnitate indiuisibili, neque proprium, neq; commune sẽsibile est, sed mathematicum, sed motus vt est in mobili corporeo & magnitudine. sic est sensibile cõe, & sic cõtinuum vt causatur à puncto non est sensibile, neq; proprium, neque cõe, sed vt est compositũ ex continuis partibus, & iunctum propriis sensibilibus, & sentitur motu & ꝑpriis. i. mediãtibus sensibilibus ꝑpriis sic est sensibile commune. Vñ Cõmen. 4. phy. cõ. 102. dicit, ꝙ motus habet duplices partes, quædam sunt simul, & sunt illę quas habet ex diuisione mobilis, & sic causat speciem repræsentatiuam sui, habet alias ex fluxu imaginario mutati ſm prius & posteri⁹, & sic motus non est congregatus, & mens facit ipsum, vt dicit Cõmen. 4. phys. cõ. 104. & vt sic quo ad istas partes mẽsurat à tempore, nam tẽpus fit ab aĩa, vt dicit Alex. vt recitat Cõmen. & Them. 3. de aĩa ĩ expõne tex. sed licèt ego non teneã hoc oĩbus modis, sed in actu, nam extra aĩam tps habet esse propter subiectum eius, vt dicit Cõmen. 4. phy. cõ. 131. Et ideo motus bene potest regenerare speciem sui quo ad primas partes ſm quas est per se sensibilis & à naturali consideratur, sed quo ad partes illas succesſiuas ex fluxu ipsius mutati causatum est ens imaginarium, & à mathematico consideratur, & sic est de tempore vt causatur ex fluxu instantis, vt dixi in tractatu de tempore, quia tẽpus quodãmõ est mathematicæ considerationis & quodãmõ nãlis. Vide igr̃ & considera quia ad hoc pauci admodum peruenire potuerunt, quo modo autem omnia sensibilia cõmunia motu sumũtur, satis dixi ĩ contradictionibus in præsenti c. 133. secundi de anima, & ibi vide.

Numerus non habet esse nisi in primo numerorum. s. in dualitate, deinde in aliis speciebus numerorũ, & dualitas est prĩa forma formarum numerorum. 3. metaph. cõ. 11. vide 12. metaph tex. com. 2.

Numerus est coaceruatio vnitatum 3. meta. tex. com. 16. ita dicit etiã Boetius ĩ principio suæ arithmeticæ. cap. 3. numerus est vnitatũ collectio vel quãtitatis aceru⁹ ex vnitatibus profusus.

Numeri inquantum numerus sunt propriæ passiones, vt imparitas & paritas, cõmẽsuratio, ęqualitas, excedentia, & defectus. 4. metaphy. tex. commen. 5.

Numerorum compositorum quidã assimilantur superficiei circulari, & quidam corporali. 5. metaphy. tex. commen. 19. vbi dicitur etiam quòd talia, aut sunt qualitates in quantitatibus, aut sunt quantitates multiplicatę per qualitates.

Numerus non habet actionẽ neq; passionem. 5. meta. tex. com. 20. vbi Commen. elicit hoc ex tex. nã Arist. ibi postq̃ declarauit primum modum relatiuorum quæ referuntur per modum vnius & numeri, transit ad secũdum qui est eorum quæ dicuntur secũdum actionem & passionẽ, & talia sunt quę dicũtur ſm potentiam actiuam & passiuam,

siuam,& Aristo.ibi in tex.dicit q̃ eorum quę sunt ſm numerū non sunt actiones, vide etiam pro hoc 4.phy.com.84.vbi dr̃, q̃ quātitas non est de principiis actiuis.i.alterātiuis. Ex quo patet error medicorum rudium facientium differentiam in administrādo pillulas in numero pari,vel ī numero impari,ac si numerus ēsset de principiis actiuis. Nota tamen q̃ hoc habet locum de actione corruptiua, quia sensibilia cōia agunt per se ī sensum imprimendo propriam speciem, vt tenet Themist.in 2. de ani.& Commē.commē.133.

Numerus est inmaterialior quātitate continua, & vide causam tra.3. in paraphrasi meta.ibi, & dicam⁹ vnum materiale, vbi expresse ponit causam esse, quia vnum quod est principium numeri,& numer⁹ ipse dependent ex operatione animæ,quia si anima non esset, non esset neq; entitas numeralis, neq; numerus, secus est de linea, & huius ꝓriū tenuit Auic.& nota hoc.

Numerus respectuum qui demonstrantur per hoc verbum, habere, est ſm numerum respectuum qui demonstrantur per hanc propositionem,in,sed differunt,quia hoc verbum,habere,dignius dicitur de respectu continentis ad contentū & possidentis ad possessum, ſz ista præpositio, in, dignius dicitur de respectu contenti ad continens. 5.meta. 28.com.

Numerus non dicitur totus sed omnis. 5.meta. tex.com.31.

Numerus non remanet idem parte sublata,5.meta. tex.commen.32.

Numerus quomodo potest esse species multitudinis, & fuit dubium Auicen. vide solutionem ab Auer. in tract.3.metaph.ibi, obuicit tamen Auicenna.

Numerum nonnulli arbitrati sunt esse substantiam.7.meta.tex.com. 5.vide etiam 1.meta.tex.com.3. vide etiam 1.met.tex.commē.35.

Numerus est compositio vnitatum vt dicitur à quibusdam 7.metap. tex.commen.49.

Numerus omnis vno cognoscitur. 10.metaph.tex.commen.2.

Numeri principium secundum q̃ numerus vnum est ibidem.

Numerus est pluralitas vnitatū.10. metaph.tex.commen.4.

Numerus mensuratur per vnitates secundum q̃ ē compositus ex vnitatib⁹ non ſm q̃ est numer⁹,quia numerus inquātum numerus,mē suratur per numerū.10.meta.tex. com.4.ratio ē quia mensura semper est vnigenea mensurato.

Numerus & vnum opponuntur aliqualiter,non vt ꝓria,sed vt ad aliquid, inquantum enim hoc metrū est, illud vero mensurabile sic opponunt̃,10.primę philosophię. tex.cō.21.vbi collige aliqua absoluta posse induere respectum aliquem ſm q̃ relatiue opponūtur, sicut in simili notaui tibi aliàs de materia & forma.

Numerabile est numerus aut numerū habens.11.primę philosophiæ cap.9.& in 3.physico.

Numeros inquiunt esse ideas asserētes,& de numeris quādoq; sicut de infinitis quandoque vsque ad denarium determinatis loquūtur.12. metaph.commen.42.

Numerus substantiæ mouētiū est ſm numerum motuum.12.primę philosophiæ.tex.cō.43.& cō.28.

Numerus ternarius perfectus est. 1. cæli. tex. com. 3.

Numerū mutuū Philosophi sum-munt pro constanti, sed astrologi sunt diuersi ī hoc, sed qūocūq; sit melius est scire opiniones hoīum in hoc quā nihil. 12. meta. cō. 45.

Numerus orbium deferētium & re uoluētium, aut sunt quinquagin-taquinque, aut quadragintaseptē. 12. metaphy. tex. com. 47.

Numerus motuū in quo cōueniūt moderni astrologi in orbibus re-quiratur. 12. meta. com. 48.

Numero quæcūq; multa sunt mul tam materiam habēt 12. metaph. tex. commen. 49.

Numerns manere potest absq; eo ꝙ numeret, vt sensile sine eo ꝙ sētit, vt Boetiꝰ putat, sed fallitur, qa ea quę referūtur ad aliquid simul habentur, & quę potestate sunt ad res eiusdem habitus referūt. The. mist. 4. phy. 130. Vide in concor-dantiis nuper æditis.

Numerus est principium omnium sensibiliū & itelligibiliū ſm Plat. 3 phy. 25. & Them. ibidē expresse.

Numerus non facit continuū, nec vt species, nec vt mouens. 12. me-taph. tex. commen. vltimi.

Numerus infinitus nō est par neq; impar, quia esse eius ē in potētia, & id cuius esse est ī potentia; de na tura priuati reputari potest. Ex li bro destruct. dispuat. 1. in solutio-ne 6. dubij.

Numerus alius discretus alius cōti-nuus. 4. ph. te. cō. vltimi, & The-mist. 4. physico. super tex. 102. ex presse.

Numerus qui est in prędicamento quantitatis non est illemet nume rus qui reperitur in vnoquoq; ge-nere. Auer. tracta. 3. in paraphraſi mera. in princip.

Numerus generatur per hunc mo-dum, nā qñ intellectus denudat ab istis particularibus istam rem indi uisibilem in duo particularia, vel plura, illud erit, illud vnum quod est principium numeri. Et qñ ite-rat ipsum cogitans ipse generatur numerus, ex 1. tract. metaphyſi. in paraphraſi cap. de vno, vbi vide dili genter rationes Auicennæ de vno opinantis. ꝙ vnum quod est prin-cipium numeri sit conuertibile cū ente. Et causa erroris fuit, vt dicit Commen. quia ipse admiscuit acci dentia insequentia rem ſm intel-lectum cum accidentibus insequē-tibus ipsam ſm esse, & putauit v-num dici vniuoce de omnibus de-cem prædicamentis, & non secun-dùm prius & posterius, & ꝙ est v-num numerale id. ſ. quod est syno nymum enti, vbi collige Auic. po-suisse entis & vnius vnionē quam secutus est Scotus.

Numerus duplex numerans & nu-meratus. 4. physi. tex. comm. 102. & 110.

Numerus motus est duplex, aliꝰ est partium motus ſm ꝙ sunt insi-mul, alius est partium motus ſm ꝙ in eis inuenitur prius & poste-rius. 4. phv. 102.

Numeros differentium vnum acci-dens numero impossibile est esse, impossibile. n. est vt vna res nume ro insit plurib. alioquin vnū debi sceret in plura. Them. 4. physi. in digressione super 132. ꝯ Heruetū, qui vult numerum esse formā ab-solutam vnam numero in diuer-sis rebus numeratis subiectiuè.

Numerus par ſm Pithagoricos est

prin

principium infinitudinis. 3. phy. tex. com. 26.

Nutritio primo attribuitur mẽbris conſimilibus vt eſt declaratum in naturali philoſophia, & fit ꝑ modum mixtionis & mediãte calore naturali qui non eſt primus motor, ſed eſt aĩa nutritiua, propterea quia operationes caloris non ſunt determinatæ nec ordinatæ ad vnũ finem manifeſtum. 5. Colliget. cap. 3.

Nutrimẽtum in animalib. q̃ ſunt apta dormire cum aduenit corpori aſcendet ex eo vapor ad cãput & cor & grauabuntur inſtr̃a motus & dormiet, & quando fuerit digeſtum alleuiabuntur inſtr̃a motus & expergeſiet. 8. phy. tex. com. 51. De cauſis etiam ſomni & vigiliæ inquire in libro de Somno & vigilia. Notabiliter autem dixit in animalibus habentibus aptitudinem ad dormiendum, quia dubium eſt de quodam genere piſcium, vt notauit Alexã. in com. ſuper libro de Senſu & Senſato, & vr̃ eſſe ſentẽtia Ariſt. in libris de hiſtoriis animalium.

Nutritiuæ virtuti mẽbra deſeruientia ſunt os, iſophagus, ſtomachus, epar, chriſtisfellis, ſplen, renes, & veſica. 3. Coll. cap. 16.

Nutrimentum ꝑ qđ fit augumentũ quodammodo eſt ſimile, & quodãmodo ɔ̃rium. 8. phy. tex. com. 55. & 1. de genera. & corrup. tex. com. 39. & 2. de anima. tex. com. 45. & 1. cæli. t. com. 21.

Nutrimentum dz̃ eſſe omogenum cum nutriẽdo & equale in ſpecie, videlicet, vltimum nutrimentum. 1. cæ. tex. com. 21. idem 2. de ani. tex. com. 45.

Nutriendum ſi non fuerit prẽparatũ corruptioni augetur per nutrimentum aduenies, ſi vero fuerit prẽparatum corruptioni diminuitur per ipſa elementa, donec reſoluatur in materiam, vel materias, ex quibus eſt compoſitum. Com. 1. cæli. com. 21. vult dicere, ꝙ illud quod nutritur ſi eſt in ſtatu profectus augetur, ſi in ſtatu declinationis & defectus, tunc diminuit, iuxta Ariſt. ſententiam in 2. de gene. & corrup. text. com. 57. ponentis ſtatum generationis & profectus eſſe equalem ſtatui corruptionis & defectus.

Nutrimentum augumẽtationi idẽ eſt quidem, eſſe vero alterum eſt. 1. de gener. t. c. 41. idem 2. de ani. tex. com. 47.

Nutriuntur oĩa ex eiſdem ex quib. ſunt. 2. de gene. tex. com. 50.

Nutritiuum poteſt eſſe ſine ſenſitiuo. 2. de ani. tex. comm. 15. & tex. com. 31.

Nutricib. nõ ꝙpetũt vina neq; pueris, differt. n. nihil forſan ipſos bibere vel nutrices. Ariſto. in lib. de Som. & vigilia. Ideo Auicẽ. dixit, ꝙ cura infantis eſt cura lactis, qđ nota in actu practico diligẽter, inde prouenit ꝙ degenerãt frequẽter filij, & præſertim nobilium.

Nutrimẽtũ eſt duplex indigeſtũ, & tale eſt ſimile, & digeſtum, & hoc eſt ſimile. 2. de ani. tex. comm. 45.

Nutritionis organa ſunt triplicia, Gal. 5. de vtil. particu. ca. 14.

Nutritio fit per digeſtionẽ & commotionem in animalibus & plantis medicinæ calore naturali, licèt exiſtimetur, ꝙ plantæ attrahunt nutrimentũ à terra, & ibi digerãtur. Commentator in 2. de parti-

bus animalium. cap. de carne.

Nutrimenti instrumentorũ nõ est de ratione vt sit instrumentũ motus, quia est magis conueniens vt sit instrumentum quietis. 2. Colliget. Cap. 18.

Nutrimẽti materia & materia essẽtię non differunt, nisi quia nutrimẽtum est essentia in parte, & generatio est essentia ĩ toto, & materia totius & partis cadẽ est. 2. Colliget cap. 10. idem 2. de anima. tecommen. 47.

Nutritiua virtus in aĩalibus nõ est data nisi propter sensum & virtutem sensibilem 2. Colł. cap. 11.

Nutritiua virtus, est de virtutibus actiuis. 2. de anima. c. 52.

Nutritiuę virtutis operatio fortior est dũ hõ dormit & partes extrinsecę, tunc sunt frigidæ, quia calor reuocatur ad cor, & partes intrinsecas 2. Colł. cap. 11.

Nutritiuę virtutis operatio & sensitiuæ non perficiũtur eodem calore, & hoc apparet in dormiẽte oculis apertis, ille. n. nutritur, sed nõ videt. 2. Colł. cap. 11.

Nutriri cõpositum ex simplici impossibile est, quia tũc animal posset constare vno elemento. 2. Colliget. cap. 19.

De litera. O.

OBiectio demonstratiua requirit duas contradictiones, vnam per quã opponim⁹ prẽmissio, aliã, per quã opponimus cõclusioni, Auer. in 1. de generatione animalium. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorun asserentium, semen ex omnibus partibus corporis prouenire.

Obiectum virtutis nutritiuæ, augmentatiuæ, & generatiuæ, idẽ est 2. de anima. 42. & 1. de generatione & corruptione. t. cõ. 39. & 41.

Obliquũ, neq; sui, neq; recti iudex est 1. de anima. tex. com. 85.

Obtesis est digestio à caliditate ficca, & aliena. 4. metheororum. tex. commen. 28.

Obstetricis diligentia & cura, requiratur in 7. de natura animaliũ. cap. 10.

Oculus est instrumentum virtutis visibilis, & in ea dominatur elementum aquæ. Ex libro de Sensu & Sensato.

Oculꝰ obscuratꝰ in locis vbi est multa nix, aut multa aqua, & iõ apparent ripæ maris turbidę paucæ lucis, & similiter loca nimis. ibidẽ.

Oculi animalium quadrupedũ & volatiliũ, & natatiliũ in principio maximi visuntur, postremi vero omnium perficiuntur. Ex 2. de generatione ani. cap. 4. versus finem, & ibi vide causam.

Oculorum sedes maxime seminalis est oĩum locorũ capitis, quod patet, cũ sola ipsa per coitũ venereũ manifeste ĩmutetur. Arist. in 2. de gener. anim. cap. 5. in fine.

Oculus significat forti significatione super complexione cerebri. 4. Colł. cap. 3.

Oculos nouellarum hyrundinũ si quis prępũgat, rursum ĩcolumes reddentur, cum. n. fiant non facti iam corrumpuntur, itaque denuo oriuntur ac pullulant. Arist. in 4. de generatione animalium. ca. 6. idem dicit conuenire oculis serpẽtum. in 2. de natura animalium. cap. vltimo.

Ocu-

Oculorum,alij cesij,alij flauidi,alij caprini,alij nigri;& vide cām istī⁹ discriminis in 5. de gener.animaliū.cap.1.

Oculorū ægritudines sunt glaucoma & luscitas.ibidem.

Oculi cęterorum animaliū in vnoquoq; vnicolores sunt, sed hominis diuersi colores & equi inter bestias. ibidem.

Oculorum cesietas & canities,sunt duæ affectiones consequentes cruditatem humoris, & paucam eius concoctionem.Arist.in 5.de generatione animaliū.cap.1. & Auer. ibidē.cap. de varietate coloris oculorum. Ex hoc patet error illorū, qui allerūt ab Homero Palladem glaucopim appellatam, ea ratione q̄ oculus glaucus sit visu pollens, cum glaucedo seu cesietas oculoꝝ insequatur cruditatem,& per consequens non confert ad præstātiā visus, īmo verius puto illā sic appellatam, quia haberet oculos noctuę, quæ apud græcos glaus appellatur. Noctua enim Palladi dicata est, tale enim animal noctu venatur & vigilat. Vnde monetæ athenien sium, noctuę signabant, quia mineruæ auis est,iuuat enim mineruā, nocturnis impallescere chartis.

Oculi humor ille,quo videmus,pupilla est.1.de natura anim.cap.9.

Oculi partes, ibidem require.

Oculi album,in ægritudinibus acūtis si rubeum fuerit,& ipsius venæ nigræ,aut obscuræ fuerint, signū mortis ē ꝑculdubio.4.Col.c.43.

Oculi partiū iuuamenta assignata à Galeno, ꝑ maiori parte sunt arbitratiua, & sine dubio quodlibet ipsorum habet iuuamentum ꝑpriū in se & pars dominās in eo, & suus finis nō est nisi vt colores imprimātur in ipsum. 2. Colligę. cap.15. de iuuamētis oculi & partium eius.

Oculos omnia animalia q̄ animal generant habent prēter talpā, quī modo quodam habere dixerim,cū tamē omnino habere negē, quippe cū omnino quidē non videat, nec perspicuos habeat oculos, ex 1.de natura anim. cap.9.

Oculi qui ꝑditi sunt,clarissime cernere in genere quoq; brutoꝝ animalium possunt,modicus autē situs nota est morum optimorū. 1.de natura.cap.10.

Oculi qui mediocriter conniuent, notam morum laudabilium habent. ibidem.

Oculorū rotunditas est signū maximum portēdens lepram.4.Colliget.cap 37.

Oculos habentia animalia, quædā humidos,quædam duros hūt,& q̄dam palpebris vtuntur, & quædā palpebris carent. Ex 2.de partibus anim.cap.3.

Oceanū & thetim antiquiores quidam,proprium gñationis fecerūt, ex erratis primi metaphysicę.

Odor ſm opinionem Arist. nō est corpus dissolutum ab odorabili in aere.2.d aīa.cō.76.& idē j.cō.97.

Odoꝝ differētiæ non sunt manifestæ, sicut differentiæ saporum.5. Colliget. cap.28. & 2. de anima. commen.92.

Odor & color habēt duplex esse, naturale, & extraneum.2. de anima commen.76.& 97.

Odores quia non sunt multū manifesti acceperunt nomina à saporibus. 2.de anima.tex.com.95.

Odores medij componuntur ex extremis, ſicut ſapores & colores medij componuntur ex ſapotibus & coloribꝫ extremis 2. de anima tex. com. 95. & 105.

Odoratus inuenitur fortior in multis animalibus q̃ in homine, vt in aquilis & apibus 3. Col̃. cap. 36.

Odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi 2. de anima tex. com. 100.

Odor eſt analogus ſapori. Alexã. in paraphraſi de aĩa in cap. de olfatu.

Odorem habentia habent etiam ſaporem, & inſipida odore carent, vt lapides, idem Alex. ibidem.

Odoratus ſenſus fit per medium aerem, & reperitur ẽt in animalibus carentibus ſanguine, vt in apibus & formicis 3. Col̃. cap. 36.

Odoratus ſenſus attribuitur igni, viſus aquæ, auditus aeri, & vide cãm. 3. Col. cap. 36.

Odoratus fit in primo pari neruorũ qđ exit à cerebro in oppoſito duarum caruncularum ſimilium capitibus mãmillarũ. Auer. 1. Col̃. cap. de anathomia neruorum.

Odoratus inſtrumentum eſt naſus, & in animalibus olfacientibns fit per attractionem, & in non olfaciẽ tibus ſine attractione, vt in apibus. 2. Col̃. cap. 17. de iuuamento inſtrumẽti olfactus. olfatus ſenſus ſecundum Ariſt. fit in duobus meatibus q̃ ſunt in naſo, & ſm Galenũ fit in duabus caruncuſis ſimilibus capitibus mãmillarum. 2. Col̃. ca. 17. De iuuamentis inſtrumenti odoratus. Vide etiã pro hoc Auerroem in 3. Col̃. cap. 38. de ſenſu viſus & accidentibus ei, vbi narrat quomodo fiat viſio, & inquit. Et ſcias ꝙ ſenſus viſus recipit formã rerum in hunc modum, quia aer mediãte lumine recipit formas rẽ rum primo & poſtea mouet ad tunicam inferiorem, & illa dat aliis quouſque hic motus perueniat ad poſtremam, poſt quam ſtat ſenſus cõmunis q̃ apprehẽdit formas rerum, & vide quæ ſequuntur. Alexãder etiam in paraphraſi. cap. de impulſu dicit. ꝙ videre ad viſum, audire ad auditum, & reliqua id genus ad proprium ſenſum ſpectãt, ſentire tamẽ in cõmuni ad ſenſũ communem perinde quaſi ſenſus omnis ab eodem quidem fiat, ſed per aliud atq; aliud, intellige vltimate iſta verba Alexan. Veritas tamẽ eſt ꝙ ſenſus particulares ſunt diſtĩcti à ſenſu cõmuni, ſed habẽt colligantiam cum eo. Ariſto. n. in 2. de anima. tex. cõ. 144. habet ꝓpria organa, quorũ origo eſt cor à quo dependent, vult ꝙ vnuſquiſq; ſenſus eſt reſpectu ꝓprij ſubiecti ſenſibilis & ĩ ſenſorio ꝓprio, vnde iſti ſenſus quinq;. Vnde Ariſt. in libro de Senſu & Senſato, & in 2. de partibus animalium cap. 10. expreſſe dicit tactũ, & guſtũ à corde manifeſte dependere, & vult viſum & auditum eſſe in capite, & olfatum medium tenere, & reddit ibi cauſam, & nota vt inquit Cõmẽtator 2. de anima comm. 140: ſenſibilia mouent tantum ſenſus; mouent & mouentur, primũ ſentiens eſt motum tantum, ideſt ſenſus communis, & quia poſt motiõ nem quæ eſt receptio in ſenſu cõmuni ſequitur iudicium quod atteſtatur actui; receptio vero potentiæ: ſecundo de anima. cõmento 149. inde prouenit ꝙ vt ſenſus communis eſt iudex, ſic habet modum formæ, & principalis

agentis

Principiorum vltimoꝝ ſcire quidditates difficile eſt 4. phy. com. 16. vbi luciditſimus Themiſ. cauſam reddit, quia conātur ſeparatim ea cognoſcere, q̄ ſeorſum cognoſci non poſſunt, & Com. in comm. idē dicit, ꝙ ſcire formam ſine materia, & materiam abſque forma, impoſſibile eſt.

Proloquium & enūciatio communis & maxima eſſe videtur, idem originem, & progreſſionem non poſſe nihilque eſſe ꝑ principio, & pro eo cuius eſt principiū. The miſt. 6. phy. 48.

Principia q̄ ponit naturalis, ſunt naturalia plura eſſe, & mobilia, & habentia principia. ſ. compoſita. 1. phyſ. com. 8.

Aliud principium, ex nihilo nihil fieri. 1. phy. t. com. 34. omnes qui de natura locuti ſunt in hoc conuenerūt, ꝙ ex nihilo nihil fit. idē com. in prologo 3. phy. & 2. Metaph. com. 15.

Proloquiū præclarum & indubitabile eſt, in quo dicitur nihil à nā, ſiue vſu aliquo fieri Themiſ. 1. de ani. 13. & habetur 1. cęli. 32.

Propter famoſitatem iſtius diuiſionis. ſ. quoniā omnes intentiones diuidūtur in habitus quieſcentes & mobiles, ꝙueniunt omnes gen-

tes

tes in hoc, ꝙ posuerunt principia nominationū nomen, & verbū, & posuerūt indeclinabile inter illa ad collationem, & posuerūt nomen cuilibet formæ quiescenti, & verbum cuilibet formæ mobili. 5. phys. comm. 9. inde patet dictum grammaticę speculatiuæ, ꝙ nomē significat per modum habitus, & per se stantis, & verbum per modum actus, & per modum fluxus, & fieri, &c.

Processus in infinitum est in potētia non in actu. sexto physicorum 58. com.

Proprietas quia sequitur ꝓportionem mensurarū entium, possibile fuit inueniri in vna re proprietates quasi infinitas, & res quę est propinqua infinito, nō potest sciri perfectę per arbitrium. 5. Coll. ca. 24. vbi loquitur de proprietatibus medicinarum.

Prouerbium, semper aliquid noui affert Aphrica, vnde emanauerit, vide in 8. de natura ani. ca. 28.

Prouerbium, qua cerui amittūt cornua, vnde emanauerit vide in 9. de natura ani. cap. 5.

Probabilia impossibile ē vt sint falsa ſm totū. 3. de ani. com. 5. in solut. 2. qōnis, iuxta finem. idem in com. lib. de sensu & sensa.

Probabilia sunt magis dilecta communiter quàm demonstrabilia. Ex libro destr. disp. 3. in solutione 13. dub.

Probabile est ꝙ qui ꝑsiderat de natura alicuius debet perscrutari de accidētibus illius, & cum hoc ꝙ ē probabile est verum. 2. physi. tex. commen. 17.

Prouidentia proculdubio videtur esse de particularibus ex parte somniorum veridicorum, & similium, ex pronosticis futurorum, quę quidem in veritate est prouidentia in specie, ex disp. 16. in solutione 3. consimile in com. super libro de diuinatione quæ est secundum quietem.

Propheta quilibet est sapiēs, sed nō quilibet sapiens est ꝓpheta, & est verissima propositionum, ex physicis disputationibus, dispu. 4.

Prophetia, vt tradunt antiqui fit ab ipso Deo glorioso mediāte aliquo ente spirituali, quod nō est corp⁹, & est tribuens intellectum humanū apud eos, & est id quod appellāt moderni intellectum agentē, & appellatur in lege, angelus. Ex disputationibus physicis, in disp. 1. in solu. 2. dub.

Prophetia venit in dispositiōe simili epilepsiæ. Com. in com. lib. de diuinatione secundum quietem, & ibi vide causam.

Propositiones cathegoricę substantiales quas format intellectus de rebus compositis, differunt ab illis quas format intellectus de reb. abstractis, quia dispositio & dispositum in rebus cōpositis, licèt sint vnum in actu, sunt tamen duo in potentia, quando intellectus diuisit vnum ab altero, sed in reb. abstractis reducuntur ad vnam intētionem omnib⁹ modis, & nullus modus erit quo prędicatū distinguatur à subiecto, & dispositō extra intellectū. s. in essentia rei, sed tamen intellectus in talibus nō intelligit nomina synonima, sed ea intelligit esse differentia secundū assimilationem. 12. primæ philosophię. com. 39. vbi ex mente Cōmē. distinctio attributorum in diuinis

finis non est ex natura rei, sed secundum modum intelligẽdi, quã viam etiã multi ex nostris Theologis sunt secuti.

Propositio ista dicens, cõueniẽs fieri à conueniente, tribus conditionibus verificatur. videlicet in causa agẽte, & nõ in instrumẽto, & in propinqua non remota, & in essẽtialiter, & non per accidens agentibus. 12. Meta. com. 24. authoritate Alexandri.

Propositio dicens, ꝙ omne qđ est in actu prius fuit in potentia, nõ est vera, nam si ita esset, potentia tia simpliciter præcederet actum, & si ita esset, res mouerentur ex se sine motore. 12. meta. com. 32. vide 9. meta. tex. com. 13. & 3. de ani. tex, com. 20. & 27.

Propositione minori ĩfinita existẽte in prima figura, hoc est, de prædicato infinito, erit concludẽs, nõ autem si fuerit negatiua. 1. physi. commen. 10. & 1. prior. tex. commen. 7.

Propositio cuius subiectũ est æquiuocum, nõ habet subiectum essentiale, ex paraphrasi meta. tracta. 2. in principio. idem 4. Metaphysi. com. 2.

Propositiones assimilant materiæ, quia sunt in potẽtia conclusio, & conclusio in eis est, quasi forma. 2. phy. com. 31. & 74.

Propositio vniuersalis mouet quie scẽdo, sed propositio particularis mouet imminendo, instandoque actioni. 3. de ani. tex. com. 58.

Propositio aliqua ẽ vera per se, quę tamen est falsa per accidens Com menta. 6. phyſico. commen. 15. de motu qui inquantum motus est velocitabilis in infinitum, sed prò quãto accidit motui ꝙ fuit in motis nãlib. sic est falsa ꝑ accidens, ꝑsimile de diuisione lineæ in 71. 4. phy. inuenies ab eodem.

Propositio dicens, ꝙ duo opposita non possunt esse simul in eodem est cõis pluribus sciẽtiis, & propositio dicens ꝙ illud ex quo aliquid transmutatur, & illud ad quod trã smutatur sunt opposita, est ꝓpositio cõis, & ẽm subiectum, & secũ dũ prædicatũ. 8. ph. com. 70. collige ibi communitatẽ ꝓpositionis, ex quot cãis colligi possit.

Proportiones aliquę sunt de quib. dixit Albumazar, quæ non inducunt ad primæ certitudinis ordinem, sed tamen nullus sensus cõtradicit eis, neque ratio, ex 1. cęli, com. 15. & 22.

Propositiones nãles sunt dubitabiles ꝓpter duas causas, aut rõne aliarum propositionum probabilium, quę sunt contrariæ illis, aut propter existimationem ꝙ principia scientiæ naturalis debent esse in fide, sicut principia geometrię. 1. cęli. com. 90. Vide in 2. meta. tex. com. 16.

Propositiones essẽtiales logicales, & disputabiles differunt. Com. in paraphrasi. 1. de cęlo & mundo, in summa 7. in fine. Vide & ponderа quia multum tibi deseruiet illa doctrina in quamplurimis locis.

Propositionibus ambiguis ĩ demõstrationibus vtimur, quãdoq;, præsertim vbi secus fieri non potẽst nulla præ manibus habentes principia, nisi id genus Com. in paraphrasi secundi de cęlo, summa 2. quęsito primo. Intelligit autem per ambiguas in quibus prædicata non dicuntur vniuoce, sed analogicè,

logicè, consimile in secũdo destruction. disput. prima, in solutione tertij dubij.

Propositiones quas habem' prę manibus de corporibus cælestib. pauc̃ sunt, & dicũtur ferè ęquiuoce, quia extractę sunt ab animatis, q̃ sunt hic, & de istis, & de illis animatum dicitur ferè ęquiuoce. 2. cęli. com. 60.

Propositiones famosæ alicui' artis sunt illę, in quib. nulla est disceptatio inter eius professores, ex paraphra. Meta. tract. 4.

Propositiones hypotheticę ꝓtinuatiue in quibus est cõsequens possibile esse cum antecedẽte, necesse ẽ semper, vt destruamus antecedens & concludamus oppositum consequentis. 1. de ani. com. 13. authoritate Them.

Propositiones primi modi dicendi per se habẽt prędicata, quæ sũt causæ subiectorum, sed ꝓpositionum secũdi modi dicendi per se, subiecta sunt causæ prædicatorum. 2. de ani. com. 67.

Propositiones in eo, ꝙ proportiones non sunt agentes, sed in eo ꝙ qualitates. 2. de ani. com. 143. & ratio est ꝙa sunt relationes, & relatio nõ est de principijs actiuis, & ratio ẽ, quia omne quod agit, agit �means ꝙ est in actu, relatio autez extra animam nõ est in actu, sed in potentia. Vnde quidam reputauerunt prędicatum relationis esse de secundis intellectis, quia est debilis entitatis. 12. Meta. com. 19. & sic ętiã numerus non est de principiis actiuis, quia esse eius in actu est in anima, & extra animã in potentia. 4. phy. com. 131.

Proportiones & virtutes quę fiunt in elemẽtis à motibus solis, & aliarum stellarum, sunt illę quas reputat Plato esse formas & eas intendit, sed longe inspiciebat eas, quapropter dixit formas esse. 12. Metaph. com. 18. prope finem.

Proportiones omnes & formę sũt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. 12. primæ philosophię. commen. 18. in calce com. Vide in concordan. nuper æditis.

Proportio quę est in mobili ad motum est proportio materiæ ad formam. 9. Meta. com. 11.

Proportio diffinitionis ad diffinitionem est sicut proportio quidditatis ad quidditatem. 7. Metaph. tex. com. 14. & 15.

Proportio vitę hominis ad motum continuum est sicut puncti ad lineam, & sicut finiti ad infinitum. Com. in prologo. 1. phy.

Proportio totius ad totum est sicut proportio partis ad partẽ, vera est quãdo ambæ sunt finitæ, ſ3 si fuerint infinitæ ambę, aut altera, vera non est propositio, quia infinitas nõ est magis neq; min', nec æquale. Ex lib. destru. disp. 1. in solutione quinti dub.

Proportiones in eo, ꝙ proportiones non sunt agentes, sed in eo ꝙ qualitates. 2. de anima. com. 143. ex quo patet, ꝙ relatio non est de principiis actiuis.

Proportio quæstionum ad animã similis est proportioni ligamenti ad membra, & proportio scientiæ acquisitæ post illas quæstiones est similis proportioni motus quæsiti post dissolutionem ligamenti. 3. Meta. com. 1.

Proportio impediẽtis ad impediẽs

est

est sicut ꝓportio motus ad motū & hoc in motibus violentis, quando motor fuerit idem, siue impedimentum sit ex medio, siue ex ipso moto. 4. phy. com. 71.

Proportio eius quod congregatur ex duabus potētiis supra duo pondera, nō est sicut proportio solius potentiæ ad vnum pondus. 7. phsi. com 38.

Proportio quælibet composita ex duab⁹ proposītionibus finitis, est finita necessario. 8. phyſicor. commen. 68.

Proportio temporis ad tempus est sicut proportio motoris ad motorem. 8. phyſicor. 80. idem 7. phyſi. tex. com. 35. & 36.

Proportio corporum circulariū in velocitate & tarditate est, nō sicut est proportio spatij ad spatium, sicut est in rectis, sed est secundum proportionē magnitudinis, & paritatis ipsorum mobilium. 2. cęl. com. 46. & tex.

Proportio nulla est inter magnitudinem corporum cęlestium, & magnitudinem corporum facientiū tonitrua, neq; in magnitudine, neque in violentia motus, neq; in velocitate. 2. cæli. com. 53.

Proportio superficiei ad corpus, est sicut lineæ ad superficiem, & sicut puncti ad lineam. 3. cœli. com. 5. vide in concor.

Propinquitas est necessaria ī actione tam potentiarum irrationaliū quàm rationalium. 9. Metaphyſi. commen. 10.

Propinquitas ē causa deceptionis, colligitur ex 3. phyſi. com. 15. vbi Com. ex sententia philosophi allegat causam erroris antiquorū ꝓpter quam collocauerunt ipsū subpriuatione, & primam causam expressit philosophus ī tex. com. 14 nam cum omne ens sit aut ī actu aut potentia, & motus, neq; actus, neq; potentia tantum est, vnde vt inquit Com. ibi in com. latuit eos actus medios inter actum & potētiam, secundam vero causam explicat Com. in com. 15. qa motus est actus imperfectus, & actus imperfectus est propinquus priuationi, ideo iudicauerunt ex propinquitate ipsum priuationem esse, & est etiam sententia Augustini, qꝓ ꝓpinquitas & similitudo sūt causæ erroris, & deceptionis. Alia ēt est causa deceptionis inseparabilis consecutio vnius rei cum alia re, quam Com. expressit in 4. phy. in com 95. vbi dicit, multotiens existimatur, qꝓ illud quod sequit̄ rem sit ipsa res, propter hanc enim causam asserit philosophus ibi antiquos fuisse deceptos asserētes tempus formaliter esse motum, & propter eādem causam Stoici asseruerunt, vt scribit Alex. in paraphrasi de anima. quantitatem non esse distinctam à substantia in qua sentētia perseuerant nominales. Et propter eandem causam, Subtilis Doctor tenuit proprietates rerum non distingui realiter à subiecto, & de multis aliis consimilibus,

Propinquitas & distantia non sūt nisi per transłationem. 8. phy. tex. commen. 55.

Pruinæ & roris loc⁹ est vnus, & materia vna, & agens vnum, sed diuersificantur propter fortitudinem agentis & debilitatem 1. Metheo. commen. 4.

Pseusippus plures substātias ab vno inchoauit, & principia cuiuslibet

substantiæ

substantiæ esse dixit, aliud quidē numeratorū, & aliud magnitudinum esse. 7. metaphysico. tex. com mento. 5.

Ptolomeus posuit plures motus lunæ, & alijs stellis, quos nullus ex antiquioribus posuit. 12. primæ philosophiæ. com. 45. Vide etiam. 2. cœli. com. 62.

Ptolomeus non posuit soli aliā latitudinem nisi ī respectu æquinoctialis, sed antiqui opinabātur, q vltra istam latitudinem ab æquinoctiali habet aliam a zodiaco 12. Meta. com. 46.

Ptolomeus posuit, q in cœlo sunt sphæræ, quarum poli sunt perforati. 1. cœli. com. 10.

Ptolomeus posuit quinq; motus ī luna, cum antiquiores non posuerint nisi tres tantum. 2. cœli. cōmento 60.

Ptolomei sententia successio orbiū in nobilitate non est secundū ordinem ī motibus. 2. cœli. comm. 62. vide ī 12. primæ philosophiæ. commen. 44.

Ptolomeus tenuit q sub æq noctiali sit habitatio, & similitet Auic. licēt Arist. oppositum senserit. ex 2. metheo. ca. 2.

Pulmo in habentibus pulmonē bipartitus esse expedit. 1. de natura animalium. cap. 16. & ibi vide an spiritus per arteriam inspirat' ingrediatur cor, nec ne. vide etiā de pulmone in 3. de natura animal. capitulo 3.

Pulmo sanguinis plurimū ex mēbris omnibus cōtinet, errantq; qui ipsum inanem sanguinis arbitrantur. 1. de natura animalium. capitulo. 17.

Pulmo solus secūdum Gale. nutritur per cor, cuius tamen oppositū sentit Arist. ex 3. de partib. anim. Auer. in cap. de corde.

Pulmonis motus initium est a corde secundum Aristo. contra medicos 3. de partibus animaliū. cap. 6. & Auerro. ibidem ī capitulo de pulmone.

Pulmone ablato hæc duo simul auferuntur, & dexter vētriculus cordis, q̄ gratia pulmonis genitus est pulmo enim vocis & respirationis est organū. Gale. 6. de vtilita. particulari. cap. 9. & nota q contradicit Aristo. in hoc de numero ventri. cordis. ibi.

Pulmo est organum respirationis, & vocis. 3. de partibus animaliū. vide etiam Galenum. 7. de vtilita. particu. cap. 3.

Pulmonis motus est a corde. 3. de parti. ani. ca. 6. contra medicos.

Putredo vel putridum excrementū rei concoctæ est, quapropter nihil putrescens gignitur. Arist. 3. de generа. anim. ca. 11.

Putrefactio est contraria generationi. 4. metheo. te. com. 3.

Putrefacta in principio fiūt humida, in postremo vero fiunt sicca. 4. metheor. tex. com. 4.

Putrefactio est corruptio quædam in vnoquoq; humido ꝓpriē ēm naturam caliditatis, ab aliena caliditate. 4. metheor. tex. commē. 5.

Et pondera contra rudes aliquos medicorum, asserentium hāc diffinitionem putrefactionis datā ab Aristo. non conuenire putrefactioni contingēti in humoribus, vnde febris putrida causatur, cum tamen Gale. medicorum princeps in 2. de differentijs febrium ca. 9. vbi disputat an sit febris ex putri-

do ſanguine fundamentum hoc p̃mittens quomodo ſanguis poteſt putreſcere, hanc diffinitionem ab Ariſto. aſſumit.

Putrefactionis duplex eſt cauſa, vna primaria,& per ſe, alia ſecundaria, & quaſi per accidens. 4. metheo. in ſua ſumma. 5. Col. ca. 43.

Putrefactio eſt commuuis paſſio,& frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ 4. metheo. tex. com. 5.

Putrefactio minus contingit in frigoribus,q̃ in æſtu. 4. methe. t. c. 6.

Putrefactio duplex quædam eſt per viam congelationis, & iſta contingit in hyeme, quædã per viã combuſtionis & diſſolutionis,& iſta ꝑ tingit in æſtate 4. metheo. com. 9.

Putreſcit min⁹ qđ mouet & fluit q̃ non motum 4. metheo. t. c. 11.

Putreſcit minus multum pauco. ibi dem tex. com. 12.

Putrefactionis natura ſtat per calotem extraneum cum humiditate ſuperfluua,& ſunt ei medicinæ odoriferæ in vltimo contrarietatis. 6. Colli. ca. 12.

Putrefactionis cauſa efficiens eſt frigiditas ſm duos modos, vnus eſt ꝑ ſe,& eſt à calore extrinſeco, alius ꝑ accidẽs, & eſt à frigiditate 3. Col. capitulo 3. de cauſis ægritudinum materialium.

Putrefactio eſt via in corruptionẽ. com.& tex. 6. 4. meta. & per conſequens fit in tempore. hoc ẽt aſſerit Auic. in 4. can. cap. de febre ſanguinis contra Gale. vbi litera quæ cõiter legitur eſt corrupta, quia iacet negatiuè, ſed debet ſtare affirmatiuè. ſic putredo habet tps,& cõuerſio ſanguinis in colerã non fit niſi in tempore,& hoc non aduertit Tho. de Garbo, & alij ibi.

Putridum non eſt neceſſarium eſſe, quod ex putrido fit. ibid. Auic.

Pueri cum vigilãt non rident, cum dormiũt rident. interdũ etiam lachrimant, vide cãm in 5. de generat animal. cap. 1.

Pueri pluſquã cætera animalia ſomno dediti viuunt. ibid.

Pueri interdũ altero oculo cæſi nanſcuntur, vt plurimũ aũt ambobus vide cauſam 5. de gener. ani. cap. 2.

Pueri excitati à ſomno prę metu ſe intra inuolucrum occulunt, & ibi vide cãm in lib. de in ſomniis prope finem & The. ibi. ca. 19.

Puerum eſſe intelligentem in potẽtia poteſt intelligi duob. modis. 3. de anima com. 5. in ſolu. 2. qõnis.

Pueris accipit epilepſia. vide cauſam in lib. de ſom.& vig.

Pueris non competunt vina, neque nutricibus. ibid.

Pulſuum ſpẽs comprehẽdi non pñt niſi in ĩdiuiduo comparato ad pulſum ſani, qui in corpore temperatæ complexionis iuuenitur, aut ad aliquã octo complexionũ ſm Gale. aut ad quatuor ſm q̃ apparet à radicibus naturæ 4. Col. ca. de cauſis pulſuum. Nota aũt q̃ ideo ſic loquitur, quia ſm ipſum non darentur complexiones diſtemperatæ ſimplices compoſitæ tantum, & ideo ſunt quatuor.

Pulſus dormiẽtis eſt diuerſus à pulſu vigilãtis, & pulſus exercitati eſt diuerſus à pulſu quieſcentis. & vide cãm 3. de partũ. anima ab Auer. in cap. de corde.

Pulſus non ſolum fit ꝑ reſpirationem, verum ẽt ꝑ tranſmutationẽ caloris naturalis, qui eſt inſtrumẽtum aĩæ ad omnia membra. ibid.

Pulſus marium eſt maior & fortior

ſed

sed mulierum est minor, & debilior, sed est velocior, quæ velocitas in eis est loco fortitudinis. 4. Colliget. cap. 19.

Pulsus cordis temperari potest esse velox propter strictura arteriarum. 4. Col. cap. 2.

Pulsus magnificatur per motum, & minoratur per quietē. & vide causam. 2. Col. cap. 18. in fine.

Pulsio est motus ab extrinseco. 7. phy. tex. c. 10.

Putans diuisum diuidi & compositum componi verus est 9. metap. tex. c. 21. idem in prædicamentis. & in primo de interpretatione, vbi dicitur ex eo ꝙ res est vel non est, redditur opinio & oratio vera, aut falsa.

Purum diligēter monstrat quicquid exceperit, vnde vestes, quę mundissimæ sunt, citissime inquinantur. ex lib. de insomn. Arist.

Punctus motus facit lineā, & linea mota superficiē, & superficies corpus, & figuras habere positiones sunt ꝓpositiones geometricę opinabiles absq; eo ꝙ sunt extra animam. Commen. 3. phy. com. 60.

Puncta & momenta cognoscuntur per priuationem continui. 3. de anima. tex. c. 25. vide Themi. ibi.

Puncti ad lineam nulla est proportio. 4. phy. tex. c. 71. & ibi redditur causa.

Punctus & instās differūt, quia ista actio quę est diuidere & distinguere est puncti principaliter & est instantis necessario. item punctus īuenitur in actu in linea, sed instās inuenitur in potētia in tempore, quia non potest bis demonstrari. 4. phy. com. 105.

Punctus idem potest bis demonstrari, non autem instans. 4. phy. tex. c. 121. 105. & 106.

Punctus vnus p se est duo secūdum rationem. 3. phy. tex. c. 121.

Puncti diuisio ē relatiua non in eis substantia, qm̄ punctꝰ non diuiditur, sed solummodo diuiditur ſm ꝙ est principium in respectu, & finis in respectu. 4. ph. com. 121.

Punctus dicitur quiescere per figuram. 1. transumptiue. 6. ph. c. 72. vide consimile. 4. ph. com. 118.

Punctus dr̄ moueri per accidens ad motum corporis. 6. ph. t. c. 86.

Punctus nullꝰ actu est in continua magnitudine nisi motꝰ dirimatur 8. phy. tex. c. 65. & Them. & Cōmenta. ibidem.

Puncta q̄ sunt inter principiuꝫ magnitudinis & finem, sunt in potentia cum magnitudo diuidatur ſm illam, potentia non actu, punctus aūt q est finis magnitudinis est actu. 8. phys. tex. com. 67.

punctus qui est centrum spheræ est principium ꝓ quāto omnes lineæ exeunt ab eo ad circunferentiam, est aūt finis, vt omnes lineæ circūferentia ductæ terminantur ad ipsum, est aūt medium, vt ęqualiter distat ab omnibus partibus. 8. ph. ex intentione Them. cō. 76.

Puncta & partes licèt moueant̄ per accidens, differunt tñ, quia partes poterūt per se moueri si separētur à toto, qđ puncto minime cōpetit. item motus partium est difformis motu totius existente vniformi, & partes iuxta polos tardius, quàm quæ circa æquinoctialem mouentur, quod non competit punctis. Them. 6. ph. 84. & 85.

Punctꝰ q est indiuisibiles & non existens in moto, qđ mutat locū per

naturam, non dicitur motus, neq; essentialiter, neq; accidētaliter. 2. cœli. com. 14.

Puncta, lineę, & superficies nō sunt in loco, neq; p se, neq; p accidēs. 1. de genera. & corrup. com. 29. vide in concordan.

Punctus est vnitas positionem habens. 1. de anima. tex. com. 68. idē 5. metaph. 12.

Punctus, vnitas, & instans nō sunt diuisibilia nec actu, nec potentia, nec essentialiter, nec accidentaliter. 3. de ani. com. 25.

Punctus non diuiditur omnino, & habet situm. 5. meta. 1. c. 12.

Punctus & vnitas differūt. 5. meta. tex. com. 12. vide etiā 4. phy. tex. commen. 106.

Pulchritudo & fortitudo, & alię formæ corporales similes his sunt dispositiones laudabiles in animalibus, quę non intelliguntur nisi in respectu nobilissimę dispositionis s. in respectu animalis nobilissimæ dispositionis. 7. phy. tex. com. 17.

Ex quo patet contra sophystas, ꝙ intensio formarum attenditur penes appropinquationem ad summum. vide in Theorematibus diffuse de hoc.

Pulchritudo magis attribuitur compositioni, sicut virtus, & fortitudo magis attribuitur cōplexioni. 4. Collig. ca. 2.

Pulchritudo in aliquo animali est dispositio in forma creaturę, cōsiderata ꝺm dispositionem quā habet in creatione cōsiderata in forma creaturæ, respectu nobilissimi animaliū in illa specie, & vlr est ꝓportio inter extrema membra, & media. 7. phy. com. 17.

Pulchritudo dicitur respectu turpitudinis. ibid.

Pythagoras & Leucippus perfectionem non dixerunt esse in principijs, 12. meta. t. com. 40.

Pythagoras posuit solū mathematica esse abstractas substantias, & nō posuit formas, ideſt ydeas. Cōmen. 12. meta. com. 5. in calce cōmen. authoritate Alexan.

Prothagoras hominem esse mēsuram rerum omnium, nihil aliud dicēs quā ꝙ vr vnicuiq; hoc, & eē firmiter. 11. primæ philosophiæ. ca. 4. idem 10. met. tex. cō. 5.

Prothagoras asseruit hominē esse metrum omnium rerum. 10. meta. tex. com. 5.

Pythagorici pri⁹, & Plato posteri⁹ dixerunt vnū esse substam q̄dā per se existentem. 10. metaphysi. text. commen. 6.

Pythagorici existimant, ꝙ numeri sunt principia entium, sed nō opinātur omnes ꝙ sint principia ꝺm formas, sed ꝺm ꝙ sunt elemēta entium. 7. meta. com. 2. tex. 38.

Pythagorici diuidebant principia rerum in duas partes cōtrarias. 3. physi. com. 13.

Pythagorici posuerunt motum nō esse ens. & videntur accidēs quoddam motus, potius quàm rei natura significasse. Them. 3. ph. 13.

Pythagoras posuit infinitum exnatura paris, & finitū ex natura imparis, & ꝺm aliquos per parem intelligebat materiam, & per imparem formam. 3. physico. tex. commento 26.

Pythagorici affirmauerunt vacuū. 4. phy. tex. com. 56.

Pythagorici aiunt totum & omnia trib⁹ determinata esse. 1. cę. t. c. 2.

Pythagorici duo hęc sola principia dicebant

dicebant dextrum,& siniſtrum 2. cœli.tex. commen.11.

Pythagoras opinatus fuit in medio ignem eſſe, aſſeruit, & terra circa medium cercularitet moueri 2. cœli.tex.com.72.

Pythagorici vocati mathematica principia omnium eſſe aſſeruerũt 1.meta.ca.20.

Pythagorici poſuerunt duo principia finitum & infinitum, & talia ſunt ſm materiam & formam, nõ ſecundum materiam & agens, vt erant apud antiquos naturales 1. meta. tex. commen.3.

Pythagorici poſuerunt numerum eſſe ſubiectum omnium entium. ibid. vide etiã 3.phy.t.c.25.& 26.

Pythagorici poſuerunt cauſas rerũ naturalium res non conuenientes & non eſſentiales rebus naturalibus 1.meta. tex.com.19.

Prothagoras redarguit geometras aſſerentes circulum tangere regulam in punćto.

Pythagoras tranſmigrationem animarum fabulosè tradidit ad ciuilem aliquem vſum 1.de anim.tex. com.53. & Them. & Com.ibid.

Pytuita eſt primi alimenti excremẽtum,& ſi quid aliud huiuſmodi eſt 1.de generatione animalium cap. 18. vbi patet flegma & duas coleras ſecundum Ariſtot.non eſſe humores, ſed ſuperfluitates ſanguinis, quod eſt verus humor, & verum alimentum, contra medicos.

De litera Q.



Vi poteſt ſaluare apparẽtia ex principiis finitis,melius facit q̃ qui ex ĩfinitis. 1.ph. t.c.50,& 56. vbi aduerte ꝙ pipathetici paucitatẽ entiũ vbi fieri põt ſemp prætulerunt multitudini, & hoc eſt maximum fundamẽtũ in doctrina eorũ, vide cauſam ab Auer.in com.allegatis.

Quicquid recipit aliquid non recipit illud ſm ꝙ eſt ĩ actu,ſed ſm ꝙ eſt in potentia.1.ph.com.69.& 2. de ani.com.67.& 104.1.ca.de ſubſtan.orb.3.cœli.cõ.67.& 3.de anima com.4.

Qui dicit aliquid generari ex nõ ente dicit, ꝙ vel tranſmutatio eſt in priuatione, aut ꝙ eſt tranſmutatũ ſine trãſmutatione.1.phy.cõ.71. conſimile.8. phy.com.4.& 15.

Quod non attribuitur corruptioni niſi propter rem corruptibilẽ exiſtentem in eo, dicitur corruptibile per accidens 1.phy.t.com.82.

Quæ inueniuntur in rebus naturalibus ex neceſſitate, & nõ ſunt pp aliqd ſunt ex mã,vt mors:& q̃ inueniunt pp aliqd ſunt ex forma 2. phy.cõ.88. idem 3. de ani.cõ.60.

Quod ꝓdicat in quid & conuertit eſt diffõ.3.phy. cõ.1.& 6.topico.

Quod mouet circa aliqd quieſcens tm,& nõ mouet in cõtinẽte,vt cœlũ eſt illud, cuius motus non eſt p accidens extrinſecũ à natura Cõmen.4.phy. com.43.

Quibuſdam cœleſtibus corporibus quod continetur ab aliis, accidit ſibi. ibidem.

Quod eſt in aliquo exiſtente in diſpoſitionibus diuerſis eſt vnum ſecundum ſubiectum, & duo ſm rationem.4.phy. com.104.

Qui aufert diuiſibilitatem à tempore & à magnitudine,aufert velocitatem & tarditatem 5.phy.cõ.62.

Quicquid menſuratur à ſua parte finitum eſt 6.phy.61.

Tabula Zimaræ

Qui quærit rõnes vt deſtruat illud quod apparet ſenſui eſt debilis diſcretionis. 8. phy. tex. com. 22.

Qui negat ſubiectum alicuius artis artifex illius artis non habet viam neque ſermonẽ cũ eo cũ non habeat principia p quæ loquatur cũ eo, quia negat principia ex quib. fundantur contradictiones negationis ſubiecti. 8. phy. com. 22.

Quod eſt per accidens nõ eſt neceſſarium neq; ſemp, & tale põt non eſſe. 8. phy. tex. com. 36.

Quęcunq; præter naturam ſunt citiſſime corrũpuntur 1. cęli. text. com. 15.

Quod innatum eſt inueniri in tpe non põt eſſe ſine tpe, & quod nõ eſt innatũ inueniri in tpe nõ inuenitur in tpe, & nõ habet prius, & poſterius niſi in eſſe, ſicut eſt de lineis cũ figuris, & magis hoc eſt in rebus abſtractis. 1. cęli. cõ. 106. vbi patet in reb⁹ æternis eſſe prioritatem ꝛ naturam. vide in 2. ca. de ſubſtantia orbis.

Quod eſſe poteſt & non eſſe determinatum eſt eſſe plurimũ, & eius quod eſt eſſe & eius quod nõ. 1. cæli. tex. c. 118. & habet locũ in omnibus prędictis, vt ibi dicitur.

Quicquid eſſentialr cõpetit vni indiuiduo eiuſdẽ ſpẽi cõpetit oĩb. 2. cęli. t. c. 59. ibi. n. Ari. arguit ꝙ ſi luna eſt ſphericæ figuræ omnia aſtra ſunt ſpherica.

Quod impoſſibile eſt vt ſit impaſſibile eſt vt incipiat eſſe. 4. cæli. tex. com. 33. idem 6. phyſic. tex. commen. 92.

Quod dr̃ de aliquo diuiſim non ſequitur vt ſemper dicatur de eo ꝙiunctim. 1. de gene. & cor. t. c. 9.

Quæcunq; eandem materiã nõ habent faciunt impoſſibilia entia vt medicantia. 1. de gen. & corrupt. tex. com. 53. & 87.

Quæcunq; non in materia hñt formam hæc impaſſibilia ſunt actiuorum: ꝙcũq; aũt in mã, paſſiua. 1. de generat. & corruptio. tex. commen. 53.

Quorum incorruptibilis eſt ſubſtãtia mota eadẽ numero redire poſſunt, quorũ aũt corruptibilis ſolũ ſpecie nõ numero ex fine. 2. de gene. & corrup.

Quod inuenitur in aliquo accñtalr oportet vt inueniat in alio eẽntialr. 2. de ani. c. 133. idẽ 4. ph. cõ. 43. & 1. cęli. com. 14.

Quidditas non dr̃ vniuoce neq; equiuoce de abſtractis & de generabilibus. 3. de ani. com. 36.

Quæ verè poſſunt facere eorũ op⁹, verè ſunt vnumquodq, puta oculus ſi videt: qui autem non poteſt videre, æquiuocè, puta mortuus aut lapideus. 4. metheo. t. c. 54.

Qui dubitat & admiratr ignorare vr̃ ex prohe. meta.

Quod inuenitur accidẽtaliter raro inuenitur. 1. meta. com. 8. idem 2. phy. com. 48.

Quę præcognoſcimus impoſſibile eſt vt addiſcamus. 1. metaph. tex. com. 47.

Quod ante eſt cõmunius eſt eo qđ poſterius eſt. 2. metaph. tex. commen. 10.

Quidditas in ſubſtãtijs eſt ſimpliciter, ſed in accidentibus, eſt ꝛ ꝙd 7. meta. tex. com. 15.

Quidditates rerũ non ſunt exiſtentes niſi per eſſe rerum habentium quidditates. 7. met. t. c. 20. Sic ītel ligas dcm̃ Philoſophi ī ꝓdicamẽtis, vbi aſſerit ꝺſtructis ꝓiimis ſubſtan-

stantijs impossibile est aliqd aliorum remanere. Naz lz rei qdditas p̄cedat quo ad intellectum ipsum singulare quo ad existētiam tū sequit. hoc bñ notauit Com. 12. diuinoz c. 27. authoritate' Alex. sic n. melius dr̄ q̄ vt Boetio visuz est, q in p̄dicamentis istā ꝓpōnis difficultatē qūo indiuiduæ subæ primæ subę esse pñt, qñquidem illud est nā pri⁹ quo sublato reliqua auferuntur, posterioribus vero sublatis priora non auferūtur, soluit dicens, non oēm nām in vno saluari indiuiduo, sed ī oīb⁹ singulis. Sed hoc non obstat, qa tunc ista rōne non posset prima & secunda suba in rebus æternis reperiri in quib⁹ tota nā in vno saluatur suppositō. vt p3 1. cœli & mundi, in commen. 4. & 98. vbi scribit Com. ꝙ multitudo indiuiduorum ꝓtingit ꝓp diminutionem, & ideo nā non fuit contenta esse vnius tñ, & ita etiam scribit 2. de ani. tex. c. 34. & in 2. de gene. & corrupt. tex. com. 59. ꝙñs autem falsum est, & econtra Philosophum in 1. cœli. text. com. 92. vbi dr̄ ꝙ alterum est hoc cœlum & cœlum simplr. 2 autem Boetij solo magis vr̄ apparens, inquit enim ꝙ quia in prædicamentis agitur de significatione vocabulorum, & qa quæ sensibus proxima sunt, ea etiam proxime vocabulis nuncupanda iudicamus, qui enim primus hominez dixit non illum qui ex singulis hominibus conficitur ꝓcipit animo, sed quēdam singularem atque indiuiduū cui hominis nomen imponeret, & ideo sublatis singulis hominibus homo non remanet. Sed nec ista secunda eius solutio satisfacere videtur, tum quia trahit secum arduam quæstionem de primo cognito. Nullus enim imponit nomen rei quam ignorat, vt dr̄ septimo primæ philosophię. tex. com. 54. & in quarto etiam ī text. com. 10. si igitur primum cognituz ab intellectu esset singulare tūc sine dubio responsio illa vera esset, sed illud est dubium & forte falsum ī via Peripatheticorum apud quos fuit maxima altercatio an ab intellectu cognosci possit, & qs sit modus quo cognoscitur nedū vt esset primum cognitum, sicut declarat Commē. 3. de ani. com. 36. authoritate Auēpacis, vbi dicit ꝙ quidditas intellecti non est quidditas singularis, neq; spiritualis, neq; corporalis cū sit declaratū ꝙ indiuiduum non est intellectū. Amplⁱ⁹ si primus īpositor imposuit hoc nomen hō, alicui homini singulari inquantum singulare illud, & non sub rōne aliqua cōi, tunc inęuitabiliter sequitur ꝙ illud nomē non esset nomen appellatum sed nomē proprium. Et confirmatur authoritate Auerro. 2. de anima, commen. 65. vbi format in simili consimilem consequentiam, dicit enim quòd si sensus pateretur ab aliquo indiuiduo secundum, quòd est illud indiuiduum, tunc non pateretur ab alio indiuiduo, & bene' dixit. nam vt scribit Aristo. in calce secundi posterio. analiticorum, licèt id quod sentitur sit singulare sensus, tamen est vniuersalis. Concludamus igitur cum Alexandro & Auerroe, in loco prælegato, quòd licèt singularia inesse præcedant vniuersalia, tamen vniuersalia in intellectu præcedunt singu-

laria, vt habetur in com. 27. duodecimi primæ philoſophiæ. & idē Commē. 7. meta. com. 20. dicit ꝙ quidditates rerum non ſunt exiſtē tes niſi per eſſe rerum habentium quidditates. i. non exiſtunt niſi ad exiſtētiam ſingularium, & ſic vniuerſalia ſunt poſteriorum: actus enim & generationes, & motus omnes ſingulariū primo ſunt ex prohemio primæ philoſophiæ vide etiam pulchre Alexandrum in 1. lib. naturalium quæſtionum. q. 11. vbi quærit, qūo ſit intelligendum dictum philoſophi. 1. de aīa. tex. com. 8. animal vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt.

Quæcunq; à caſu quorum materia poteſt à ſeipſa moueri hoc motu quo ſperma mouet eadē fieri poſſunt, quoruncunq; vero nō ea impoſſibilia ſunt aliter fieri quam ex ſeipſis 7. meta. t. com. 31.

Quidditates naturalium non poſſunt intelligi ſine ſenſu & motu, ſicut quidditates mathematicorū. 7. meta. tex. com. 39. & 37. vbi intelligas ꝙ non poſſunt diffiniri ſicut gloſauit ex mēte Them. hic, & 6. primę philoſophiæ. tex. com. 2. & 1. de ani. tex. com. 16. in contra dictionibus nuper æditis.

Quidditates naturales differunt à quidditatibus mathematicorum. ibidem tex. com. 39. quia poſſunt intelligi ſine materia ſenſibili.

Quidditas rei deſcriptione logica, deſcribit̄ ſic, ꝙ eſt illa quā ſignificat diffinitio, & ēt alia deſcriptione logica, & eſt, q̄ dat̄ in rñſione ad quæſtionem factam per quid, aut quare. 7. meta. com. 59.

Quidditas & eſſentia ſunt idem in non habentibus materiam, neque intellectualem, neque ſenſibilem. 8. Meta. tex. cō. vlt. idem 3. de anima tex. com. 59.

Quod impoſſibile eſt factum eſſe, impoſſibile eſt aut eſſe, aut futurū eſſe 9. meta. tex. com. 6.

Quoruncunq; aliquid alterum eſt, quod fit præter vſum horū actus in facto eſt, vt ędificatio in ædificato, & vniuerſaliter motus in mobili, quoruncunq; vero non eſt aliquod aliud opus præter actionem, in ipſis exiſtit actio, vt viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante. 9. Meta. tex. com. 16. Inde elicitur actionem eſſe duplicem immanentem, vz, & tranſeuntem.

Quæcunq; ſunt præter primam materiam, & vltimam formam, ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ. 1. phy. cō. 1. licèt variis modis interpretet̄ illa authoritas. Mihi tamen occurrit vnus modus exponendi multum ſubtilis, vt per materiam primam intelligamus primam in compoſitione, & per vltimam formam etiam vltimam in compōne & non vltimā in reſolūne, vt expoſuit Burle⁹, licèt expō illa bona ſit: & tunc dico ꝙ in cōpoſitis ex plurib⁹ cauſis ītrinſecis ꝓpinquis & remotis ſola prima mā ē mā ſimplex, quæ, vz, hz rōnē materiæ & non formæ, & ſola vltima forma q̄ eſt in cōpōne, & eſt cauſa propinqua compoſiti habet rationem formæ ſubſtantialis dantis eſſe, quia vnum compoſitum ſubſtātiale habere niſi vnam formā ſubſtantialem eſt impoſſibile. 1. ca. de ſubſtantia orbis, quia vnius rei eſt vnum eſſe, formæ autem mediæ dicunt̄ materię compoſitæ & formæ compoſitę, qa reſpectu p̄cedētium

tium comparãtur vt formæ, reſpectu poſtremæ vt materiæ. & ideo ly in mixto ſint formæ elementariævltra formam mixtionis, q̃ eſt forma ſupaddita ipſis, tñ illę gerũt vicem materiæ reſpectu eius, & ſic ſp vnius rei eſt vna forma ſubſtantialis, & vnũ eſſe. & hoc ē qđ dixit lucidiſſimus Them. ī 3. de anima ca. 27. ꝙ ſane ordo & ꝓceſſus hic eſt vt reſpectu inferiorum ſuperioribus vice formæ vtatur, reſpectu ſuperiorum inferioribus loco materiæ. non habēt igitur ſimplicem rõnem & reſpectũ materiæ, & formę niſi extrema. ſ. prima materia, quæ ꝫm ſe eſt denudata a b oī forma, & vltima forma quæ non habet vlteriorem reſpectu cuius materia effici queat, ſed illa quæ ſunt in medio habent compõnē extremorum vel ꝫm eſſe, vel ſaltem ꝫm denominationē, ſp. n. reſpectus ī perfectionis ad ꝑfectius, eſt reſpectus materiæ ad formã, aut inſtrumenti ad agẽs, vt dicitur 3. de anima ab Auerroe, com. 36.

Quidditates naturales non pñt ītelligi ſine motu, & ſenſu, ſicut quidditates entium mathematicorum. Com. 7. meta. cõ. 39. Sz tunc eſt difficultas ꝙ motus erit de qddatiuo ꝺceptu quidditatũ naturaliũ, quod vr̃ abſurdum, cũ motus ſit accidens, & poſterius ipſa quidditate ſoluit, intelligitur vt dixi in theorematibus, quia nõ poſſunt abſtrahi à principio motus quod eſt natura. vnde iſta eſt ratio formalis à priori omnium q̃ in ſcientia naturali conſiderantur. Ariſt. enim 2. phy. tex. c. 73. eiicit à conſideratione quidditatiua primum motorem, quia non habet in ſe principium motus & quietis & ī primo de partibus animaliũ. cap. 1. dicit, non oẽm animã quidditatiue ꝺſiderari à naturali, quia non omnis anima eſt natura. Sed tunc inſurgit maxima difficultas, quia cum quidditates rerũ naturalium ſint ſubſtantiæ, & per conſequẽs abſoluta entia, videntur à naturali non conſiderari quidditatiue in ꝓpria forma, quia ſi omnis talis quidditas includit naturã, & apparet natura vel formaliter vel ꝺſecutiue, ſequitur oẽm conſiderationē quã habet naturalis eſſe reſpectiua, & tandem tales quidditates in particulari cognoſcentur à diuino, qđ eſt ꝺtra Philoſophum. 11. primæ philoſophię. ca. 5. & in prohemio metaphyſicę, vbi hr̃, ꝙ ſapiẽtis eſt omnia cognoſcere vt ꝺtingit, ſoluitur loquendo de cognitione qddatiua & diſtincta in particulari cognoſcuntur a naturali. & concedo ꝙ in tali ꝺſideratione naturalis non habet vt naturalis cognitionē abſolutã, ſed reſpectiuã. ſed ſi quam habet abſolutam habet à diuino, ſed non inquantũ naturalis eſt. nã ꝙ homo ſit ſũa aut ens à diuino habet, ſed alia prędicata naturalia omnia includunt naturã q̃ eſt principium motus. & ſi ꝺſideras etiam accidentia iſto modo cũ reſpectu, ꝺſiderant̃ à naturali, quia aut ſunt interminata, aut terminata, & oĩa ꝺſiſtunt in reſpectu quodam ad formam & ad materiã ſenſibilem, vt patet intuenti. Sed dices, nonne prior eſt ignis quàm ſit principiũ motus? qa licèt ignis ſit ignis per formã ſuã, q̃ eſt nã, & talis natura ē motus principiũ. Tunc q̃ro, ꝺſiderare poſſum ꝑ intelle-

tellectum absolutum non considerando respectū igitur possum considerare ignem in illo priori ī quo est ignis, non considerādo illū respectū. Et tunc q̄to ista considetatio à quo artifice hī aut à nāli, si sic igit' naturalis abstrahit à natura aut à diuino, si sic igit' diuinus considerat q̄dditates rerū ī particulari. hoc argūm est satis laboriosum. & Scotus & discipul⁹ eius Antoni⁹ Andreas in q. 9. 1. met. non bñ sol uunt istud argumentū, quia licèt verū sit q̄ ignis cum illo q̄ appropriat illum ad naturalē tñ tale approprians non est nisi natura, q̄a sicut q̄dditas artificiati consistit in arte, sic q̄dditas naturati consistit ī natura. 2. ph. c. 13. & com. 3. & 6. met. com. 2. sed ratio naturæ est ratio entis includētis respectū, vt p3. Quare dicendū puto ad hoc argumentum cū aureo quodā dicto Alexādri afrodisei summi Peripathetici qui ī principio libri prior⁹ d. q̄ ī plerisq; nālis vtit' mathematica abstractione, sicut q̄n ꝺ3 rationem concipit & abstrahit forma à materia: dicit. n. Aris. 2. ph. t. c. 12. diffiniens nām q̄ est forma q̄d est ens ñ sepabile nisi ꝺ3 rationē p3 aūt q̄ hoc non est ꝺm rationē & modū definiendi nālis, quia vt dicit Com. formę nāles non pūt diffiniri ꝺ3 se fine materia. in primo d aīa, com. 16. & ē sn̄ia Philosophi in 2. ph. versus finem, vbi h3 q̄ in diffinitionibus nālium rerum d3 poni materia vel expresse, vel consecutiue. immo in 6. primæ philosophiæ. t. c. 2. Aris. ponens distinctionē inter scīas speculatiuas d. naturalē diffinire p materiam sensibilem. Et ideo sic dico in casu q̄ naturalis vtēs mathematica abstractione p̄t in illo priori abstrahere hunc ignē in q̄tum ignis est, non considerando ipsum vt sua igneitas est mot⁹ principiū, sed in ratione igneitatis, & l3 igneitas includat nālitatem, hoc tñ non est inquantum igneitas, sed est ꝑñs ipsam, quia prius natura ignis est ignis q̄ sit mot⁹ principiū. Et nota bene hoc, quia nullus ante nos in via latinor⁹ potuit pertingere ad istud. Mathematica igitur abstractione ꝑsiderari p̄t non naturali, vñ igneitas nāl'r q̄dditatiue includit nām. 1. dum quidditatiue diffinitur. vñ non oīs abstractio est in nāli philosophia nālis ꝺm Alex. & vitos Peripate. antiquos.

Quando maior ꝓpositio conuertit' vīr possumus arguere ex duabus affirmatiuis ī 2. figura. 2. ph. com. 23. 4. ph. 33. & 42. & 2. cœli. c. 23

Qñ aliquid agit aliquam actionem ita agit illam, sicut aptū natum est agere illam. 2. ph. tex. com. 78.

Quando sunt duæ partes, quar⁹ vna est in altera & fuerint partes vnius totius, & totū nominatur à nomine partis, pol'e est vt illud totū disponatur per illa3 dispositionem. 4. ph. com. 24. & 25.

Qñ maior ꝓpositio ꝑuertit', ꝑclusio p̄t esse vlis in figura tertia, q̄a tunc p̄t reduci ad figura3 prima3. Com. 4. phy. com. 42. ratio est, quia figura tertia descendit à prima p conuersionem minoris, vt patet in 1. priorum trac. 1. de generatione syllogismorum: vnde quemadmodum maiore existēte vniuersali affirmatiua in terminis conuertibilibus p̄t sequi ex duabus affirmatiuis conclusio in 2. figura, quia pōt

reduci

reduci ad figuram primam p̄ conuersionē maioris in terminis, qa figura secunda descendet à prima per maioris conuersionem, ita dic in hoc casu.

Quando quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, illę quantitates non remanēt proportionales. 4. phy. com. 71.

Quādoq; significat id quod est raro, & quod est per accidens. 4. ph. cō. 112. Ratio aūt huius est, quia quę per se sunt, sunt de omni, & p consequēs sunt semp, & nō q̄nq; sic, & quandoq; non, vt dicitur in 1. posteriorum analiticorum.

Quando vna & eadem res fit à duabus oportet q̄ fiat per eandē cām cōem, est ꝓpositio equiuoca, quia potest duobus modis ītelligi. vno modo q̄ illa res ꝓueniat à duab⁹ in eodem genere causæ ſm speciē, vt scānum factū à Platone & à Socrate habēribus eandam artē. alio mō q̄ illa causa sit cōis ſm genus inquantum causa est, sed differūt ī specie, illæ causalitates, vt calceus factus ab artifice habente illam artem, & à coriario præstante materiam calcei, puta corium, sed vnus concurrit vt agēs, alter quia mām præstat. Auer. cōtra Gal. ī 1. de generatione ani. cap. 1. vbi ponitur improbatio antiquorū d̄ semine.

Quanto magis augumentatur quātitas corporis tāto magis augumētatur potentia eius, & est propositio manifesta per se. 3. ph. cō. 42.

Quātitas non est de potentiis actiuis. 4. phy. com. 84.

Quantitas curua est contraria quātitati rectæ quinto physico. commen. 44. quod quomodo sit intelligendum. Vide primo physi. commen. 41.

Quātitates eiusdē speciei sunt sibi inuicē equales, videlicet, rectę tantum aut curuæ tm̄, cū istæ sibi superponantur. 7. phy. com. 29.

Quantitas subiecti si diuersa fuerit diuersabitur passio neeellario. 7. phy. com. 33.

Quātitas equiuoce dr̄ de superficie, linea, & numero. 1. met. cō. 46. Ex quo vr̄ q̄ quantitati discretæ & ꝙtinuę nō sit aliquid cōmune vniuocū. vide idē in commē. magno 1. poste. com. 73. & 83. vide in ꝙ traditionibus nuper editis.

Galenus in primo de differentijs morborum inquit, q̄ quāti aliud discretum quod proprie quātum appellatur, aliud vero continuū, qd Greci pelicon appellāt, & non dicit q̄ sunt species, vt cōiter trāslatores transtulerunt locū istum.

Quantū aliud per se, aliud per accidens. 5. meta. tex. com. 18. & est in cap. de quanto.

Quāta p se, alia sunt passiones, alia sunt ſm subſtantiam ibidem.

Quanta per accidens sunt duobus modis ibidem.

Quantitatis descriptio ponitur. 5. metaphy. tex. com. 18.

Quātitas discreta diuiditur in vnitates quæ sunt naturaliter indiuisibiles, sed quātitas ꝙta diuidit' in vnitates quæ recipiunt diuisionē 5. meta. com. 18.

Quātitatis species famosę solū sūt enumeratæ ab Aristotel. in prædicamentis. Commētator 5. meta. commen. 18.

Quantitas non est subſtantia, sed magis cui hæc insūt septimo metaphy. tex. commen. 8. Ex quo pater error noīalium, & (vt inquit Alexan- Cōtra nominales.

Alexandri) fuit commentum ſtoicorum.

Quantitas in eo ꝙ quantitas cognoſcitur vno aut numero. 10. metaph. tex. c. 2.

Quãtitatis habẽtis ſitum & carẽtis ſitu diuerſum eſt iudicium. ex quãtitate. n. carẽte ſitu, non eſt impoſſibile imaginari proceſſum in infinitum, ſicut in habẽte ſitũ. ex lib. deſtr. diſputa. prima, in ſolutione 16. dubij. vide in concordantiis nuper ẽditis.

Quãtitates corporum ſi ꝑmutarentur etiam permutarentur actiones corporum ex lib. deſtruct. diſpu. 2. in ſolutio. 5. dubij.

Quantitas dicitur de omni eo quod menſuratur ſua parte, vt notificaui in lib. prędicamentorũ. Auer. in paraphraſi metaph. tract. 1. cap. de accidente.

Quãtitatis alia eſt per ſe, alia per accidens. ibidem.

Quantitatis ꝑ ſe alia per ſe primo, alia ratione alterius, vt magnitudo menſura, & numerus ſunt quantitates per ſe primo, ſed tẽpus, & motus ſunt quantitates per ſe nõ primo, ſed ratione alterius, quia tempus eſt quantum ratione motus, & motꝰ ratione magnitudinis. ibidẽ vide ẽt pro hoc in 5. meta. cõ. 18. & tex. & ſic ſedabis cõtradictionẽ quando Ariſ. d. motum & tempus eſſe quanta per accidens, vt ly, per accidens, diſtinguitur contra per ſe primo, & non contra per accidens purum.

Qualitates propriæ quæ ſunt ī ſubſtantiis ſimplicibus non ſunt ſubſtantiæ, ſed aſſimilantur ſubſtantiis, quia in ſimplicibus ſunt ꝓpīquiores ſubſtantiis, & in aliis cõpoſitis ſũt remotiores. 5. ph. c. 10. pro quo vide ẽt octauo met. com. 5. quomodo aũt ī ſimplicibus ſũt proximiores ſubſtantiæ. vide quarto cęli. com. 40.

Qualitatum attributarũ alterationi, aliæ primæ, alię ſecundæ, & ſũt quæ fiunt ex primis. 8. phyſic. tex. commen. 11.

Qualitates ſũt primæ humiditas & ſiccitas & his cõiuges, circa corpora quidem diuiduę non vñr, ſed circa materiam. Themi. 1. de anima com. 12. ſuper te 26. vide quomodo ſit intelligendum, primo de generatione & corrup. tex. com. 6.

Qualitates in olfatibus manifeſtæ ſunt, ſed tamen contraria exiſtentia in eis latent. 7. phy. com. 14. & 2. de anima com. 92.

Qualitates plures trãſmutabiles videntur nõ recipere neq; magis, neque minus. 8. phy. com. 24. vide in concordantiis.

Qualitatũ prima gñia ſunt ſine alteratione, vt genus quod eſt animati inquãtum animatum, & genus quod dr̃ potẽtia naturalis, & genus quod eſt in quantitate in eo quòd quantitas. 1. cęli. com. 21. Vbi aduerte, ꝙ primum genus ſeu ſpecies qualitatis, vꝫ, habitus & diſpoſitio dr̃ eſſe animati inquãtum animatum, quia pro maiori parte qualitates primæ ſpeciei reperiuntur in animatis, vt ſunt virtutes, & vitia, & ſciẽtiæ: & ita ẽt dicit Cõ. in prędicamentis: quarta vero ſpẽs qualitatis dr̃ eſſe in quantitate in eo ꝙ quantitas, quia illæ qualitates ſũt fundatæ in quãtitate, vt d. Simplicius, ẽt & Boetius ſup ꝑdicamẽtis.

Nota quare ꝓpria ſpecies quãtitatis dicitur eſſe aiati inquãtum aiatum.

Qualitas eſt diuiſibilis per accidens 3. cęli. tex. com. 7. idem 5. ph. tex. com.

com.18.& 6.phy.com.35.

Qualis est habitudo materiæ ad materiam, talis est formæ ad formam & compositi ad compositum. Cõmentator in paraphrasi quarti de cœlo. summa 3. cap. 4.

Quale multis modis dicitur. 5. met. tex. com. 19.

Quale quãdo quod interrogatur p ipsum fuerit de spẽbus existimatur significare substantiam, & dum interrogatur de indiuiduis, significat prędicamẽtum quod dicitur quale quod monstratur in diuidentibus. 7. meta. tex. com. 14.

Qualitates fundatæ ī quãtitate, sũt differentiæ substãtiales quãtitatũ: sunt. n. de suis subst̃ãtijs, sicut formę substantiales de substantijs. 5. meta. com. 19.

Qualitates per quas differunt corpora in sui substantijs, & quãtitates non pertinent motui. Com. 5. meta. com. 19. vide in 7. ph. tex. com. 18. 19. & 20. ad quas qualitates est per se motus & in quibus non est, vide etiam quinto phy. tex. c. 10. & 4. phy. 84.

Qualitatum quædam pertinẽt motũi, & quędam non. 5. metaph. cõmen. 19.

Qualitatęs secundæ speciei ꝓsequũter qualitates substãtiales, & inquãtum sunt potẽtiæ enumerauit eas Arist. inter potentias, & inquantũ sunt præparationes. 5. meta. c. 19.

Qualitates passiuæ habent plus patiquàm agere, & qualitates actiuæ habẽt plus agere quàm pati. 3. colli. cap. 31.

Qualitas generatur duobus modis, quoniam quandoque generatur à sibi simili, & quandoque sequitur formam mixtionis primarum qualitatum. Com. 7. met. c. 32. vbi nota ꝙ sumpsit mixtionẽ pro cõplexione, quia mixtio ꝓprie non est qualitatũ, sed corporum, vt patet ī 1. de gene. & corrup. tex. com. 83. non. n. omne omni miscibile, sed oportet separabile existere vtrum mixtorũ passionum aũt nulla separabilis ꝓp hoc Peripatetici ꝓprie loquentes dicũt mixtionẽ esse corporum, cõplexionẽ vero qualitatũ: nam de ratione miscibilis est ꝙ separari possit, & hoc nulli competit accidenti. Mixtio īcorpo.

Qualitatis prioritas est prioritas formæ. 7. me. com. 35.

Qualitas qñq; ponit̃ ī diffõne ad circuloquendũ dr̃iam sub̃alem. 7. meta. cõ. 41. & 5. phy. cõ. 10. & 8. me. cõ. 5. ꝓtra Alex. & 8. phy. com. 32. & 4. cæli. 6. & 26. com.

Qualitates primæ nunquid sint formæ sub̃ales in elementis requirat̃, in 8. primæ philosophiæ, cõtra Ale. in com. 5. & in 5. phy. com. 10.

Qualitas in se in respectu alteri⁹ nõ est substantia. 8. me. c. 5. intelligit̃ ī his q̃ vniuoce dr̃, nam fallit in his q̃ dr̃ ęquiuoce: scĩa. n. ī nobis est qualitas, vt patet in 7. ph. te. c. 20. & in prędicamentis in cap. de qualitate, & tñ in Deo est sub̃a: nã sciẽtia ęquiuoce dicitur de sciẽtia Dei, & de sciẽtia nostra. 12. me. t. c. 51. quia scientia Dei est cã rer̃, & sciẽtia nostra causatur à rebus.

Qualitates q̃ pñt esse & non esse in corporibus cęlestibns, sunt alię ab illis qualitatibus quibus attribuit̃ alteratio, & illuminatio lunæ, & obscuritas, & similia. 9. met. com. 17. & 1. cæli. com. 21. & 2. capite de substantia orbis.

Qualitates primę sunt initia elemẽtorum

torũ, & ſunt cauſæ mortis, & vitæ iuuenrutis,& ſenectutis,ſomni,& vigiliæ, & omnis trãſmutationis paſſiue.ex.2.de partibus aĩaliũ.c. 2.idem in ſecundo de generatione & corru.tex.com.7.

Qualitates primę dicuntur abſolutę & in reſpectu.2.de partibus animalium cap.2.

Qualitates primæ abſolutę ſimplicibus attribuuntur.ibidem. Commen.in cap.de carne.

Qualitates primę in reſpectu dupl'r dicuntur.ibi.

Quamuis ſit magis famoſum ire ĩ nãlibus à poſterioribus ad priora, tamen aliqñ itut à præcedentibus ad poſteriora, primo de ani.com. 11.conſimile 6.phyſic.com.12.& 15.& 8.phy.com.53.vbi patet manifeſte dari regreſſum.

Quatuor primis qualitatibus attrĩbuitur omnis trãſmutatio ſubſtãtialis,& non quãtitati neq; qualitati, puta grauitati,aut leuitati,aut albedini, vel nigredini,vt declaratum eſt in lib.de generatio.& corrup. Commẽ.in com. libri de cauſa longitudinis & breuita. vitæ.vide in 2.de gene.& corrup.tex.cõ. 7.& infra.

Quartus metaphyſicæ diuiditur in duas partes,in prima determinant̃ res logicæ, quæ appropriantut illi ſcĩæ, vt determinare qd̃ eſt ſubm & quæ ſunt accidentia & cãę eius. In ſecunda diſputaiur ꝓtra Sophiſtas negantes principia prima, & ipſum ſcire deſtruentes, quia ad dominum iſtius artis pertinet deſtruere contra iſtos, vide pro primo mẽbro qũo logica eſt duplex. 2.metaph.com.15.& primo phy. com.35.& 2.phy.com.16. Quãtum autem ad ſm animaduerte ad mentẽ Ariſt.& Commenta.ꝙ ad diuinum ſpectat diſputare contra negantes ſcire eſſe.hoc elicitur ẽt ex 3.cœli.commen.4.contra latinos expoſitores volentes Ariſt.in principio lib.poſteriorum diſputare ꝓtra negantes ſcire eſſe,aut ſcire fieri de nouo.

Quæſtio facta ꝑ quare quatuor modis eſſe poteſt.2.phyſic.tex. commen.68.

Quæſtio de mundo vtrum ſit vnus vel plures eſt nobilior & difficilior quæſtione vtrum ſit finitus aut infinitus.1.cœli.c.76.

Quęrere de rebus arduis poteſt contingere ꝓpter quatuor cauſas, aut propter inuerecundiam,aut ꝑp errorem contingentem opinãdo ꝙ omnia ſint comprehẽſibilia & nota certe, aut ꝑp ignorantiam difficultatum,aut propter ſciendi deſiderium, & iſte modus eſt laudabilis.2.cæli.commen.34.vide in ꝓcordantiis.

Quæſtionum proportio ad animã eſt ſimilis proportioni ligamenti ad membra 3.metaphy.commen. primo.

Quęſtiones vniuſcuiuſq; ſcientiæ primo ſunt inſpiciẽdæ in vnaqua que ſcientia, tertio metaphy.tex. com.primi.

Quęſtio de principijs in nãli philoſophia differt à qõne d̃ prĩcipiis in ſciẽtia diuina,quia illa in ſcientia naturali perducit ad ſciendum primam materiam & primũ motorem & formas naturales, ſed q̃ſtio in ſcientia diuina inducit ad ſciendum primam formam oĩum entium & vltimnm finẽ.7.metap. c.5.idem ibidẽ c.9.& 3.metaph.

com.

com.3.& in ꝓlogo primi phy.

Quærere quare ipſum eſt ipſum, ni hil eſt quærere 7.metaph.tex.cō. 59.Inde colligitur ꝙ in qualibet quęſtione eſt aliquid cōceſſum, & aliquid dubium quod quęritur.

Quęſtio, quandoq; quærit cauſam in fieri, & quādoq; cauſam in eſſe 7.met.tex.com.59.

Quęſtio non fit in re ſimplici non compoſita.ibi.Com.& in t.c.60.

Quærere in re ſimplici vt quia hō eſt hō, eſt nugatio.7.meta. com. 59.idem 4.metaph.com.3.vbi hr ꝙ prædicatio eiuſdem de ſeipſo eſt nugatoria. vide in theorematibus in illo theoremate, ſubſtantia prima de nullo prædicatur.

Quęſtio non eſt in ſimplicibus, ſed in compoſitis 7.primæ philoſophiæ tex.c.60.vbi dicit Com. ꝙ in ſimplicibus non eſt qō neq; ꝑ qua re, neq; per quid, ſed in talibus eſt alter modus qōnis.

Quæſtione qualibet propoſita valde bonum eſt audire rationes vtriuſque partis, pręcipue ſi partes sūt prudentes & famoſæ.ex lib.deſtructio. diſpu.2.in ſoſone.2.dubij.

Quæſtio ſi eſt quærit de eſſe vero, ex lib.deſtruc diſputatone 8.in ſolutione primi dubij.

Quærere quare quædam appropriātur in eodem genere quibuſdam entibus eſt ſumma fatuitas. vnde non eſt petendum quare terra ſit terra, aut ignis ſit ignis. ex diſputatione 13.in ſolutione tertij dubij.

Qōnis translatio ad alias qōnes eſt opus Sophyſticum ex diſpu.14.in ſolutione vlti.dubij.

Quieſcens quieſcit ꝑ ſimilitudinē ꝓtinentis, & mouet ꝑ priuationē ſimilitudinis inter ipſum & ꝓtinens, & hoc eſt qñ mouet in ꝓtinente, vt ſunt corpora ſimplicia q̄ mouentur motu recto. Cō.4.phy. com.43.

Quies quælibet in tpe eſt.4.phyſi, tex.com.118.

Quieſcit non oē immobile, ſed qđ aptum natū moueri priuatur motu.ibidem ex 5.phy.tex.com.20. & 6.phy.tex.cō.30.& tex.cō.67.

Quies vere & trāſumptiue ſummi poteſt.4.ph.com.118.

Quies non ꝓtrariat verē motui, ſed priuatiue.5.ph.com.62.

Quies & motus nō cōiūgi in diuerſis partib⁹ eiuſdē moti, ſed duo motus ꝓtrarij nequaquā.5.ph.cō.62.

Quies coniuncta motui in diuerſis partibus eſt in potentia non actu. ibidem.

Quieſcēs nō dr niſi qñ ſm ſuā nām & locū, & tps fuerit innatū moueri & nō mouet.6.ph.c.& t.30.idē infta.67.72.& 75.cō.idē 4.ph.cō. 118.& 5.phy.tex.com.20.

Quietē tūc intelligit aīa qñ intellexerit idē corpus in eodē ſtatu ſaltē in duobus inſtātibus. Cō.6.phy. c.73.& 4.phyſi.100.& 106.ꝓſimile de tempore.

Quies aīalis perfectiſſima q̄ fit poſt motū eſt quies in ſomno & expergefactio ab eo eſt pfectiſſimus motus q̄ fit poſt quietem pfectam.8. phy.com.20.

Quies polorū eſt geometrice nō vere.2.cœli.com.14.& ibi vide qūo & qualiter, &c.

Quieſcens accidētal⁹r nō eſt niſi pp quieſcens eſſentialiter.2.cœli.cō. 14.& 1.cœli.com.14.

Quies aūt & grauitas dr̄ ꝑ priuationē, leuitatis & mot⁹.2.cœli.t.c.18.

Quie-

Quies alia naturalis, alia violenta. 2.cęli.tex.com.84.

Quies est finis motus & est necessarium vt causa eius quod est ante finem,& finis sit eadem.2. cęli contra Themistium in com. 92. Addirq; Commētator ꝙ hoc erit duobus modis diuersis, quia cum motus sit contrarius quieti,eidem agē ti duo contraria eodem modo attribui impossibile est. consimilem propositionem inuenies in 7.me. phy.com.31.contra Auicen.

Quies aut est naturalis aut violenta 3.cæli.tex.com.19.

Quies comprehenditur ex priuatione motus 2.de ani.tex.com.133.

Quies est priuatio & priuatio non est potentia.vlti.cap. de subā orb.

Quies est in cęlo non per virtutem sed per priuationem virtutis,vꝫ,in stellis,& similiter quies in terra est infinita ꝑ priuationē virtutis.ibi.

Quies attribuit vni,quia oē īdiuisibile est immobile, & omne mobile est corpus,& omne diuisibile habet multitudinem.4. met. com.6. idem 6.phy.tex.com.32.

Quietē negans,assertio,nimiū molesta est naturali disciplinæ quàm ea q̄ tollit motū.8.ph.t. com.22. & Themistius ibi clarè.

Quiescere dicitur aliquid qñ sil'r se habet nunc vt prius tanquàm non vno tunc quodā iudicātes. 6. phy. tex.com.73.

Quiescentia semper sicut terra non sunt in motu,quia tempus non excedit illa. 4.phy.118.

De litera R.



Adix omnis plantę calidior est suis folijs. 5. colliget. ca.42. de plātagine. Nota tñ ꝙ hoc est verum vt in pluribus,tñ qñq; fallit, vt patet de titimalo, vt Auer.ibi. dū de titimalo loquitur, vbi dicit ꝙ lacti timali est in fine caloris, & post illud semen, post quod folia, & postremo radix propositiones enim medicorum verificantur vt frequētius.

Radix nō est necessarium, vt sit qd grossius, neq; cōuertitur, vt qđ est grossius sit radix contra Galen.de principatu mēbroꝝ, Cō.i 3.đ partibus aīaliū, cap. de corde.vbi videre rationem sensatam de gtano ordei de qua gloriatur &c.

Rami palmę dactilorū pstant fęminæ calorē quo ꝑficit concoctio dactilorū, mas quoq; ficus est hmōi generis. Auer. sup.1.de gener.animalium propè fi.

Ramus debet esse de substātia radicis,qñ ramus & radix sunt eiusdem speciei. Commēta. in tertio libro de partibus animalium, in cap. de corde.

Rana ex piscibus foras sola ouum ꝑfectum parit.3. de genera. animalium,cap.3.& 4.

Ranæ generantur ex putrefactione aquæ. 12. meta. com. 18.in principio digressionis.

Raro euenientia parum admodū ꝓsideranda esse puto. Aristo.in 3.de natura aīalium. cap.15. consimile hr̄ in 2.physi. auscultationis. tex. com.56.

Raritas & densitas sunt causa in hoc quòd idem corpus quandoque minoratur, & quandoque fit maius, quarto physic. commento 79.

Raritas & densitas sunt contraria in quantitate, quarto physic. cōmen.84.

Rari-

Raritas,& densitas omniũ passionũ principiũ est,& graue,namq; & leue,& molle, & durũ,& calidum, & frigidum densitates vñr, & raritates esse quædam. 8.phy.tex.cõ.55. vide in concordantijs.

Raritas & dẽsitas quæ sunt in corporibus cœlestib⁹ equiuoce dicũtur cum illis, quæ inueniuntur in elementis 2.cœli.com.42.idem in 2.cap.de substan.orbis.

Rarum & densum sunt de situ, primo meta.com.15.

Rarũ & densum ℔m Aristo. sunt in p̃dicamento qualitatis, & nõ quantitatis,licèt antiqui oppositũ senserint. & ideo diffinitio illa, rarũ est cuius nõ sunt partes cõpactæ:densum vero cui⁹ partes sunt ꝓpactæ, sunt ex mente antiquorũ,tales descriptiones Auer.sententia in paraphrasi tertij de cœlo,sũma 3.parte 2.in contradictione 2.vide etiã 7. physi.com.15.vbi expresse dicit,ꝙ raritas & densitas sunt rerũ qualitates insequentes calidum & frigidũ, consimile.4.physic. commen. 84. & 85.

Raritatem,& densitatẽ ponere substantia impossibile est, & cum hoc ponere grauitatem, & leuitatẽ sub accidente.4.cęli.com.20.

Rarũ graue esse põt, vitrum.n.rarum est,& graue,sicut aliquod densum põt esse leue,vt nubes. 2.de generatione & corruptio.cõ.15.idẽ 3.cœli.com.10.vide etiam de hoc Themist.4.phy.super 85.

Raritas & densitas non sunt qualitates actiuæ consequẽtes calorem, & frigus.2.de generatione.com.15.

Raritas & dẽsitas sunt causa diaphaneitatis, & non diaphaneitatis, & dicuntur secundum prius & posterius in vtroque corpore.2. cap.de substantia orbis.

Rationes quę nõ ex propriis ducuntur principiis inanes sunt, & rerũ esse videntur cũ longe aberrent.ex 2.de generatione animalium,cap. 6.idem 1.de anima.tex.com.11.

Rationi fides adhibenda est si quæ demonstrant conueniunt cũ his q̃ sensu percipiuntur rebus. Arist.3. de generatione aĩal.ca.10.in fine. idem Com.8.phy.com.22.& 1.cęli.com.22. & 3 de anima.com.7.

Ratio aut est eorũ quę semper sunt, aut eorum quæ sunt frequenter.2. physi. tex.com.55.

Rationes probantes naturam agere propter aliquid nõ sunt naturales, quia naturam agere propter aliqd est manifestum per se.2.phy.com. 80. Ex quo patet nullum artificẽ specialem posse probare q̃ in scientia sunt per se nota.

Rationem quærere eorum quę dignius habemus, quàm si rõnis indigeremus, est hominis male iudicantis quid est melius, & peius, & credibile,& non credibile,& principium,& non principiũ.8.phy.tex. com.26.& consimile vide in 2.ph. tex.com.6.

Rationem quærere eorum quæ sensu patent, infirmitas quædã est intellectus.8.physi.tex. com.22. vbi Themistius inquit, perridiculum est,vbi sensus fidem facit rationem quęrere, quædam adeo imbecillitas retusioq; animi est,non statim perspicere quid desiderent, & quid non desiderent rationem: habent enim nonnulla quæ certiora illustrioraq; sunt, quàm rationem vllam expostulent.

Ratio falsa nullius est simpliciter ra

to 5.meta.tex.com.34.& est in cap.de falso.

Ratio quælibet est falsa alterius, q̃ cuius est vera,vt quæ circuli falsa trigoni.ibrdem.

Ratio cuiuslibet quæ est eius quod quid erat esse, est quidem, vt vna, est autem vt multæ.ibidem.

Rationis partes ita se habent ad partes rei,sicut ratio tota ad totam rẽ. 7.met.tex.com.33.

Rationale non diuiditur ab animatis.i.vegetabilib⁹,nisi per comprehensiones,& existimationes termi natas 4.met.com.17.

Rasis dixit se experientiæ multotiẽs vidisse pleureticos,qui fuerunt flobothomati ante pharmatiã mortuos fuisse. & vide causam.7.colliget. cap.1.

Receptio ẽ in corpore,& ideo omne quod est nudũ ab oĩ mã nihil recipit.ex disp.12.in sol.3.dubij.

Receptio est potentia ad rem,& potentia ad aliquam rem est de gñe illius rei.Com.5.phy.com.9.

Recipiens pura potentia est ſm virtutem apud Philosophos,& si forte esset actus,esset per accidens : & receptum est actus, & si esset potentia esset per accidens.ex disputatione 7.in sol.3.dubij.

Recipiẽs necessario ẽ corp⁹:receptio .n.inuenit᷑ in corpore vel in eo qd ẽ in corpore: accidẽtia.n.nõ denominantur à receptione,neq; superficies, neq; lineæ, neq; puncta.ibid.

Recipiens debet esse denudatum à natura recepti tã in receptione reali,q̃ in receptione spirituali.2.de anima cõ.67.& 3.de anima.cõ.4. vide in theorematibus. & ista propositio intelligitur à nã illius spẽi, nõ à natura sui gñis & maxime remoti,& maxime eius quod dictũ est ſm equocationẽ 3.de aĩa.cõ.4.

Recipere aliquid est aliud à iudicare illud.2.de aĩa.com.149. Inde patet error modernorum asserentiũ speciem in sensu nõ distingui realiter à sensatione.vide etiam cõtra istos lucidissimum Themist.3.de anima,ca.55.vbi dicit in simili, q᷒ Socratis phantasma non est idem, q᷒ notio Socratis. nam phantasma Socra. nihil aliud est nisi vestigiũ sensus, sed notio Socra. est animi actio & operatio in subito phantasmate, & sic à simili spẽs sensibilis est vestigiũ sensibilis in sensu, sed sensatio est operatio potentiæ sensitiuæ in subta specie sensibili,Nã de similibus idẽ est iudiciũ. idẽ tenet Them.in 1.lib.de memoria & reminiscentia.cap.11. vbi dicit q᷒ imaginatio nõ est ipsa spẽi impressio in viscere primario.i.in corde, ĩmo est actus & administratio eius virtutis cui imprimitur,& quæ habet vim concipiendi visa. idem tenet Alex.in paraphrasi de anima, in capitulo.de phantasia.

Recipiens formam & recipiens motũ in elementis sunt duo ſm ꝓparationẽ, sed sunt vnũ ſm subiectũ secus autem est in animalibus.4. cœli.com.25.

Rectum videtur summi in diffõne contrariorũ, qa recta linea est qua maxima distãtia mensurari solet. mẽsura aũt ẽ vnigenea mẽsurato, & iõ distãtia q̃ inter duo cõtraria ẽ maxima est recta necessario, & huius rõ est, quia talis linea recta est breuissima ĩter duo pũcta extrema ducta.1.cœli Cõmẽta.ĩ paraphrasi in summa 6.& habetur ab codẽ 1.cœli.commen.29.

Ro-

Recto & ipsum & obliquum cognoscimus, 1. de anima. tex. c. 85.
Reciproca sunt finita necessario. 2. met. tex. com. 7.
Redini quid sint & q̃bus noĩbus cõtingunt. vide 5. de nã aĩal. cap. 31.
Regressum dari in scĩa innuit Cõ. clare. 6. phy. com. 12. & 15. 8. ph. cõ. & text. 53. & 1. de aĩa. com. 11.
Relationis prędicamentum non hz actum innatum, sed absolutum, iõ momẽto acquirit, sed p̃dicamenta in q̃bus est motus vtrunq; actum retinent. Themist. 3. phy. 16.
Relatiuorum nã non est q̃ habeat mediũ inquantũ sunt relatiua, q̃a inquantũ relatiua sunt, nõ ẽ necesse, vt sint in vno gñe, quia stat vnũ eorũ esse in vno gñe, & aliud ĩ alio vt agens & passum, sed si in relone fuerit cõtrarietas, tũc medium põt inueniri nõ merito relonis, hz merito cõtrarietatis, vt mediũ q̃d est inter magnum & paruũ, & mediũ quod est inter surſum & deorsum. trac. 3. in paraphrasi Auer.
Relatio per se non acquirit per motum. 5. phy. tex. com. 10.
Relo sequit transmutationẽ. 5. ph. tex. com. 10. & 8. ph. text. c. 9.
Relatio accidit quantitati, & cęteris p̃dicamentis. 5. meta. com. 18.
Relatio est duobus modis, aut. n. est in suba vniuscuiusq; relatiui, aut ẽ in suba vnius tm & in altero propter illud. 5. metaph. cõm. 2.
Relatiua se inuicẽ diffiniunt, & nõ accidit inde malum. 9. met. cõ. 11. idẽ Porphyr. in cap. de specie.
Relatiuum est duobus modis, vcz. p se, & per aliud, quia, vcz, aliud refertur ad ipsum. 10. met. com. 21. & 5. meraph. tex. com. 20. vt de scibili & intellecto.
Relatiuis per se accidit cõtrarietas, sed non relatiuis per aliud 10. metaph. tex. com. 21.
Relatiua p se sunt in eodẽ gñe & habent mediũ, sed relatiua per aliud nõ sunt in eodẽ gñe, & ista est causa propter quam nõ hñt medium 10. meta. tex. com. 22.
Relatiuoz diffinitiones nõ sunt circulares, vt ex hoc sequatur idẽ assumi in suimet ratione. contra Auicennam in paraphrasi metaphysi. tract. 3.
Relo est cõis oĩbus prędicamentis. in paraphrasi met. tra. 1. cap. de relatione. idem 5. met. com. 18.
Relatio ẽ debilioris esse cęteris prędicamentis, ita q̃ quidam putauerunt, q̃ esset ex secũdis intellectis. 12. primę philosophiæ. cõ. 19.
Relationis prædicamẽtum quomodo distinguitur a reliquis, vt vbi, quando, agere, pati, situ, & habitu, vide differentiam pulchram ibid. tractatur eodem.
Relatio quandoq; est de primis intelligibilibus, & quandoque de secundis. ibid.
Relationis elementũ est relatio, sicut elementum substantię est substantia. 12. meta. tex. com. 19.
Relationes nõ inferũt pluralitatez in substantia relati. ex lib. destruc. disput. 5. authoritate Algazelis, & Cõm. sibi non contradicit in dubio vltimo, & solutione eius, & est authoritas Cõm. aperta de hoc in 3. cœli. cõ. 9. idem etiam est de negationibus, quia nõ inferũt pluralitatem in substantia negati, quia de vna re simplici plures negationes verificari possunt.
Relationis prædicamentũ cõsequitur res relatas per se, nõ per aliud

prædicamentum, vt pater, & filius, ibidem, & ideo ſubtiles appellauerũt iſtas relationes eẽ reſpectu intrinſecus aduenientes forteſſe'.

Relationis ꝑdicamẽtum eſt cãtum ab aĩa in ipſis entibus, & ſi nõ eẽt aĩa nõ eſſet relatio, ſi non eſſet aĩa nõ eſſet ꝓportio, ſiue cõparatio: & qñ in hmõi cõparatione concipiẽ neceſſe eſt vnum ſubiectorũ eius concipi per ꝓceptũ alterius ſubiecti cũ habeat exiſtentiã ꝑ illa duo ſubiecta: in paraphraſi me. trac. 3. vide ĩ ꝓtradictionib⁹ nuper editis.

Remota piſciculus quidã eſt ſaxis aſſutus, in cibos non admittendus, nomen à remorandis nauibus adeptus, vtilis ad iudicioꝫ cãs, & à mã venefica, vt aliqui volunt Ariſt. in 2. de natura aĩal. cap. de ſerpentibus, & eſt in cap. 14. Inde collige verũ eſſe dictũ Hermetis triſmegiſtri aſſerẽtis qꝫ ſi rerũ ꝓprietas nobis innoteſceret, facere poſſemus quicꝫd per magicas ꝓficitur artes, vt allegat etiam Alber. cognomento magnus in 2. mineraliũ, cap. 2. & Conciliator in dria qua quærit, vtrum piſcis inueniri poſſit: mirabile enim ĩ natura hoc eſt piſciculum nauim poſſe remorari.

Remiſſio non ſemper fit per admixtionem cõtrarij, vt Alexander aſſeruit in multis locis. 2. cęli. cõ. 15.

Remiſſius & intenſius candidũ temperatione cõtrariorũ permixtioneq; coaleſcit: in quo. n. pl⁹ eſt cã doris ĩ eo nigritię minus hẽ, & qđ parcius cãdidum ẽ amplius nigroris eſt particeps. Themiſt. 5. phyſi. ſup text. 19. & eſt ſnĩa Ariſt. ibid. Cõm. quicquid dixerit Burleus.

Remotum videtur moueri, cauſa ẽ, quia locus formæ rei non figitur apud diuerſitatem motus oculi, & ideo homo cum videt aliquid conſtringendo oculum ſubtus videbit illud in loco alio ĩ quo prius videbat illud, & ſimiliter etiã propter remotionem ſpatij. 2. cæli. cõm. 48. & habetur in textu.

Remotio in ſole nõ eſt cauſa diuerſificationis in ſole, quantum ad viſum, ſed cauſa eius eſt debilitas viſus, aut propter fortitudinẽ luminis ſolis. ex 2. cæli. com. 48.

Remotio duarum naturarum ab inuicẽ in ſubſtantia eſt ſicut remotio earũ in loco, vt in elemẽtis vilius eorum eſt terra, & nobilius eſt ignis, & nõ ſolum eſſnta ſuccedunt ſibi in hoc, verũ etiã, & corpora cæleſtia. vnde Ariſt. d. in lib. de aĩalibus, qꝫ luna eſt de natura terræ. 1. cæli. tex. com. 16.

Rememoratio fit in nobis p tres virtutes. ſ. imaginatiuam, cogitatiuã, & rememoratiuã: quarũ eſſe declarãdũ eſt ĩ lib. de ſen. & ſen. & iſtæ tres virtutes ĩ hoſe sũt ad repreſẽtãdi formã rei imaginatæ qñ ſenſus fuerit abſens. 3. de aĩa. cõ. 20.

Rememoratio eſt reuerſio in pñti intẽtionis cõprehenſæ in ꝓterito, inueſtigatio aũt iſtius intentionis per rememorationem eſt inquiſitio iſtius intẽtionis ꝑ voluntatẽ, & facere eã præſentari poſt abſentiã. & ideo viſum eſt, qꝫ inueſtigatio ꝑ rememorationẽ eſt ꝓpria hoſ: memoratio aũt eſt in omnibus aĩalibus imaginantibus, ex commento ſuper lib. de memoria & reminiſ.

Rememoratio differt à cõſeruatione, quia ꝓſeruatio eſt eius qđ ſemp fuit in aĩa poſtq̃ fuit cõprehẽſum: ſed rememoratio eſt ei⁹ quod fuit oblitum. & ideo rememoratio eſt conſer-

conseruatio abscissa, & conseruatio est memoratio ꝓtinua. Ista igitur virtus est vna ī subiecto & duæ secundum modum. si. n. comprehẽsio eius fuerit cõtinua dr̃ cõseruãs, si diuisa dr̃ rememoratiua. ex cõmẽto libri de memoria, in princ.

Rememoratio est cognitio eius q̃ fuit cognitum, postquam cognitio eius fuit abscissa. ibidem.

Rememoratiua virtus est de virtutibus animæ comprehendentibus intentiones indiuiduas particulares: vniuersalis enim natura quãtitatis, quam ītellectus comprehẽdit non comprehenditur à virtute rememoratiua ibidem.

Rememoratiuam virtutem in sua actione prȩcedunt duę virtutes sẽsus, v3, & imaginatio. ibid.

Rememoratiua virtus & imaginatiua sunt virtutes diuersæ, quia habent actiones diuersas. ibid.

Renes pinguedo magis ambit, q̃ reliqua viscera. & vide cãm in 3. de partibus animalium. cap. 9.

Ren dexter est minus pinguis sinistro. 3. de natura aĩal. cap. 17. & vide causam. 3. de part anim. cap. 9.

Renes in nullo aĩali squãmato, aut pennato, aut corticato inueniũtur excepta testudine. 3. de part. aĩal. cap. 9. vbi aduerte illud locũ habere de testitudine marina, & terrestri, vt dixit Arist. ibid. cap. 8. Sed fallit in testudine lutaria nuncupata: talis enim ob multitudinem tegminis & vesica, & renibus caret, sed marina & terrestris, & vesicam, & renes habent.

Renes hominis dum ęgritudinib⁹ infestantur difficilius curant q̃ in ęteris animalibus. & vide causam in 3. de partib. animal. cap. 9.

Renes aĩalia quęlibet hñtia habent renem dextrum supiorem rene sinistro: qa motus ĩcipit à parte dextra. & ideo oĩa membra q̃ sunt motus gratia, necessario vergunt ad sũ periorẽ partem: pars. n. dextra validior est sinistra: quapropter supercilium dextrũ magis attollitur, q̃ sinistrũ, & arcuatum magis q̃ sinistrũ habet. ex 3. de part. aĩal. cap. 9. Vide etiã Galen. in 5. de vtilitate partic. cap. 6. vbi assignat alias cãs, & ibi ẽt reddit causam quare renes nõ sunt in ęquali situ, & quare nõ est vnus sicut splen, & chistis fellis, & quare nõ fuit vnus magnus supplens vicem duorum.

Repletio quædã est quo ad vasa, & quędã quo ad virtutẽ. 4. coll. ca. 9. vbi dicitur, ꝙ quando sanguis peccat, sola quantitate dicitur repletio quo ad vasa, quando vero peccat qualitate dicit̃ repletio quo ad virtutem. & ibi vide causam.

Repetitio eiusdẽ in scientia fieri debet, vt difficultates appareant & euodentur. Themist. 3. phys. 15. & Arist. in prædicamentis, in cap. de ad aliquid.

Repetitio ī rebus arduis fieri debet: talia. n. (vt docet Arist. in prædicamentis, in cap. de ad aliquid iuxta finem.) nõ possunt perfecte declarari, nisi sępius ꝑtractata fuerint. ita ẽt scribit lucidissimus Themist. in 3. phy. in expõne tex. com. 15. vbi Arist. repetit motus diffinitionẽ sub aliis verbis, inqt. n. sed denuo illa eadẽ repetamus, non modo iterum, sed ter & quater, & si libuerit etiã sępius, vt difficultates illas saltẽ frequẽti tractatu facile assequamur. Nota tñ ꝙ repetitio in scientiis quandoq; fit ad rememo-

randū, vt melius imprimant, quæ docētur in artibus, ſicut dicūt expoſitores in lib. priorū. vbi Ariſt. cōſueuit multotiēs facere epilogū, & hoc etiam cōtingit in ſcientijs demonſtratiuis. dicit enim Cōm. 5. phy. com. 5. Mos eſt in ſermonib⁹ demonſtratiuis innuere ſummam etiam. Quādoq; repetitio fit ī diuerſis ſciētijs ſm diuerſos modos, patet quādo in metaphyſica repetuntur demōſtrationes adductę in ſciētia nāli, ſed altiori mō, nā hoc obſeruat Ariſt. Cōm. 2. met. cō. 6.

Res & ens differunt, quia qñq; dicit̄ res de oī eo de quo dr̄ ens, & quandoq; dr̄ de cōiori. ſ. de omni re cōcepta in anima, ſiue extra aīam ſit, ſiue non, vt hircoceruus, chimera, ita ꝙ nomen rei transfert̄ ad falſas propōnes qđ non facit nomen entis. ex paraphraſi Auer. cap. de re.

Res poſteriores ex quib. non ſequitur de neceſſitate eē aliquod prius, non poſsūt ſummi, vt ratio ſiue ſignum ad probandum eſt prioris. Auerr. in primo de gñatione animalium, ca. primo, vbi ponitur in probatio antiquorum de ſemine. Ex quo patet demonſtrationē ſigni eſſe ex conuertibilibus &c.

Res multę ſunt in ꝙplexionibus ſui calidiores quas in ꝙparatione humani corporis inuenimus frigidiores, & multæ ſunt in ſuis ꝙplexionibus frigidiores, q̄ dū comparant̄ corpori noſtro ſunt calidiores, vt vinū vetus, & muſtū. 5. coll. c. 24.

Rerū quędam ſunt in actu, & quædā habent potētiam admixtā cum actu. 3. ph. tex. c. 3. & tex. c. 57.

Rerum quarū ſubſtantię ſunt ſimiles contrarijs hñt ſubſtantias contrarias aliquo mō. 4. phy. com. 5.

Res nāles non ſunt extra ordinem niſi raro ſint extra ordinēcāliter. 8. phyſi. com. 15. & 2. phy. tex. c. 82.

Res nobiliſſima ꝓpriam ſuam pfectionē poſſidere ſolet abſq; actione vlla & opere, quod vriq; peculiare vī eſſe attributum primę cauſę. Auer. in paraphraſi ſecundi de cœlo ſumma 3. q̄ſito 5. Ex quo videt̄ ꝙ Deus glorioſus non mouet aliquē orbem ſm Auerr. vide in concordantijs.

Res diuerſę ſm formā, aūt sūt ꝓpoſitæ ex vna mā, vt corpa ſimplicia, aut ex diuerſis materijs vt corpora cōpoſita ex eſſntis. 5. cæli. com. 41.

Res ſunt tribus modis, quædam sēper ſunt, quędam vero nunquam ſunt, quædam vero quādoq; ſunt, & quandoq; non. 2. de generatione. tex. com. 51.

Res quæ non intelligūtur niſi p ſimilitudinem ad alterum notificari poſſunt per genera rethorica. 3. de anima, com. 6. & 14. & primo phy. com. 81. & 4. phy. com. 81. & 2. de anima, com. 149.

Res naturales ſunt manifeſtiores, q̄ natura. 2. phy. com. 1. & 3.

Res quarum differētiæ ſunt eadem, ipſæ ſunt eædem in illo modo, ſm quem habent eaſdem differentias 3. de anima. com. 38.

Rex factæ quædā ſunt indiuidua ſubſtantiarū, & quædam ſunt indiuidua accidentium. ex com. libri de diuinatione ſecūdum quietem.

Res sēſibilis habet duas formas ſpiritualem & corporalem, & eſt forma rei ſenſibilis, ſed ſpiritualis eſt forma ſimilis ex commen. libri de diuinatione.

Res quæ ſunt ꝓ apparentiā, ſunt determinatæ ſicut res nāles. 1. metheoro-

theororũ.cap.2.de cometis Cõm.

Res quæ generantur ex quatuor elementis differunt ab elntis, & differunt etiã maxime inter se ĩ quiddtate & diffinitione. ver.g.caro ab osse. 1.meta. com.12.idẽ 1.de anima.77.cõ.& 1. de generatione, & corruptione tex c.84.& 2. de gñatione & corrupttone. tex.cõ.48.

Resistentia necessario est inter motorem,& rem motam, siue motio sit naturalis, siue ĩnaturalis.& ista resistentia communis est secundũ ꝙ alterum est agens, & alterũ est patiens.7.phys.com.35.

Resistentia in motu, aut est ex medio,aut ex mobili, aut ex vtroque. 4.phy.com.71.

Respectuum numerus,qui demonstrant̃ per habere, sunt ẽm numerũ respectuũ, qui demonstrantur per hanc ꝓpositionem,in, sed hæc ꝓpositio, in, dignius dicit̃ de respectu contenti ad ꝙtinens, & recepti ad recipiẽs, sed hoc verbũ, hĩe, dignius dicit̃ de respectu continentis ad contentũ. Cõmen.5.met.c.28.

Respectus verus ẽ particulariter,qa vniuersalia non habent esse extra aĩam 12. primæ philosophiæ.co. 27. idem ibidem. com.4.& 21.& 14. primo de anima.com.8.

Responsio quę datur interrogationibus quæ dñr ꝙuinoce debet dari cũ distinctione.7.met.com.36. & est tex. Philosophi in primo cęli & mundi in tex.com.110.vbi dicit̃ multipliciter.n.dictis,& si nulla differentia sit ad sermonem,necesse est intellectum cõfusum habere si qs diuiso multiplr tãquam indiuiso vtat̃, manifestum.n. ẽm quã nãm ipsi accidit quod dictum est.idem primo elench.idẽ 4.phy. com.24.qui.n.qõnem multiplicẽ, vt vnam interrogat, aut male interrogat, aut captiose ĩterrogat,vt testatur Seuerinus Boetius ĩ libro de interpretatione.

Rethoricæ rõnes & fides ex illis generata non sunt ꝓpter res ĩ se,sed pp aĩam humanam.2.cœli.cõ.34.

Rethoricus sermo est necessarius in istis reb⁹,q̃ sunt difficiles 3.de aĩa. com.14. idem.1.physi.com.81.& 4.physic.com.84.

Reubarbarum (vt dicit Gal.& medici) stringit ventrẽ. Sed nos videm⁹ ꝙ purgat,& ẽ mirabilior aliis medicinis purgatiuis,quia frenũ eius est cum eo, quoniam nulla medicina purgatiuaru est sine veneno in aliqua parte sui ista excepta: & ideo quia ꝓtortat oĩa membra corporis dando ipsum pro purgatiuo, possumus refrenare ꝑ ipsum medicinas. Auer.5.coll.cap.42.vbi loqtur de Raued.i.de Reubarbaro, & est cautela in actu practico,ne medicinæ solutiuæ effrenitent, vt administrentur vna cum reubarbaro, quod diligentes & sapiẽtes me dici obseruant.

Reuolutiones motus ꝑteriti tps priuatę à Philosophis reputantur. Ex lib.destr disp. in sol.6.dubij.

Ros est pluuia subtilis descendẽs in nocte.1.metheor.cap.4.

Ros in cacumine montium altiorũ non descendit. ibidem.

Rotundo nihil est contrarium.primo phy.com.41.consimile 1.cœli.tex. com.24.& 32.

Rotunda quęlibet sunt conuenientia in specie 1.cęli.com.32.

Rotunditas vera non reperit̃ in materia generabili, sed in mã corporũ cęlestium tm̃.2.cęli.tex.cõ.22.

Rubedo declinans ad nigredinē significat ſanguinis dominium, rubedo aũt quę declinat ad igneitatem ſignificat ſup coleram. 4. Colli. cap. 22.

Rutę herbæ odor ſerpentibus maxime moleſtus eſt. 9. d̄ nā aīal. ca. 6.

De litera S.

Saliua à nā inſtituta eſt in ore hominis & branchi ad congregandū humiditatē,, vt ea mediāte guſtent ſicca. 2. de aīa. com. 102. idē 2. Coll. cap. de iuuamento linguæ, vbi dicit, q̄ iuuamentum huius ſaliuæ eſt, vt faciat manifeſtare guſtum rerum ſaporem habentiū.

Sanitatis forā eſt in ꝓportione quatuor qualitatū primarum. 2. d̄ aīa cō. 143. & habetur in 7. phyſi. tex. c. 17. nō intelligitur q̄ ſanitas eſſentialr̄ ſit tēperamētū, qa tūc formaliter eēt reſo, & cū reſo non ſit ex principiis actiuis, tūc igit̄ ſanitas nō eēt principium ꝓductiuum opationes ſanę, ſ̄ intelligitur prę executiue & reſultatiue: ſanitas. n. in cōplexione eſt bona diſpō reſultās ex qualitatib⁹ primis ꝓportionatis, & ſi variat̄, aut deſtruit̄ illa ꝓportio, variat̄ vl̄ deſtruit̄ ſanitas.

Sanitatis forma q̄ eſt in anima medici non eſt in materia, ſicut ē forma ſanitatis in corpore, quia ſi ita eſſet, tunc faceret ſanitatis actiones, & ita medicus eſſet ſanus, 12. primæ philoſophiæ. com. 23.

anitas dicitur duobus modis. dicit̄ Senim de forma quæ eſt in anima, & de habitu, qui eſt in corpore, & ambo ſunt idem, ſed ſanitas ſecundo modo inuenitur ab ea quæ eſt ſm primum modum. 7. me. com. 23. vide in concordantijs.

Sanitates exiſtimatū ē tot numero eē, quot ſunt ægritudines. 3. cęli. com. 18. idem 5. phyſi. cō. 57. & 3. colliget. cap. 1.

Sanitatis tempus maius eſt tempore ægritudinis. 3. cœli. com. 24. & eli cit̄ ex tex. ibid. & idem inuenies 2. cœli. t. c. 38.

Sanitas eſt diſpoſitio proueniēs ex compoſitione membrorum & humorum. 5. metaph. cō. 25. idem 7. phyſicorum. 17.

Sanitas vna forte habet plures ſanitates ſub ſe oppoſitas ęgritudinib⁹ pluribus quę non hñt nomina. 5. ph. cō. 57. & 3. colliget. ca. 1. & 3. cęli. com. 18.

Sanitas eſt diſpoſitio bona in membro cum qua ipſum operatur operationem quā hz agere per ſui naturam, aut patitur paſſionem quā habet pati. 2. colliget. cap. 1. Nota de mente Auer. 15. ibidē, in ca. de complexionibus membrorum cō ſimilium, q̄ tot ſunt ſpecies ſanitatis, quot ſunt complexiones conſimilium, & quia complexiones ſecundum medicos ſunt nouem, ſcilicet vna temperata, & octo diſtemperatæ, ita etiam ſpecies ſanitatis ſunt nouem. & hoc de ſanitate conſimilium intelligendum eſt in via eius &c.

Sanitas eſt ad aliqd cū ſit calidoruz & frigidoz ad inuicem commēſuratio quædam. 7. ph. text. com. 17.

Sanguis carēs fibris, aut fibris detractis inſpiſſari non pōt, & ideo ſanguis cerui, & aliorum quorundam fibris caret. in tertio de natura animalium. cap. 6.

Sanguis in habentibus ſanguinem eſt vltimum nutrimentum, in carentib⁹ vero ſanguine id quod eſt

pro-

proportionale sanguini, ex libro de somno & vigilia.

Sanguis & genitura communia terræ, aquæ, & aeris. 4. Metheororũ tex. com. 52.

Sanguis in iecinore nã sanguinis tingit, à iecinore influit & subdit ad cor, in corde viuit & conficitur pleniſſime inibiq; in sanguinẽ pfecte conuertitur. Them. in com. super libro de somno & vigi. capi. 13. & habetur in text. vbi dr. sanguinis enim oĩs principium sicut diximus hic & in alijs est cor.

Sanguis est materia caloris naturalis 5. Coll'. cap. 3.

Sanguis quando supercalescit in naturam coleræ declinat. 4. Collige. capitulo 31.

Sanguine non nutriũtur membra niſi postquam est dealbatus & eis assimilatus,& ideo hypostasis alba est laudabilis. 4. Coll'. cap. 24.

Sãguis crassior & calidior ad robur corporis confert, sanguis vero tenuis & frigidior ꝓfert ingenio. ex 2. de partibus aĩalium ca. 3. & 18.

Sanguis non est calidus vt aqua fer uens. ex 2. de partibus animalium cap. 2. & 3. vbi dr ꝙ quodammodo est ꝑ se calidus,& quodammõ nõ. vbi Auer. in cõmento in capitulo de carne dicit, ꝙ loquendo de caliditate extranea vt est calor febrilis, sic non est calidus per se,quia talis calor non assumitur in rõne eius, sed calor naturalis.

Sanguis in animalibus sanguineis est vltimũ alimentũ. ex 2. de partibus aĩalium. cap. 3.

Sanguinis calidioris agitatio ſensum infringit,& officiũ eiꝰ interci pit. in 2. de partibus animalium. cap. 10.

Sanguis qui est in venis nõ pulsantibus est sicut materia sanguinis q̃ est in arterijs, 2. Coll'. cap. 8. de iuamentis membrorum consimilium. & ibi vide fm Aristot. ꝙ nutrimentum corporis est ex duobꝰ sanguinibus. idem etiam hꝫ in 3. de partibus animalium in cap. de corde.

Sanguis malus(vt dicit Aris.)discurrit à naso ab ano. 3. Colliget. cap. 20. idem 4. Coll'. cap. 10.

Sãguis ex ætate mutatur, & multas habet differentias. 3. de nã animalium, cap. 19.

Sanguis asini & tauri crassissimus & nigerrimus. ibid.

Sanguis minimum hꝫ tactum, seu sensum, sicut cerebrũ, & medulla. 3. de nã aĩalium. cap. 19.

Sanguis qui optimo constat habitu nec nimis crasꝰ, nec nimis tenuis est. ibidem.

Sanguineũ sudorẽ aliqui emiserunt ibidem.

Sanguis ceruarum & damarum caret fibris & spiflari non põt. ex 2. de partibus aĩalium. cap. 4. & 3. de natura animaliũ. ca. 19.

Sanguinis in aliquibus animalibꝰ non frigiditas, sed munditia & tenuitas efficit, vt prudentiora sint. ibidem cap. 4.

Sanguis taurorum citissime omniũ coit, atq; durescit, quia fibris refertior est, ꝙ si fibras detraxeris, sanguis non cogetur. ibidem. & 3. de nã aĩalium. cap. 19.

Sanguinis natura est causa maximę diuersitatis in moribus & in his q̃ per sensum aĩalibus eueniunt. ex 2. de partibus aĩalium. cap. 4.

Sanguis in habentibus sanguinem est vltimum nutrimentum, in caren-

rentibus autem ſanguine qđ proportionale. ex 2. de partibus. cap. 3. & 4. 2. de generatione animaliũ. cap. 4.

Sanguis in nullo membro extra venam reperitur, niſi ĩ ſolo corde. 3. de partibus animalium. cap. 3. & Auerroes ibidem in cap. de corde. & 3. de nã animalium. cap. 19.

Sanguis nulla pars animalium eſt. ex libro de partibus animalium. 2. capitulo 10.

Sanguis qui capiti demandatur eſt tenuiſſimus & puriſſimus, q̃ vero partibus inferioribꝰ eſt craſſius. ex lib. de ſomno & vigilia. in fine.

Sanguis à iecinore incoctus & indigeſtus tranſmittitur ad cor. ſupra.

Sanguinis puri à turbido diſcriminatione facta in corde, expergiſcitur animal. ibidem.

Sanies eſt ſanguis incoctus 3. de nã animalium, cap. 19. conſidera propter medicos.

Sapientẽ oportet oĩa ſcire vt cõtingit. ex ꝓhemio metaphyſicæ.

Sapientẽ dicimus difficilia cognoſcere potentem, nec leuia huiuſmodi. ibid.

Sapientem ordinare & non ordinari oportet ab altero. ibid.

Sapientes non potuerunt loq̃ de aliquo entium tam in naturalibus q̃ in diuinis, niſi aſſummẽdo authoritates à nã quorundã entium cõparabilium ad ipſum propoſitum quo ad eius fieri potuit. ex 1. diſputatione. lib. deſtruct. in ſolutione primi dubij.

Sapor dulcis ſignificat cõplexionẽ calidam, ſed calor ipſius eſt temperatus æqualiter ſm Galenum comparatione corporis humani. 5. colleg. cap. 27. & ibi vide diffuſè de omnibus ſpeciebus corporum.

Sapores extremi ſunt dulcis, & amarus ꝑ Gal. 2. de anima. com. 105.

Sapor amarus poteſt eſſe à frigiditate, nedum à caliditate. ibid.

Sapor magis ſequitur humiditatẽ & ſiccitatem, q̃ caliditatem aut frigiditatem. 2. de aĩa. com. 105.

Sapor acutus prouenit ex forti ſiccitate, & ex modico calore. 5. Colliget. ca. 42. qñ loquitur de achal. i. de aceto.

Sapores (vt inquit Plato) in corporibus non animatis hũt actiones diuerſas ſuperadditas calefactioni & infrigidationi. v. g. exaſperare qđ eſt pontici, & lentificare quod eſt vnctuoſi. 2. de anima. cõ. 126.

Sapor declinat ad caliditatem & humiditatem. 3. Coll. 34. & ibi ponitur cauſa.

Sapor & odor non ſunt in elemento. ibidem.

Saporum elementa ſunt ſapor dulcis & amarus, ibidem.

Sapores medij fiunt ex dulci & amaro, ſicut colores medij fiũt ex albo & nigro. Cõ. 1. li. đ ſenſu & ſenſa.

Sapores multi in eodem mixto eſſe poſſunt, paret de Agarico, qui habet ſaporem dulcem, amarum, & acutum authoritate Auerr. in 15. Coll. cap. 42. quia componitur ex diuerſis partibus.

Sapores alij ita ex dulci & amaro fiunt quemadmodum colores ab albi & nigri commixtione ſunt ex lib. de ſenſu & ſen.

Saporum & colorum ſpecies ferè ęquales ſunt, ſeptem enim amborũ ſpecies. ibidem.

Sapor eſt vnum tangibilium & eſt vt delectamentũ horum. 2. de anima. tex. com. 28.

Scien-

Scientia nulla potest demonstrare sua principia demonstratione propter qd, sed tñ bene demonstratione signi, loqnēdo de principijs subiecti. 12. metaph. com. 5. & 2. ph. com. 22. & 26.

Scientiarum duarū communicatio in consideratione principiorū substantiæ. s. scientiæ diuinæ & naturalis, qñō est intelligenda. vide 12. metaphy. com. 5. versus dimidium com. ibi & dicemus nos ꝙ Philosophus inquirit principia substātię.

Scientia operantis aliquid ex luto magis debet admirari q̄ sciētia operantis idem ex auro. 12. meta. com. 18. authoritate Themistij, & est in prima parte digressionis. & ratio est vt mihi datur cernere, quia ibi magis relucet splendor & vigor artis. vnde Galenus in 3. de vtilitate parti. in simili, capit. 10. prope finem inquit, ꝙ idiotam sapere facit pulchritudo māæ, artificem vero pulchritudo artis.

Scientia nulla de ente per accidens negotiatur. 11. primę philosophiæ ca. 10. iuxta principium. & 6. metaph. tex. com. 4.

Scīa aut est semper entis, aut ī plus, 11. metaph. cap. 7. & 1. posteriorū, & 6. meta. tex. com. 4.

Scire rem mutabilem non est scire, sed existimare. 9. metaph. tex. com. 21. & 1. posteriorum. & in 6. ethicorum cap. 4.

Sciētia nobilior est generis nobilioris. 9. meta. com. 22. & bene Com. elicit hoc ex te. sicut poteris videř.

Scire ea quæ sunt in actu est nobiliꝰ q̄ scire ea, quæ sunt in potentia. 9. meta. tex. com. vlt.

Scientiam mensuram rerū dicimus & sensum. 10. meta. tex. com. 5.

Scīa de aīalibus duplici via tradita ē ab Arist. p modū historiæ in lib. de historia aīaliū, & per rōnes & cās, vt ī libris đ partibꝰ & đ gñone aīamalium, & in lib. de motibus animaliū, & sōno, & silib. Et eodē pacto de stirpib. atq; plantis duplici via rōne disseruit simplicius ī ꝓlogo phy. & ē snīa ēt Io. Grāmatici ī principio libri de gñone aīalium, & est sententia etiā Auerrois in principio libri metheororum.

Scīa ē necessariorꝝ, ſz opīo est ꝓtingētis aľr se habere. 7. met. t. c. 53.

Scire qdditates substaꝝ est magis difficile q̄ scire accītium cās, & causa in hoc ē simplas substātiꝝ & cōpositio q̄ ē in accītibus. 7. met. cō. 59. Inde colligiť ꝙ q̄stiōes sīplices sūt magis difficiles q̄ qōes ꝓpositę.

Scīa rerū non hī nisi p suas qdditates, & iō si qdditates rerū eēnt alię à rebus hūtibus quidditates, tunc nō possent sciri. 7. meta. tex. c. 20.

Scīæ oēs lz sint nobiles, scīa tñ de Deo ē nobilior oībꝰ, quia subiectū eius est nobilius omnibus subiectis. 6. meta. tex. com. 2.

Scientia secatur quemadmodum & res. 3. de anima, tex. c. 38. intelligitur quo ad diuisionem quæ fit ex potentiam & actum, sicut habeť ibi. sicut est de sensu cū sensili, qa sensus in actu refertur ad sensile in actu, & sensus in potētia refertur ad sensile in potētia, sic etiā de scīa: dicitur enim in 2. phy. tex. com. 38. causæ in potētia sunt effectū in potentia, & cā operantes sunt effectū in actu. Et ex hoc patet (vt dixi in contractionibus) ꝙ dictum Aristote. in prædicamentis, vbi dicit ꝙ scientia non referť ad scibile, intelligitur ad scibile

in

in actu, non ad scibile in potẽtia, & q̃ illa opinio est contra viã antiquorum, & est ad hominẽ, vide ibi diffuse, non ĩrelligitur etiã prę sens ꝓpositio q̃ scientiæ diuersæ debent esse de diuersis obiectis materialiter sumptis, quia 2. phy. tex. cõ. 18. eædem sunt lineæ naturales & mathematicę. Nec intelligit q̃ scientiæ debent diuidi ſm diuersitatem naturarum in gradu essendi vario ſm perfectum & imperfectum, quia, vt habetur 2. phy. t.c. 71. scĩa de corpibus corruptibilib⁹ & æternis est eadẽ, vꝫ, scientia naturalis. sensus igitur propositionis ille est quem diximus, tñ conueniẽter glosari põt q̃ scĩæ distinguũt ex obiectis formalr distinctis: nã obiecta quæ non cadunt sub vna cõi formali ratione vel vniuoce, vel saltem analogice dicta, talia pertinent ad scientias diuersas, sic corruptibilia corpora & æterna pertinent ad naturalem scientiam, qa natura est ratio analogice dicta de vtrisq;, vt patet 2. phy. com. 3. & 5. meta. com. 5. & 1. cæli. com. 5.

Scientia diuina ſm ordinẽ addiscendi est post scientias naturales. 6. met. com. 3. idem 7. met. com. 39.

Scientia nulla est de ente per accĩs 6. meta. tex. com. 4. & tex. com. 6.

Sciẽtia diuina diuidit ĩ tres partes, prima est de diuisione entis in substantiam & accidens. 2. est de diuisione entis per potentiam & actũ. 3. est de diuisione entis in vnum & multa. Auer. sententia in prologo super 7. primæ philosophiæ.

Scire tũc maxime putamus vnumquodq; quando quid est cognoscimus, magis q̃ cum quale aut quãtum. 7. meta. tex. com. 4. idem 3. meta. tex. com. 1. vbi dicitur: multis quidem modis idem scientibus magis quidem scire dicimus eum qui nouit in ipso esse quid sit res q̃ in non esse, & horum eorundem alium alio magis, sed maxime qd est, & non quantum, aut quale, aut quid facere, aut pati aptũ natũ est.

Scientiarũ factiuarum est in faciente principium, aut intellectus, aut ars, aut potentia quædam: actiuoꝝ autem in agente proherefim. 6. metaphy. tex. com. 1.

Scientia quælibet aut actiua, aut factiua, aut theorica est. 6. metaph. tex. com. 1.

Scientia cogitatiua apud Arabes sumitur pro speculatiua. vide 6. met. com. 1. & 9. com. vltimo. & 3. de anima. com. 1.

Scientiarum quædam considerant de causis respectu alicuius, & quædam de causis simpliciter. 6. meta. com. 1.

Scientiæ diuersantur in certitudine ſm diuersitatem naturæ subiectæ, 1. de anima, tex. com. 1. & 6. me. cõ. 1. & 2. me. 16. 3. de anima. 35. & 1. posteriorũ. in illo ca. Certior autem scientia altera, altera &c.

Scientia naturalis est circa substantiam quæ ſm rationem vt ſm magis non separabilem solum. 6. metaphy. tex. com. 1. vbi Cõmentator ponderat ly, ſm magis, ꝓpter intellectum: vbi non possum illorũ nõ demirari p:udentiam, qui ita audacter proferũt omnem formam & omnem animam, aut animæ partem esse, à materia inseparabilem ex mente Aristo. quum tñ vbique locorum Arist. perscueret se ab intellectu, sicut patet in p̃senti loco & 12. primæ philosophiæ tex. cõ.

16. vbi ponit dr̃iam inter cauſas formales, & mouẽtes, ex hoc, ꝙ cauſę agentes & mouentes ſunt priores : cauſæ autem formales ſunt ſimul, in tex. 17. ſubdit. ſi autem aliquid manet poſterius perſcrutandum eſt: in quibuſdam enim nihil prohibet, vt ſi anima eſt tale non omnis ſed intellectus, omne nãq; impoſſibile forſan. & in 2. de anima. tex. cõ. 21. de intellectu, inqt, & ꝓſpectiua potẽtia, alia ratio eſt, hoc enim ſolum videtur contingere ſeparari ſicut perpetuum à corruptibili.

Scientiã honorabiliſſimam oportet circa honorabiliſſimum genus eſſe. 6. metaphy. tex. com. 2. idem 1. de anima, tex. com. 1.

Sciẽtia non eſt genus medicinæ ſm rei veritatem, niſi ſcientia diceret ad ſcientem, & medicina ad medicum: tunc enim ſciẽtia eſſet genus medicinæ & ſciens genus medici. Commen. 5. meta. com. 20.

Scientię omnes circa vnum quid & genus determinatũ circũſcriptę de hoc tractant, ſed non de ente ſimpliciter, neque inquantum ens. 6. metaphy. tex. com. 1.

Scientia phyſica circa talem ſubſtãtiam eſt in qua eſt principium motus & ſtatus i ea. 6. meta. t. com. 1.

Ex quo patet corpus mobile aut naturale eſſe ſubiectũ ſcientiæ naturalis. vnde ibidem parum infra dicit phyſicam ſcientiam theoricam eſſe circa tale ens, quod eſt poſſibile moueri.

Scire deſtruentes ſunt impugnandi à diuino. 4. meta. com. 1. & 3. cęli. commen. 4.

Scientię mathematicæ ſunt de magnitudinibus & numeris & de accidentibus eſſentialibus eorum, & ſcientia naturalis eſt de ente mobili & de accidentibus eſſentialibus eidem ſecundum quod eſt mobile. 4. metaphy. com. 1.

Scientia diuina eſt de ente inquantum ens, & de accidentibus eſſentialibus entis inquantum ens. 4. meraphy. tex. com. 1. contra negãtes entis inquantum ens eſſe veras paſſiones demonſtrabiles. vide philoſophũ ibidẽ tex. cõ. 4. expreſſe.

Sciẽtia ꝑprie vbiq; primi eſt, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. 4. meta. tex. com. 2.

Sciẽtia quęlibet vna & ſenſus vnus vnius eſt generis. 4. meta. tex. cõ. 2. & 1. poſteriorum.

Scientiam vnam habentia non ſolum ſunt illa quorum ſubiectum eſt vnum genere aut ſpecie vniuoce dictum, verum etiam quorum eſſe attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni ſubiecto. 4. metaph. tex. commen. 2.

Scientia diuina ꝓſiderat diſpoſitionem entium, quæ attribuũtur vni fini, & vni complemẽto: hoc enim eſt quęſitum in illa ſciẽtia. 4. met. com. 2. eandem ſententiam habet Commẽ. ibidem com. 1. vbi dicit, ꝙ prima philoſophia cõſiderat de nobiliſſima cauſarum. ſ. de primo fine & de prima forma. idẽ 3. meta. com. 3. & 12. met. com. 6.

Scientiam diuinam opinantes non eſſe neceſſariam cõſequitur vt nullũ ens ſciant in rei veritate. 4 metaphy. com. 5. qnod intellige ſimpliciter. nam aliquis in ſciẽtiis particularibus poteſt eſſe ſciens in genere, ſed ſimpliciter ſciens nullus eſſe poteſt ſine ſciẽtia diuina: principia enim ſcientiarum aliarum

ſunt

sunt per se nota ex ꝓfusa terminorum notitia,& ex metaphysi. sunt scita.

Scientia sophistica videtur esse sciẽtia, sed non est sic. 4. metaphysi. tex. commen. 5.

Scientiæ disputatiuæ cõmunicant in vniuersalitate considerationis: subiectũ. n. vtriusq; sciẽtię est ens simpliciter. 5. meta.& dialectice. 3. meta. com. primo. idem ibidẽ cõ, 2.& 4. meta. tex. com. 5.

Scire magis dicimus illum q̃ nouit quid res est, quàm quid non est, 3. meta. tex. com. 3.

Vnum opponitur multitudini, & quot modis dicitur vnum, tot modis dicitur multitudo. 5. metaphy. tex. com. 12.
Vnũ aliud per ſe, aliud per accidens. 5. meta. com. 13.
Vnum numero non habet diffinitionem, ſed cognoſcitur ſenſu. 7. metaphy. tex. com. 39. vide in concordantijs.
Vnitas hominis ſi eadem eſſet cum vnitate equi, forma hominis & forma equi eſſet eadẽ. 7. met. t. c. 38.
Vnitas in rebus nõ eſt quia omnia ſint in vno; ſi enim omnia eſſent vnum, quia continẽtur in vno, totus mundus eſſet vnum eſſentialiter, quia omnia ſunt in cęlo, quod eſt vnum. 7. meta. com. 42. & elicitur ex textu, vbi dicitur, ꝙ partes diffinitionis, quę ſunt plures, non ſignificãt vnum, quia ſunt in vno.
Vnum ſm diffinitionem infert vnitatẽ materialem, quia omnia, quæ ſunt vnum ſm diffinitionez, ſunt vnum numero, quia diffinitio eſt ſermo vnus qui ſignificat vnam nãm, ſeu ſubſtãtiã. 7. met. te. c. 42.
Vna ſm diffinitionem ſunt vnum ſpecie. 7. meta. com. 45. vide in cõcordantijs.
Vnum quod eſt principium numeri ſignificat rẽ, quæ eſt extra eſſentiam & vniuerſaliter accidens qđ conſequitur rem in imaginatione. vide diligenter in paraphraſi. tractatu primo. cap. de vno, in metaphyſica contra Auic. vide etiam tract. 2 ibidem.
Vnum numero non prædicatur de pluribus. 7. meta. tex. com. 55.
Vnum & ens non contingit ſubſtãtias rerũ eſſe, ſicut neq; elemento, aut principio eſſe. 7. meta. t. c. 57.
Vnum apud multa ſimul non erit, quod autẽ commune ſimul apud multa exiſtit. 7. meta. com. & tex. 57. Vnde elicitur ratio ardua contra vnitatem intellectus perfidi Auerrois. Ariſto. enim arguit contra ydeas Platonis, & eſt valde difficile euadere ab huiuſmodi ratione, & qui tenent in via eius animã intellectiuam, & formam dantem eſſe formaliter homini, nullo pacto habent aliquam apparentẽ reſponſionem ad hoc, ſicut patet intelligenti.
Vnum numero in quantitate eſt illud, quod ſm intellectum eſt indiuiſibile quantitate, & qualitate, & poſitione. trac. 3. metaph.
Vnum dicitur ſicut ens. 7. meta. tex. com. 57.
Vnitas in compoſitis ex materia & forma eſt per ſuas formas, ſed res carentes materia non habent aliã cauſam à ſeipſis, in hoc ꝙ ſunt ens vnum. 8. meta. tex. com. vlt.
Vnum licèt multis modis dicatur, capitales tamen modi ſunt quatuor. 16. meta. tex. com. 1.
Vni eſſe indiuiſibili eſt eſſe. 10. me. tex.

tex.cō.1.& 3.phy.tex.cō.68.vnū est indiuisibile vere,cū vere vnum sit,vt vnus homo.
Vno aut numero cognoscitur quātitas in eo quod quātitas.10.met. tex.com.2.
Vnum primum est metrum & mēsura in vnoquoq; genere.ibidem.
Vnum non est numerus,sed principium numeri.10.met.tex.com.2.
Vnum est indiuisibile, aut simpliciter,aut inquantum vnū. 10.metaphy.tex.com.5.
Vnitatis essentia simpliciter & prīcipaliter est ī vno quod est in quātitate,deinde in qualitate. 10.metaphy.tex.com.5.
Vnitatis neglecta distīctio fuit causa erroris illorum,qui opinati sūt ꝙ vnum,quod est in quantitate discreta,est substātia,& qđ est principium entiū, & quod propter hoc numeri sunt substātię: & ista etiā fuit causa erroris Auicennę,opinātis ꝙ vnū,quod est principiū numerorum est genus decē prædicamentorum,ita ꝙ est accidens commune eis.10.metaph.com.5.& 8. 4.metaph.com.3.
Vnum ſm Pythagoricos & Plato. est substantia quędā. 10.met.tex. com.6.vt Commenta.dicit ꝙ posuerunt vnum esse substantiā aliā separatā à sensibili parte existētē.
Vnꝰ homo nō ꝑdicat alteꝝ ab hoīe aliquid.10.meta.tex.c.8.
Vni esse quod vnicuiq; esse. ibidē.
Vnū & ens sunt synonima Cō.10. meta.cō.8.nā ꝑdicamēta equaliter diuidunt ſm ea, & habet in tex.
Vnum & ens significant accidens ī rebus ſm Auic.cuius impugnationē vide 10.met.c.8. & 4.met.c.3.
Vnum opponit pluri, magis q̄ ſm vnum modū oppositoꝝ quatuor, 10.primæ philosophię.t.c.9.
Vnū & multa sunt oppositā ſm priuationem & habitum.10.meta. tex.com 9.
Vnius sunt idē & simile & equale, multitudinis vero diuersum dissimile & inequale.10.meta.tex.cō. 10.vbi Com.dicit ꝙ sunt ꝓpria.
Vnum per artificiū est multa: quia vnum per artem est vnum per accidens,& vnū per accidens est multa,10.meta.com.11.
Vni non contingit plura esse cōtraria 10.meta.tex.commen.14.
Vnum & multa sunt prīcipia & genera contrariorum, alia nāque ad hæc reducūtur,10.met.te.c.17.
Vnum numero dupliciter, priuatiue,& positiue.12.primæ philosophię.cō.14.vbi declarat qūo materia est vna numero per primationē cuiuslibet formæ indiuidualis dātis vnitatem numeralem. idem 1. phy.com.63.
Vnum & simplex non idem sunt. 12.meta.tex.com.37.
Vnum quod dicitur de continuo differt à simplici,quia continuum est vnum in actu & plura in potentia: omne enim continuum est diuisibile ī plura,sed simplr ē diuisibile actu & potētia.12.met.c.37.
Vnū & simplex aut dr simplr, aut in comparatione.ibid.c.37.vbi dicit Com.ꝙ absolutū vtriusq; est illud, cui non admiscetur materia, neq; est omnino diuisibile.
Vniꝰ famosior significatio est,dū dr de continuo.ibidem com.37.
Vnum ſm Arist. quodammodo est causa vnitatis:& alio modo ē causa multitudinis ex disput.3.in solutione 12.dubij.

Vnitas

Vnitas entis nullam aliam significationem habet nisi priuatiuã. s. priuationem diuisionis. ex lib. de tr. dispu. 3. in solutio. 14. dubij.

Vnum ens est à quo vna simplex ĩfluitur virtus, à qua oĩa entia esse habẽt, & quia multa sunt entia, ꝓcedentia ab illo vno in q̃tum, vnũ, sequitur multitudo necessario. Ex dispu. 3. in solutio. 12. prope finẽ. & adde dictum eius in hoc ex solutione 18. dubij, in eadem disputatione prope finem. Vbi dicit ꝙ nõ sequitur ꝙ ex extensione vnius virtutis in pluribus reb⁹, ꝙ sit in ipsa virtute pluralitas, sicut quidã opinati sunt, ꝙ ab vno principio influitur vnum, & ab illo influitur pluralitas: iã. n. ab vno potest ꝓuenire pluralitas, vbi animaduerte mẽtẽ Auer. fuisse sine dubio deum gloriosum esse illum, qui dat entitatem & vnitatem cuilibet enti, secundum capacitatem naturę cuiuslibet. & ad istarum vnitatũ producti onẽ in latitudine tali resultat multitudo, colligata ꝑ vnitatẽ virtutis diffusę in omnibus per q̃ consistit vniuersum & ordo eius. & isto modo intelligas quomodo esse sit effectus dei creatoris.

Vnum agẽs solum vnum effectum est propositio qua vtitur Auicen. Alpharabius, & Algazel, & est falsissima. nam sequeretur ꝙ omne generabile deberet procedere à decem agentibus, quod est absurdum cogitare, quilibet enim effectus in rebus nobis præsentibus ab vno efficiente fit, licẽt participent cũ eo decem predicamenta. ex lib. de tr. dispu. 3. in solutio 23. dubij.

Vnum esse quàm plura vbicumq; fieri potest melius est. 3. de partib⁹ animalium cap. 4. & est capitulum de corde. vide etiam in paraphrasi meta. ex Auer. tract. 4.

Vnumquodq; est vnum ꝑ suam & vnicam formam, alioquin aliquid esset vnum per aliquid posterius ad suum esse ex 3. de partibus animalium. cap. de corde.

Vnum ex his fieri non potest, quorum alterum agens, alterum vero patiens est, vt agens in eo ꝙ in fit aut motor in eo quod mouetur. Arist. 1. de gener. animal. cap. 20.

Vniuersalia quodammodo sunt in ipsa anima. 2. de anima. tex. c. 60. Auer. perscrutans locum ipsum asseruit ponderando ipsum modum loquendi cũ illa clausula. & dixit ꝙ ideo hoc fuit dictũ, quia postea declarabitur in 3. de anima in t. c. 30. ꝙ phantasmata ita se habẽt ad virtutem intellectiuã, sicut sensibilia ad sensum: etenim vt mouetur sensus à sensibilibus, ita intellect⁹ à phantasmatibus, & quia phãtasmata sunt intellecta in potentia non actu, & sunt in phantasia nõ ĩ intellectu. ideo dixit ꝙ vniuersalia ista. s. in potentia sunt quodam modo in anima, qa intentio imaginata, quæ mouet intellectum est alia ab intentione vniuersali, quę mouet immediate. Simplicius autem aliter interpretatur locum istum. nam vniuersalia non sunt secundum prædicationem in anima; sed in singularibus, sed in anima solum sunt ſm ꝓsiderationem. Et ita etiã Ammonius interpretat locum istũ ꝙ vniuersalia ſm subsistentiam sunt in singularibus, ꝫ ſm cogitationem merito suæ communitatis solũ in anima sũt. Dat etiam Simplicius aliam expositionem,

nem,qũo vlia quodammodo sunt in anima: vult.n. vlia, hic sumi eo modo quo in 6.primę philosophiæ sumpsit Arist.ipsum vle, vbi asserit ꝙ si fuerit aliqua substantia immobilis hæc prior & philosophia prima, & vlis,sic nam,quæ sunt separata à materia & impatibilia:talia enim sunt causæ sensibilũ & diuisibilium, vnde tales species seipsis, & vndiq; indiuisibiles sunt substantiæ,quę aũt ī aīa substentantur solum ꝫ rõnalem redditionem, & non sunt indiuisibiliter vnita, & nõ sunt principaliter causæ,sed secũdario, propterea vlr ea q̃ sunt oĩum primæ causæ sunt intelligibilia in quæ, per intellm scientia colligitur: intellũ enim terminos cognoscim⁹.termini autem sunt species,seu ydeæ ipsæ:hę aũt non primo sunt in anima, sed secundario: & sunt quodammodo cõnite intelligibilibus:& ideo dicuntur quodãmodo eẽ in aīa, qm̃ ꝫm colligantiã, vel coniunctionẽ ad intellm:tenuit.n. Simplici⁹ ꝫm Arist.species ydeales esse primitus in mente diuina,& scdario in anima rõnali. Aliter exposuit Amoni⁹ ꝙ vlia sũt in aīa quodãmõ sicut in loco,quia Arist. laudat antiquos.3.de aīa,dicentes aīam quodãmodo esse locũ spẽrum,non totam,sed itellectiuã. Aut dic ꝙ sunt in anima,quodãmodo qui sunt sicut cognitum in cognoscente, & non sunt sicut forma in materia, & ideo non denominatur lapideus intellectus,licèt,lapis in esse abstractionis sit ī eo:lapis enim non est in anima, sed species lapidis.3. de anima.38.

Vniuersalia ordine doctrinæ sunt præponenda particularibus.i.minus vlibus existentibus sub eis pp tres causas, tũ quia sunt notiora, tum vt tractatus, & demonstratio sit vlis & ꝫm ꝙ ipsuꝫ,tum ẽt vt nõ fiat vt petitio in scĩa,Auer. snĩa in prologo 1.phys. & in prologo super com.magno super 1. posterio. & 1.phy.com.57.

Vniuersum quodãmodo ĩ loco non esse dr̃,& quodãmodõ dr̃ esse. Eudemij snĩa in 3.vol. nãlium rerũ. nã pro quanto non habet ambiẽs extra se corpus sic in loco esse non dr̃, pro quanto vero in extimo.s. cœlo astra & reliqua hñr,locabuntur proculdubio in illi⁹ extremis, ea parte qua continet ipsam, sed q̃ ita,& in aliquo sunt in loco esse dicuntur. The.4.phy.43.

Vniuersum & totum differunt, nã vniuersum est aggregatum ex oĩbus suis partibus,sed totum est ipsa rei absolutio atq; perfectio,quæ partibus superueniens spectat in oĩbus, quæ cõparatio mãæ forma dicitur. Them.2.phy.31.

Vniuersum.i. totum aliud est spẽs, quę componitur ex suis causis,aliud quod est vle quod componit ex suis spẽbus: aliud vero est vniuersum in rei veritate, quod est in diuiduum demonstratum, quod componitur ex suis partibus ꝫm qualitatem.i.ex partibus essentialibus.i.ex mã & forma.1.phy.cõ. 5. Vbi aduerte ꝙ iõ indiuiduũ dr̃ totum,seu vniuersum in rei veritate,quia vera & maxima vnitas est vnitas nãlis.vnde Cõmen.in 2.de gñone & corru.t.cõ.59. & est melius,quàm non ens, & ens verum, quàm non verum,& verum ꝫm in diuiduum, quàm secundum spe-

dem. idem 12. meta. comm. 27. verus respectus est particularis, cum vniuersalia non habent esse extra animam.

Vniuersale notum est secundum rationem, singulare autē secundum sensum. 1. phys. tex. com. 49. & 1. phy. tex. com. 4.

Vniuersalium causę sunt vniuersales. 2. phy. tex. comm. 38. idem 5. meta. tex. com. 3.

Vniuersaliter omnia duo, quę non communicant in eadem nā non habent comparationem, neq; proportionem; diuersa enim secundū magis & minus necessario cōmunicant in eadem natura. 4. physi. commen. 71.

Vniuersaliter manifestum est ꝙ cā diuersitatis & æqualitatis motuū, est diuersitas & æqualitas proportionis motoris ad rē motā. ibid.

Vniuersaliter omne quod impossibile est trāsmutati, impossibile est ipsum incipere in trāsmutatione. 6. phy. com. 92. idem 1. cœli. t. cō. 58. & 3. cęli. tex. com. 19. & 4. cęli. tex com. 33.

Vniuersalis cognitio fit in nobis p consideratione particularium. 7. physi. tex. com. 20. idem in fine 2. poster. & 12 meta. com. 4.

Vniuersale est ab intellectu. 1. de anima. com. 8. & 12. meta. com. 4. & 3. de anima. com. 18.

Vniuersale est magis notum apud nos quàm proprium. 2. de anima. com. 34. idem. 1. phy. t. commen. 4. & 57.

Vniuersalitas & indiuiduitas comprehenduntur ab intellectu. f. diffinitio vniuersalis & diffinitio indiuidui. 2. de ani. cō. 65.

Vniuersalia ꝛ3 Platonem non sunt generabilia neq; corruptibilia, & sunt existentia extra mentem. 3. de anima, in solutione quæstionis secundæ iuxta finem. & 3. de anima. com. 18.

Vniuersalia non habent esse extra animam quod intendit Plato. nā si ita esset, non opus esset ponere intellectum agentem. 3. de anima commen. 18. idem 12. meta. com. 4. & 14. 27. 28. 1. de ani. com. 8. 2. de anima. comment. & text. 60. 7. metaphys. 57.

Vniuersalia ferè sunt hominiꝫ difficillissima ad cognoscendum, nam à sensibus sunt remotissima, ex phemio primæ philosophiæ, vide ī concordantijs.

Vniuersale sic describitur, quod est prædicatum de pluribus. 1. meta. commento 27. idem primo perihermenias.

Vniuersale non habet esse, nisi secūdum quod est scientia. i. secundum quod est in anima, & similiter affirmatiuum & negatiuum. 1. metaphys. com. 27.

Vniuersalia non sunt generabilia, & corruptibilia nisi per accidens. 1. meta. com. 27.

Vniuersale intellectum est prius secundūm causam & secundum tempus, illo quod est sub eo. 1. meta. commen. 28.

Vniuersalis intensionis substantialis mixtio cum particularibus, est fortior mixtione accidentium cū suis subiectis. 1. metaph. tex. com. 31. Ex hoc sequitur ꝙ inhærentia accidētis ad subiectum, sine aptitudinalis, siue actualis, non est de intrinseca ratione accidentis cōtra Ioan. de Gandauo, & cōtra modernos, vide quę scripsi in theorematis.

matibus, & vltra rõnes quas ibi adduxi addo hic. Sicut non esse in subiecto non 'constituit substantiã, sed est substantiæ proprietas quædam, quod ostendit' ratione,& authoritate. ratione quidem,quia effectus positiuus debet habere causam positiuam, nõ existere autem in subiecto non est aliquid positiuum formaliter loquendo. authoritate autem hoc patet ex prædicamentis, vbi Arist. inuestigans proprietates substantiæ inter alias assignat istam. inquit. n. cõe est autem omni substantiæ in subiecto non esse, igitur pariformiter esse in subiecto erit proprietas accidentis,diuersorũ enim entiũ diuersæ sunt proprietates & fuit etiam sentẽtia Auic. ī 2. suę primæ philosophię. Amplius Alex. (de quo Com. ī 3. de ani. c. 14. asseruit ꝙ nullus olim Peripateticus reputabatur q̃ non esset Alexandreus) in principio libri priorum, vbi declarat quomodo modus abstrahendi, mathematicus inquam, pluribus locis deseruit naturali Philosopho. d. sicut est de forma q̃ est separabilis à materia ſm rõnem,vt patet in 2. phy. tex. com. 12. & sicut est de accidentibus, quæ licèt sint ī subiecto ſm esse, sunt tamen separabilia à subiecto ſm rõnem, quod non esset verum si inherentia esset de quiddita te accidentis, quia abstrahentium non est mendacium, ex 2. physic. tex. commen. 18. Amplius Commen. in 5. metaphy. in comm. 14. dicit,ꝙ hoc nomẽ,ens,quod significat essentiã rei, est aliud ab ente, quod significat verum, & ideo expositores diuersantur in 2. topicorum, in quæsito simplici. s. dicere aliquid esse verum, collocetur in quæstionibus generis,aut collocetur in quęstionibus accidentis. qui intelligit de ente id quod est commune decẽ generibus,dicit,ꝙ collocatur ī quęstionibus generis. & qui intelligit de ente id,quod dicitur de vero, dicit ꝙ collocatur in quæstionibus accidẽtis,& idem habet Commen. in lib. destru. destr. in dispu. 8. in solu. 1. dub. vbi determinat quid quærit quæstio, si est, quæ est quæstio simplex. inquit. n. id nanque quod præcedit in nobis quidditatem rei, est id quod significat esse, verum, & ideo quando quęrimus si res est ens,vel si habet esse, & illa res habet causam inferẽtem suum esse,tantum valet quantum dicere vtrum habet causam, vel non, vt patefecit Arist. in principio secundi posteriorum. sed si illa res non habet causam,tantũ valet quantuĩn dicere, vtrum res habet consequens suum esse, sed q̃n intelligit' de ente id quod intelligitur de re vel substantia, tunc sumitur modo generis analogice dicti, ecce quomodo ex mente propria vult,ꝙ ens vt significat substãtiam, vel essentiam rei est genus analogicè dictum de decem prædicamentis, & dicitur in primo modo dicendi per se, vnde accidentia sunt entia formaliter in primo modo. Et confirmatur,quia Commen. 1. ph. com. 27. dicit, ꝙ dicere aliquid esse, ideſt quòd sit ens non est prædicatio per accidens, sicut prædicatio albedinis. Amplius primo physico. comm. 25. vbi Arist. declarat rationem Parmenidis esse malam de materia dicit, quòd q̃n Parmenides assumit illã pro-

positionē, quicquid est præter ens est non ens dicit, ꝙ ista est falsa, qa vtitur eo quod est multipliciter dictum, ac si esset simpliciter dictū, si enim ens significat substantiam tantum, aut quantitatem tātum, non sequitur quòd quicqnid est p̄ter ens ꝙ est substantia, aut quantitas sit non ens. vbi colligitur ꝙ ens formaliter dicitur de omnib' p̄dicamentis. & non solū de substantia vt isti asserunt.

Vniuersalia Platonica si darentur, daretur quarta ars, seu scientia speculatiua. 1. meta. tex. com. 47.

Vniuersalia nō sunt innata iterari, intellectum enim animalis non inuenitur magis vno. 1. metaphy. com. 40.

Vniuersalia Platonica si darētur ad que intellectus aspicit, sicut sensus aspicit ad sensibilia, & comprehēsio sensibilium est naturalis in nobis, cum non acquiritur ex præexistenti cognitione, necesse esset, vt intellecta essent naturalia ī nobis & non vt quędā sint naturalia, & quædam accepta per doctrinam. 1. meta. com. 49. Ex quo patet quantum deuiant à veritate illi, q̄ tenent ex mente Aristote. & Commen. Auer. nostrum scire esse reminisci, sicut posuit Plato. Vide ꝓtra opinionē istorū, etiam Auer. in paraphrasi super 1. posteriorū in commen. 2. in 7. metaphysi. cōmē. 58. & 6. physi. com. 59. & est contra Arist. etiam in fine secundi posteriorum, in illo capitulo, de principijs autem, vbi habet pro inconuenięti ꝙ habitus primorum principiorum, qui est adeo nobilis, & certior scientia, sit nobiscum congenitus, & lateat nos, & idem habetur hic in tex. com. 49. super 1. metaph.

Vniuersalia Platonica si darētur ad quæ intellectus aspicit, sicut sensus ad sensibilia, sequeretur quòd cæcus à natiuitate haberet scientiam de coloribus, & surdus à natiuitate posset habere scientiam de sonis. 1. Metaph. commen. 49. Ex quo patet contra illos qui dicunt oppositum ꝙ cæcus à natiuitate potest habere scientiam naturaliter de coloribus, vide etiam Philosophum 1. posteriorum. in illo capitu. Manifestum est quòd distincte sensu, & in 2. phy. tex. com. 6.

Vniuersale cōprēhendit res infinitas in potentia non in actu. 2. Metaphysico. commen. 13. idem 3. de anima. com. 19. & 12. meta. com. 14. & 51.

Vniuersale & indiuiduum sunt duę naturæ, hoc enim est intellectum, illud vero sensibile. 3. metaphysic. com. 10. idem Boetius. vniuersale est dum intelligitur, & singulare est quod sentitur.

Vniuersale esse non est dubium, sed dubium est quid sit natura eius. 3. meta. tex. com. 12.

Vniuersalia separata in rebus artificialibus, & accidentibus nullus potest ponere. 3. metaphy. tex. commen. 12.

Vniuersalia sunt communia, quia sunt in pluribus 3. metaphysicæ. com. vlt.

Vniuersalia sunt priora secundum rationem, singularia autem secūdum sensum. quinto Metaphysic. in tex. commen. 16. in capitulo de priori. vniuersale est simile toti, quia continet particularia, sicut totum cōtinet partes. 5. Metaph.

tex.

tex.commen.31. & 1.physic. tex. commen. 4.

Vniuersale commune est quod aptum natum est in pluribus inesse 7.Meta.45.

Vniuersalium diffinitiones habent aliquam dispositionem substantiarum existentium extra animam, & qualitatem accidentem eis.7. Metaphy.commen.46.inde colligitur vniuersale sumi dupliciter, pro prima & ꝑ secunda intẽtione,

Vniuersaliter existentium nihil vtique substantia est. 7. Metaphysic. tex. commen.48. vbi expresse colligitur,quòd vniuersalia apud Aristote.non sunt substantiæ rerum, sed sunt notiones, seu cõceptus declarantes substantias rerum, sicut notauit Commentator etiam primo Metaphysico. commẽ.45. vnde Aristote. istam quæstionem late examinat contra Platonem in 7.Metaphy. à tex.com.44. vsq; ad tex.com.50.

Vniuersale est in capitu.ad aliquid, & substantiæ Socraticæ sunt de genere rerum per se existentium, & ideo vniuersale non est substantia separata. com.48. Vide etiam ibidem.com.57.

Vniuersale quod prædicat in quid de re non significat eam, vt est in diuidua, sed vt est in ea natura similis naturæ, quæ est in quolibet individuorum.7. Metaphysicorũ. commen. 48. Vide etiam 12. metaph.com.4.

Vniuersaliter omnis natura congregata ex duabus naturis conuenientibus,necesse est,vt sit de natura cõponentium. 7. metaphysic. commen.48.

Vniuersale nullum est separatum à singularibus.7. Metaph.tex.commen.57.

Vniuersalia impossibile est, vt sint substantiæ rerum, quia vniuersalia rerum sunt communia, & nullum commune est substantia. 7. Metaphysico. tex. commen.57.& tex. commen.58. & hoc est quod notauit pulchre Commentator in 1.Meta. com.45.idem 9.meta.te. com.6.

Vniuersale & particulare sũt ad aliquid.7.Meta. com.57.

Vniuersale & subiectum seu materia differunt, quia vniuersale prædicatur essentialiter de re, materia autem seu subiectum,non prædicatur nisi denominatiue.9.metaph. tex.com.12.

Vniuersale nullum substantiam esse possibile est.9. metaphysic. tex. commen.6.& habetur in sermonibus de substantia & ente, id est in septimo Metaphy. tex. commen. 44.& infra.

Vniuersalia apud Platonẽ sunt substantiæ abstractæ,& sunt principia substantiæ sensibilis.12. Metaph. commen.4.

Vniuersalia apud Aristotelem sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea consimilitudinem,& facit ea intentionem vnam. Plato autem ponebat vniuersalia extra animam existentia per se.12.Metaph. commen. 4.& 3.de anima. commen. 18. & 1.de anima.com.8.

Vniuersalia sunt priora in intellectu particularibus, quæ cum auferuntur, auferuntur particularia. 22.primę philosophiæ authoritate Alexandri, commento 27. vide in contradictionibus nuper ẽditus.

Vniuersum differens de omnibus dicat necesse est. Aristote. in quinto de generatione animalium. capitulo vlt.

Vniuersalia cum sint abstrahibilia à singularibus, & sint accidentia, quomodo poterũt notificare substantias rerum singularium, vide in solutionibus, in paraphrasi metaphy. tracta. 2. ibi, sed hoc dubium facilè soluitur.

Voluntas est appetitus rationi & deliberationi coniunctus. Alexander in paraphrasi de anima. capitulo vltimo.

Voluntas non est extra cognitionẽ consimile. in 12. primæ philosophię. com. 39.

Voluntas non postponit facere, qđ intendit, nisi propter essentiam alicuius in re intenta, quę ante non erat. 8. phy. commen. 15. & nullus hoc fundamentum negare potest per rationem suam intrinsecam, sed extrinsecam. ibi.

Voluntatis nouę, mouere quod sequitur à volente est nouum necessario, sed mouere quod sequitur voluntatem antiquam, est ęternum necessario. octauo phyficor. commento 15.

Voluntas appetitus est, 3. de anima. tex. com. 50.

Voluntaria operatio non fit nisi cogitatione & voluntate. secundo colliget. cap. 19. de iuuamen. mẽbrorum anhelitus.

Voluntas est propter intellectum. 12. primæ philosophię. commento 36.

Voluntas est quoddam desiderium de duobus oppositis ęqualiter dependens, & desiderium illud cessat quando desideratum, deductum est ad actum. Ex libro destructionum, disputatione. 1. in solutione. 2. dub.

Voluntas infinita de natura necessarium reputari potest. ibi.

Voluntas si esset in antiquo, nouũ ab antiquo prouenire posset. Ex libro destru. disputatio. 1. in solutione 10. dub.

Voluntas quum fuerit ad inuenien dum aliquid in aliqua hora, necesse est, vt in ea fiat in illa hora in agente concupiscentia, quæ ante nõ erat, octauo phyficorum commento. 8.

Voluntarius motus non est impossibile, vt sit sine musculo, contra Gal. 2. colli. ca. 18.

Voluntas æquiuoce reperitur in corruptibili, & in Deo, & abstractis. Ex disputation. 3. in solutione primi dub.

Volũtas est passio & mutatio in corruptibili. ibi.

Voluptates non sunt de dispositionibus necessarijs in esse hominũ, neque de perfectionibns eorum, sed sunt consequentia ex necessitate materiæ. Auerroes in prologo physic. quod ideo dixit, quia ex secundo phyficorum, quædam sunt ex fine, & quædam ex materia, vt mors & corruptio, similiter homo non est propter voluntatem tanquam finem. sequitur igitur, vt sint ex materiæ necessitate, vnde Commentator, secundo phyficorum. commento 88. Illa enim inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate, non propter aliquid, vt mors animalis, sunt propter materiam, & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid sunt propter formam, & diffinitionẽ, cum igitur

igitur voluptates corporis nō sint hominis finis, neque perfectio, vt demonstratum est in scientia morali, non sunt igitur propter formam, relinquitur igitur, vt sint propter materiam & illum locum pauci intellexerunt, vt poteris videre.

Voluptas alia est respectu preteriti, alia respectu præsentis, alia respectu futuri. septimo physicor. commen. 19.

Voluptas præteriti est per rememorationem futuri, per speciem præsentis, per sensum in actu. ibid.

Voluptatis causa est comprehensio. 12. metaph. tex. commen. 39. vbi ponitur probatio à signo, quia sensus & vigilia, & intellect⁹ sunt nobis delectabiles & voluptatem afferentes.

Voluptas intellectus nostri qui quā doque est in potētia, & quandoq; in actu, differt à voluptate aliarū intelligentiarum, quæ semper actu intelligunt, quia nostra est ad tempus, & illarum est sempiterna. 12. meta. tex. com. 39.

Voluptati quę est ī deo nulla opponitur tristitia. Commentator authoritate Alexandri, quia non consequitur passionem, cum comprehensioni eius nō opponatur ignorantia. 12. metaphysicorum. commen. 39.

Volentem si poneremus aliquem vnum oppositorum ab æterno retinentem, remoueremus voluntatis dispositionem. ibid.

Volenti si duo similia æqualia proponātur, non magis vnum, quàm aliud eligeret, nisi aliquo mō dissimilia sint, & fuerit aliqua denominatio in vno, & non in alio, si enim omnimode similia forent, & non esset ibi causa inclinans, tunc voluntas respiceret ambo æqualiter, ex libro destructionum. disputatione prima. in solutione decimi dubij.

Volucrum alia penitus volant, vt aquila, alia membrana sicca, vt apes & scarabei, alia cute, vt vespertilio. 1. de histo. cap. 5.

Vox & locutio differunt, quælibet enim locutio data est ijs etiam & vox, sed non quibus vox, illis etiā locutio inest. Arist. in 4. de natura animalium. cap. 9. locutio etiam nō perinde à natura est, sicut vox, vt ibidem habetur.

Vox est sonus animalis. 2. de ani. tex. com. 88.

Vox & sonus si indirectum semper progrederetur nemo seipsum loquentem audiret, nec etiam qui esset à tergo loquentis. Themi. 2. de anima capitu. 27. & est super text. com. 80.

Vox elementorum, genus est & materia. 7. metaph. tex. com. 43.

Vox tum marium, tum fœminarū immutatur, cum semen ferre incipiunt. 7. de natura animalium capitu. primo. Vide causam in quarto de generatione anima. cap. 8. vbi de lacte differit.

Vox est exercitiū pulmonis. 6. colliget. cap. 2.

Vox non est necessaria in esse nostro, sed est ad bene esse. 2. Colliget. cap. 19.

Vox est materia orationis. Aristoteles in quinto de generatione animalium. cap. 7.

Vox alia acuta, alia grauis. ibid.

Vox fœminarum, tenuis, ægrotorum, est acutior vt plurimum vo-

ce marium, iuuenum, & ſanorum. ibidem. & vide ibi cauſam, vide etiam de voce fœminarum, quòd ſit acutior, vt plurimum. quinto de natura animalium cap. quarto.

Vox ex fectibus teſtibus immutatur in animalibus. vide cauſam. quinto de generatione animaliũ. cap.7.

Voces propriæ ſingulis animalibus ad initum, & venereum coitum accommodatę. Ariſt. in 4.de natura animalium. cap.9.

Vocalis arteria eſt organum reſpirationis ex ſecundo de anima tex. com.89.

Vocis eſſentia nõ eſt aliud niſi percuſſio aeris anhelati ad membrũ quod canna dicitur ab expulſione animæ imaginatiuæ voluntariæ, quę eſt in iſtis membris, ſecundo de anima.commen.90. & elicitur ex tex.

Voci figuram ineſſe putari poteſt propter aerem qui in voce elidenda percutitur. Themiſti. 2.de anima in expoſitione.text. com.108. & in cap.37.

Vocis inſtrumentum appropriatũ eſſe epiglotum oſtenditur ſigno, quia cum inſufflamus epiglotum formatur vox ſimilis illius animalis. 2.collig.cap.19.

Vocis grauitas videtur eſſe naturæ generoſioris. Ariſt. in 5.de generatione animalium, capitulo ſẽptimo. Et nota quòd hoc eſt ex opinione antiquorum, contra quos inuehit, vt notat ibi Ioannes Grãmaticus.

Vrinę & ſeceſſiones & catarri, oma, ſeu cruda dicuntur, eo quòd non ſunt obtenta à caliditate 4.methe. tex.com.22.

Vrinę diſpoſitio ſignificat principaliter ſuper æpate & venis, ſecundario vero ſuper renibus & veſica. capitulo 21.

Vrſus animal omorum eſt, & cum tauro congreditur, & vide modũ. octauo de natura animalium, capitulo 5.

Vrſus hieme conditur, ſed vtrum propter frigus, an alia de cauſa, ambigitur. 8. de natura animalium, cap.17.

Vrſa fętu grauida, vel à nemine, vel à pauciſſimis capta eſt, & tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt. octauo de natura. capitulo 17.

Vrſum latebra egreſſum aiunt Arum herbam dictam deguſtare, vt inteſtinum laxetur, & hiet. ibidẽ.

Vrticarũ duo ſunt genera. 4.de natura anima.ca.6.

Vrtica nulla excrementum habet: in hocq; eſt ſimilis ſtirpibus. ibid.

Vſus quo vtitur rethorica & dialectica enthymemate & exemplo, alius eſt ab vſu, quo vtitur illis ars demonſtratiua. Auerr. in prologo phyſic. vide quomodo hoc ſit intelligendum in ſecundo priorum. cap.23. & in 8.phyſico.com.33. & in 2.phyſico.com.80. Et animaduerte q̃ conſimilis differentia contingit de locis topicis, quia aliter vſitantur apud rhetores, & aliter apud dialecticos, ſicut bene notauit Seuerinus Boetius ī fine quarti libri de differentijs topicis.

Vſtibilia & inuſtibilia quę ſint, require.quarto metheororum.text. com.48.

Vſtibilium quædã ſunt inflammabilia, quædam vero non. ibid.

Vtentes hoc nomine ens ꝙ principio, non perceperunt, nisi principium materiale tantum,& nō formale. primo phy.com.7.& secundo physic.commen.9. Vide etiam 4.phys.com.primo,& tex.com.7. in quarto meta. & septimo meta. com.8.& secundo de anima.

Vtrū in corporibus simplicib⁹ motor & res mota sint idem,hoc indiget declaratione, non autem vtrū ab intelligentia moueant.2. phy. commen.3.& septimo phys.com. 2.& quarto phys.com.71. & octauo phys.32.& tertio cęli.28.& 4. cęli.22.24.& 25.& primo cęli.81. & 89.& 17. & quinto phy.18.

Vter inflatus plus trahit vacuo.4.cęli.tex.com.30.

Vtrum, particula,quando est interrogationis nota nō quæritur, nisi de oppositis quæ simul esse nō possunt decimo metaph.tex.com.17. Dixi quando est interrogationis nota, quia aliquando est nota solutionis apud Arist. præsertim,& ista est sententia Arist.in 10.metaph. tex.commen.18.vbi dicit. semper in oppositis est interrogatio ipsius vtrum &c.

Vteri, seu vuluæ mulieris situs ē inter intestina & vesicā.1. de natura animalium. cap.vltimo.

Vuam albam cum soleat ferre vitis quam capnium vocant, si nigram tulit monstrum id esse non putāt, quoniā sæpissime id facere soleat, causa est ꝙ sua natura inter albā, & nigram est. Arist.in 4.de generatione animalium. cap.4.

Vulpes quū partū ediderit, lingua lambendo refouet, & concoquit. 6. de natura animalium. cap.34.

Vuluę pars ĩterior loci,& veteras appellatur,vnde fratres vterinos dicimus, ostium vero & ceruix matrix dr̄.3.de natura animalium. cap.1.

Vuluas aut vteros omnia aīalia int⁹habent, testes vero quædam intus, quædam vero extra. vide causam in 1.de gener.anim. cap.12.

Vulua attrahit semē, vel pp virtutē attractiuam existētem in villo, vel propter caliditatem, vel propter vtranq; istarum simul. Auer.in 2. de generati.anim.cap.2.

Vulua an habeat virtutem immutatiuam,hoc indiget speculatione,tamen virtus informatiua non pōt dici ꝙ sit in vulua, quia non est ipsa, quæ creat membra embrionis, sed verius forma quæ est in semine,in vulua aūt non est virtus immutatiua, nisi loco conseruātis cū attingit aer sperma, corrūpit eius complexionem.2.Col. cap.10.

Vultures nidificant in altissimis rupibus ꝓpterea, & ex ignoto orbe, aduenire Herodot⁹ Brysonis rhetoris pater opinatus est,& ꝙ multi exercitum sequentes repente apparent.6.de natura anim.capit.5. idem in 9.de natura animalium.

Vultures habent fortem visum, ita ꝙ dr̄ de eis ꝙ ipsis existentibus in damasco, videbant morticina babyloniæ.3. Col.cap.38.

Vulgus non intelligit de non esse, nisi illud quod non comprehenditur visu, octauo physicorum commento.4.

Vulgo non sunt propalāda diuina, vnde laudanda est sententia illius qui dixit, ꝙ communicāns vulgo secreta scientiæ,est sicut tradens venenum quibusdam corporibus.ex disputatione sexta, in solutione sexta:

De

De litera X.



Iloproros est vermiculus à corrodendis lignis dictus, quem (vt Theodorus Gaza) ligniperdi appellęs. vide de eius generatione .5.de natura anim. cap.32.

De litera Y.



Deæ Platonis nusquam sunt 3.ph.tex.cō.25. Ydeæ non prosunt nec ad scientiam, nec ad gñonē.7.met.t.c.20. vsq; ad tex.cō.22.probatur ꝙ non prosunt ad scientiam, sed à tex.cō. 22.vsq; ad tex.com.33.ostenditur ꝙ nō prosunt ad gñationē. vide ꝙ hoc Cō.in c.20.22.& ī c.33.allcg. Ydeas asserentes numeros illas esse inquiunt.12.meta.tex.c.42.

Ydeam non contingit diffinire, singularium enim est idea,vt dicunt, & separabilis est.7.meta.com.53.

Ydeas esse rationes separatas in intellectu creatoris opinatus est Plato,vt testatur Ammonius in 1.de anima. in expositione text. 8. & Simplicius 1.cæli, & pro hoc vide primo cæli ipsum text.comm.19. & est opinio Io.Grāmatici,& multi viri illustres, vt Bessario Cardinalis, & Boetius ex latinis, in secunda editione libri de interpretatione ait, non esse differentiam in hoc, nec in aliis inter Arist.& Platonem nisi in verbis solum, vnde quod Aristo. viderit etiam tales rationes ideales esse in mēte diuina. isto modo astruunt, quia Aristo. 12.metaph. tex.com.52.quòd duplex est ordo,vnus qui est in duce, alter qui est in exercitu, & ille qui est in exercitu est causatus ab illo qui est in duce. sic duplex est bonū vniuersi,vnum inuentum in ipso, & ordo duplex, aliud est in cōditore. vbi aūt est ordo ibi est iudiciū. Amplius 7.primæ philosophiæ,t. comment.23.dicit Arist.ꝙ forma domus in materia fit à forma domus,sine materia,& sanitas in corpore infirmi fit à sanitate, quę est in anima medici. Amplius Aristo. 3.de anima.tex.cō.6. laudat antiquos qui posuerūt intellectum esse locum specierum, multo magis intellectus diuinus. Et confirmatur,quia Arist.3.metaph.habet ꝙ inconuenienti contra Empedoclē Deum non cognoscere omnia,sed hoc non esset nisi haberet in se rationes ydeales omnium, & confirmatur authoritate Cōmen.in 12. metaph.com.37. vbi dicit,ꝙ opinio dicētium Deum omnia intelligere, quodammodo est vera, & quodammodo non,nam sub rationibus singularibus quę infinitæ sunt non est vera, sed bene sub rationibus specialibus,ita ergo cōcluditur, ꝙ quælibet species habet propriam ydeam in diuino intellectu. Et confirmatur authoritate Commentatoris. 12. metaphysic. cōmen.36.vbi habet,ꝙ forma habet duplex esse,materiale & abstractum. & hoc est ꝙ volūt dicere ponentes ydeas. Amplius Aristo.in 2.phy.describens genus causæ formalis, asserit ipsam esse rationem & exemplar, sed causa exemplaris non est,nisi causa ydealis. Propter has & consimiles rationes voluerunt supradicti viri nō esse discordiam

diam inter magistrum, scilicet Platonem & discipulū Aristotelem, nisi in verbis tantum, quia Aristoteles voluit vt ydea hominis hō diceret, quia homines ex nominibus facile cū eorum phantasia concurrunt ad id, quod per nomē importatur, & consuetudo est vt homo significet hominem qui est in materia sensibili, vnde Aug. ī lib. 83. quęstionum, q. 46. inquit, non est verisimile, aut nullos sapientes ante Platonē extitisse, aut formas, quas Plato ideas nominauit non intellexisse, siquidem tanta vis in eis sita est, vt eis non intellectis sapiens quis esse non possit.

Dicimus nos esse hoc maxima admiratione dignum, si Aris. non discrepat nisi in verbis tantum, in positione ydearum, sed in solis vocibus, cur igitur in ipsa logica eas insectat. dicit enim in lib. primo posteriorum valeant ydeæ Platonis. Mōstra enim sunt cur in philosophia naturali, vt in 2. physico. tex. commē. 26. & primo cęli text. cōmen. 92. cur in scientia morali primo ethicorum. cap. 7. facit illam protestationem in illa quęstione de per se bono, quum dicit esse per difficilem ob amicos qui ydeas introduxerunt, & dicit ꝙ duobus amicis existentibus magis piū est veritatem in honore præferre, cur in primo & in 7. primæ Philosophiæ ostendit ydeas, neque propter scientiam, neque propter generationem esse necessarias? nunquid illa est dispositio de vocibus & non de rebus? ò per vitā meam quomodo præclara ingenia allucinant in re clarissima, est enim processus illæ de vocibus, an de rebus discurrant quæso. & parumper considerēt si dispositio illa de vocibus vel de rebus, lucidissimus Themistius in primo de anima. cap. 20. scribit in altissimis præsertim philosophiæ quæstionibus, non ęquum est aliud dicere, aliud sentire. Manifestū autem est inter altissimas philosophiæ quæstiones esse illam de ydeis. altissimum enim inquit Porphyri⁹ est huiusmodi negocium, & maioris indigens inquisitionis. Quapropter teneo Aristo. nedum vocibus, verumetiā intellectu dissentire, alioquin oportuisset ipsum soluere rationes, quæ de rebus ipsis procedunt. Et ideo pro solutione omnium authoritatum quas ipsi adducunt, scias formam habere duplex esse, materiale & abstractum, vt forma coloris in corpore materiali habet esse materiale, sed in sēsu spirituale, quia in sensu est cōprehensio, & in hoc est latitudo, quia nobilius esse habet in virtute imaginatiua q̄ in sensu communi, & ī cogitatiua q̄ in imaginatiua, & in memoratiua q̄ in cogitatiua, tertio de anima commen. 6. & in intellectu nostro adhuc est in altiori gradu, & ī intelligentia lunæ adhuc alti⁹, & ita gradatim ascendunt formarum perfectiones vsque ad formam formarum quæ est prima, & ē diuina essētia ī qua omnia vnitiue continētur & eminenter. 12. metaphysi. com. 37. Cap. 1.

Est enim in supremo gradu vnitatis simplicitatis, & nobilitatis, vnde Deus est omnia entia nobiliori & diuiniori mō qui esse potest, & isto modo Philosophi dixerunt ī diuina essentia vnii & contine-

ri modo q̃ sint in propria forma, vnde ens per participationem continetur eminenter. i. nobiliori modo simpliciter quã sit in seipso, & quia licuit semper Philosophis in rebus arduis exemplis vti, vt testatur Cõmentator ī fine primi physico. commen. 82. & in 3. de anima. in cõmento 14. propterea imaginari ꝙ sicut habens aureum dicitur habere marcellum & soldũ, & ereum bolum, & nobiliori modo præcium & valor talium possidetur in forma aurei q̃ si possiderẽ tur in forma propria. sic diuinus intellectus solam diuinã essentiã: intuitiue intelligendo, dicitur omnia entia intelligere diuiniori modo, q̃ si eadem in formalibus & propriis earum rationibus attingeret, & est modus qui non potest attingi ab aliquo alio intellectu, vt bene dicit Comm. in libro destructionum, & ista est Aristotel. sententia, & hoc est quod dicit Commẽtator quòd omnes formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore, quia sunt in virtute actiua eius in qua continetur in supremo gradu vnitatis, simplicitatis, & nobilitatis, & istæ sunt ideæ quas comminiscebatur Plato & 12. metaph. commento 36. Forma habet duplex esse materiale & abstractum, & hoc est ꝙ volunt dicere ponentes ydeas, sed non perueniunt ad hoc. Vide igitur magnam esse differentiam inter Aristot. & Platonem, dato ꝙ Plato posuisset istas ydeas ī intellectu diuino, quia Plato posuit ydeas sub formalibus & distinctis rationib. in diuino intellectu, & Theologi nostri hoc asseuerant, vnde Diuus Augustinus dicit alia ratione conditus est equus, & alia ratione conditus est homo, in libro 83. quæstionum, quæstione 46. Sed hoc non vidit Aristot. nec eius sequaces, sed voluerunt nullum aliud esse intellectum à diuino intellectu, nisi suã essentiam modo prædicto, quia ibi non est aliqua multitudo, nec secũdum rem, nec secũdum rationem, & ꝙ ista fuerit opinio Aristot. ex intentione Auerro. ostenditur manifeste ex verbis eius in paraphrasi metaphysicę tractat. 2. vbi dicit, ꝙ licèt in artificialibus est mãgis manifestum, omne quod generatur, generatur à sibi simili, quia forma sanitatis in corpore fit à forma sanitatis in anima medici, & domus forma in materia fit à forma domus sine materia, quæ est ī anima ædificatoris, vt dicitur in 7. primę philosophię. subdit ꝙ in naturalibus etiam rebus res, ita se videtur habere, ꝙ earum principia vltima fit conceptio per intellectum. Aliter enim vnde euenit eis ꝙ sũt ex sui natura aptæ vt intelligantur à nobis: nam hoc est sibi quid essentiale & inherens naturæ earum, id autem ꝙ est essentiale alicui, peruenit quidem ipsi enti à causa efficiente de necessitate, nihil autem datur quo sensibile euadat intelligibile in potentia & quod de sui natura est vt intelligatur nisi eius generatio fiat ex intellectuali apprehensione, licèt suum esse sensibile sit cõceptum à suis principiis sensibilibus, quemadmodum in artificialibus contingit, nam accidit rebus per artem confectis ꝙ intelligantur ab illo, qui non operatur

eas

eas, propterea quia sunt ordinatę ab intellectu qui est ipsa forma existens in anima artificis. aliter. n. essent intellectæ per accidens, & similiter res se habet in natura & ī rebus naturalibus. Hinc apparēt generatim ꝙ dantur formæ separatæ, quæ sunt causa ob quam ipsa substantia sensibilis est intelligilis, præstant autem ipsi sensibili formam substantialem qua sit intelligibile potentia per ipsam naturam, & per corpora cœlestia, & tales formæ sunt formæ corporū cœlestium, & hoc est ꝙ quærebāt ponentes ydeas, sed non peruenerunt ad illud & consimilem sentētiam, vt dixi, habetur 12. metaphysicæ. commen. 18. prope finem.

Amplius Commentator in eodem secundo tracta. in paraphrasi ibi Themistius reddit rationem pro Platone, vbi recitat quòd ideę sunt necessariæ propter generationem animalium & plantaꝝ, spontē nascentium, quibusdam interpositis, scribit, in quibusdam tamen entibus existimari potest, ꝙ necessitas cogit ponere formas separatas in generatione indiuidui, vt in animali non gignitiuo, in quibusdā tamen non videtur hoc necessarium, neque videtur ꝙ indigeant ipso inquantum sunt generabilia. veruntamen si considerentur formæ generatæ inquantū accidit eis ꝙ sint intelligibiles, & tandem habentes ordinem, apparebit necessariū ponere vel intromittere hanc formam cunctis rebus, vt prius diximus: sed huiusmodi principium alio modo se habet quam ponit à ponentibus ydeas, dicebant enim quod intelligibile ipsius equi, & eius quidditas, vt est in materia, est idem extra materiam, & sic sequitur necessario, vt sit & detur equs hinnibilis sine materia & ignis comburens, & si sic intelligunt, errāt omnino: & si ipsi velint de esse rerum separatarum id quod Aristote. intendit vt existimauit eorum fautor, scilicet Themistius, errauerunt, tandem quia transtulerunt dicta scientifica in dicta poetica, quæ non sunt vera, & sunt ad docendum populum. vbi clare patet secundum mētem Auerr. Aristot. res generabiles ratione qua sūt generabiles & sensibiles non indigere, vt sic agente separato, quia generans apud Aristote. necessario est corpus aut virtus in corpore, vt dicit hic Cōmentator & in 7. metaphysi. commen. 31. & idem est agens ꝙ transmutat materiam, & quod inducit formam, Sed si considerentur res generabiles & sensibiles, pro quāto sunt intelligibiles in potentia, quia ex sui natura habent aptitudinem vt intelligantur, & tandem vt habent ordinem, quia ordo iste in sensibilibus generabilibus esse non potest à principio, ex quo sortiuntur sensibilitatem, & est materia, quia illa est causa inordinationis, oportet ex hoc. ꝙ iste ordo dependeat tanquàm à primordiali principio ab agēte separato, & est primum principium à quo cœlū & toto natura dependet. 12. metaphysicæ. text. commen. 38. & 52. vbi ostenditur quòd ordo vniuersi est sicut ordo in exercita, ꝙ causatur, & dependet ab ordine in duce, & bonum eius est à bonitate duois, & sub ista ratione bene generabilia

bilia omnia, & cum semine & sine semine, immo omnia quæ sunt indigent isto agente separato, quod sui virtute continet & influit esse intelligibilitatem & ordinem omnibus. Sed platonici, quia ipsi videntur, aut hoc intellexisse quod intellexit Aristo. vt dicit Themi. & omnes fere posteriores expositores, vt Antonius, Philoponus, Simplicius, & id genus, & tũc Plato peccat, quia in scientia demonstratiua & speculatiua non debemus vti metaphoris, vnde ex hoc quòd equus est in virtute actiua dei, modo prædicto, non propterea illa virtus debet equꝰ appellari, aut asinus: si autem ipsi intelligũt ꝙ quidditas equi in materia est eadẽ cũ quidditate equi intelligibili separata, tunc est error clarus, quia daretur equus sine materia, & ideo qũocunque intelligant Platonici & defensores Platonis, nõ possunt euadere ab inconuenientibus, sed vt dixi, videtur mihi quòd Arist. impugnet ipsos in re, & non in sermone tantum.

Ad illud autem secundi physic. tex. commẽ. 28. respondetur ꝙ vt notat lucidissimus Themistius ibi forma appellatur exemplar apud Aristote. non eo modo quo hi qui ydeas posuere separatas quasdam species atque ipsas per se nullo innexu materiæ subsistentes, sed ꝓpterea quia definita præscriptaque est eorum omnium forma, quæ, à natura proueniunt hominis, equi, bouis, fici, oleæ, platani, etiam illud principium, vnde hæc oriuntur catenus pergit mouẽdo, & exercendo materiam, donec forma ipsa & species coaptetur & congruat plene atque perfecte, vbi patet clare authoritate Themistij Aristotelem non posuisse formam exemplarem, sicut posuit Plato, & mirum est de Simplicio quomodo audet dicere Aristot. in hoc non dissentire à Platone, quum ipse in ꝓlogo primi physicæ auscultationis expresse dicat, causas apud Aristo. esse efficientes & fines, cõcausas vero materiã & formã, verumtñ Plato causis addidit exemplarem, & concausis instrumenta, siue officialem, & ex illo loco patet ipsum non secũdum Aristotelicos loqui, dum confitetur etiam causam exẽplarem more Platonicorum.

Amplius Aristo. in secundo physico. tex. commen. 19. arguit contra Platonem, & ponentes ydeas quod ad eorum positionem sequitur, vt quæ non sunt separabilia secundum rationem à materia, sint separata secundum rationem, & tamen latet eos hoc contingens, ꝙa cum formæ naturales sint separatę secundum esse à materia secundũ ponentes ydeas. igitur sunt etiam separabiles secundum rationem & diffinitionem, ꝙa vt inquit Commentator in commen. quicquid separatur secundum esse, separatur ratione, sed non conuertitur modo si per istam opinionem Arist. concordat cum Platone in positione ydearum, ipse eadem in hoc pateretur angustias, & ideo hoc argumentum debuit solui ab ipso, quia ęque procedit contra opinionem eius, sicut procedit contra Platonem. vnde isti qui non possunt capere Aristo. vere cõtradicere Platoni, audiant Themistium primo de anima. cap. 20. vbi scribit certe

supi-

supinas illas opiniones q̃ animam aut ignem, aut aquam faciunt, aut sanguinem, aut athomos rotũdas, & leues ĩcessere, aut impellere nulla laus est, quia in id qui vis ingenio vtcunque pingui atque tardo, nedum Aristo. vir tantus diligentia & doctrina suffecerit, proinde si Arist. qui sententiam vetustissimam, & proxime accedentẽ ad verum reprehensurus taxaturusque erat illustrem in philosophia personaz citauit, cui & Plato dialogos suos ascripserit, nemo ei tamq̃ male animato in Timeum, aut in platonem iure succensuerit, ferè eñ eius tota oratio nõ in hominum, sed in confutatione opinionũ versatur, & si ex his quæ scripserint suspicari licebat in se quod scriberẽt & sentire &c. In eadem sententia Themist. in simili taxat porphyrium & Andromium asserentes Aristotel. in primo de anima non taxare mentem Xenocratis, sed verba, dum dixit, animam esse numerum seipsum mouentem, vt est videre in cap. 27. in Themistio, & in primo de anima, super text. commenti 97.

Finis Tabulæ dilucidationum M. Antonij Zimaræ in dictis Arist. & Auer.



TABVLA OMNIVM diuisionum totius Philosophiæ Aristotelis ab eodem authore collecta.



PPETITVS alius nãlis alius animalis, primo phy. com 81.

Alteratio q̃nque sumitur large, & tũc supponitur tam pro transmutatione in subã, q̃ pro trãsmutatione in qualitate, q̃nq; vero sumitur proprie, & tunc est transmutatio in qualitate, & in tertia specie qualitatis, & sic distinguitur contra alias transmutationes, colligitur ex 2. physic. cõ. 1. & ex 2. phy. com. 32.

Artes sunt duobus modis, quædam sunt in quibus principium est extrinsecum à subiecto, in quod agit ars necessario, vt ars ædificandi, quædam vero sunt in quibus per accidens potest contingere q̃ principium efficiens sit in subiecto, in quod agit vt medicina, quia aliquis potest seipsum sanare per artẽ medicinæ. 2. ph. com. 3.

Artes sunt duobus modis, quædam sunt a q̃bus proueniunt actiones tantum, quædam à quibus proueniunt acta. 2. phy. cõ. 3.

Artium quædam faciunt formam, quædam præparant materiam. 2. phy. t. c. 24. & 25.

Artes sunt trib⁹ modis. 2. ph. cõ. 25

Agens æternuz producit effectũ necessario, in generabilibus vero agẽs producit in maiori parte. 2. physi. commen. 74.

Artium quędam vtunt cognitione, quædã vero nequaq̃. 2. phy. cõ. 86.

Alia

Alia est potentia qua ęs est in potẽtia statua, alia qua magnitudo est diuisibilis in infinitum. 3. phyſic. 57. & 58.

Aliqua competunt primo, aliqua vero ſecundo 4. phy. tex. c. 14.

Alia ſunt in loco ſecundum actum, & aliqua ſm potẽtiã. 4. ph. t. c. 44.

Accidentis ſunt duo modi. 4. phy. com. 45.

Augumentatio cõtingir, aut ingrediente aliquo, aut exaltatione, vt ſi ex aqua fiat aer 4. phy. tex. c. 63. & tex. c. 84.

Alteratio ſumitur dupliciter, pro tranſmutatione ĩ qualitate, & pro tranſmutatione in ſubſtantia. 5. phy. commen. 15.

Alteratio alia ſpiritualis, alia corporalis. 7. phyſico. tex. c. 11. & 2. de anima text. c. 57. & 58. & 3. de anima tex. c. 28.

Actionem concurrere ad aliquod nouum contingit dupliciter, vel p ſe, vel per accidens, per ſe ſunt finitæ, per accidens vero actiones poſſunt eſſe infinitæ. 8. phy. com. 15.

Agens & mouens eſt duobus modis, naturale & voluntarium. 8. ph. commen. 15.

Accidentale quandoque opponitur naturali, quandoque ſumitur, vt opponitur eſſentiali. primo cœli. commen. 14.

Alteratio duplex, paſſiua, & eſt quã ſequitur generatio & corruptio, & talis requirit ſubiectum, & veram contrarietatem, & fit in tempore, quædam vero nõ requirit contrarietatem, neque fit in tempore vt illuminatio. 1. cœli. com. 20.

Augmentatio large & impropriè. 1. cœ. commen. 22.

Augmentatio ſumitur tribus modis. ibidem.

Agens bipartitum eſt ſicut mouẽs, videlicet, agens impaſſibile, & agens quod patitur. 1. de generatione tex. c. 53.

Animę paſſiones, alię ſunt proprię, & aliæ communes. primo de anima. commen. 3.

Auditus & ſonus ſunt duobus modis. 2. de anima. 139.

Aliquid eſſe non corpus dicitur quatuor modis, vel virtus in corpore. 3. de anima comm. 5. contra Alexandrum.

Actio intellectus duplex, formatio, fides. 3. de anima. 21.

Antiqui ſunt bipartiti, quia quidam dixerunt nihil generari, quidam vero omnia generari, & iſti sũt bipartiti etiam. vide 3. cœli com. 3.

Accidentia de quibus artifex conſiderat, quædam primo inſunt ſuo ſubiecto, & quædam per viam ſimilitudinis. 3. cœ. com. 7.

Agens prius tempore & agẽs prius natura 2. cap. in libro de ſubſtantia orbis. & primo cœli. commen. 105. & 106.

Aquę duæ ſpecies, vna ſub terra, alia ſupra terram, & quęlibet iſtarum ſpecierum, vel fluit, vel ſtat. 1. metheororum. cap. 5.

Accidentium conſequentium ens ĩquantum ens, quędam ſunt opinabilia, & quædam entia. 4. metaph. commen. 6.

Ad aliquid alia ſunt per ſe, alia per accidens. 5. meta. 20.

Accidentia ſunt in ſubiectis duobus modis. 7. meta. com. 18.

Artes opperatiuæ, quædam ratione, quædam conſuetudine, quædam vtroque modo acquiruntur. 9. metaphy. com. 10.

Appe-

Appetitus alius ab intellectu, alius ab imaginatione. ibid. m. com. 10.
Actio alia immanens, alia transiẽs. 9. meta. t. c. 16.
Agentia sunt duobus modis, vz, agẽtia semper vnum tantum, & talia sunt nãlia, & agẽtia vnum, & quãdoq; eius cõtrarium, & talia agũt cum electione & meditatione. ex 3. disput. 1. in lib. destruct. in fol. primi dub.
Animalium alia gignunt animal perfectum, alia ouum, alia vermẽ. primo de hist. animal. cap. 5.
Causa alia per se, alia per accidens. 2. phy. t. com. 33.
Causa alia in potentia, alia in actu. 2. phy. 34.
Causa alia simplex, alia composita. 2. phy. t. com. 36.
Contingentia dicitur de causa agẽte & recipiente. 2. phy. com. 48.
Causa agẽs aut est naturalis, aut voluntaria, & nõ datur tertia. 2. phy. com. & t. 65.
Continuatio alia naturalis, alia artificialis, alia mathematica. 5. physi. com. 26.
Comprehensio quædam est ex disciplina, & quædam sine disciplina. 5. phy. com. 31.
Continuum quodlibet dupliciter, dicitur finitum aut infinitum, vel ſm diuisionem, vel secundum vltima. 6. phy. tex. com. 19.
Contradictio aliqua in scientijs est secũdum sermonem, & aliqua est ſm rem. 6. phy. com. 19.
Contrarium generari ex contrario dupliciter, vel ex subiecto, vel ex termino. 8. phy. com. 4.
Causa propter quã quæ mouentur ab extrinseco, qñq; mouentur, & qñq; quiescunt triplex est, vel absentia motoris, vel distantia eius, vel pñtia ipedimenti. 8. ph. cõ. 19.
Contrariorum alia continent, alia vero ptinentur. 1. phy. t. com. 49.
Cẽtrum aliud est mathematicum, & est punctus, aliud naturale, & est corpus circa quod reuoluitur corpus spherice. 8. physi. com. & t. 76.
Causæ quædam sunt simplicium, & quædam sunt causæ compositoruz primo cœli. com. 1.
Corporum quædam non continentur in alijs, vt totus mũdus, & quædam continentur, vt partes mũdi. 1. cæli. t. com. 4.
Cælum aliqui opinati sunt esse primam causam, alij vero quod est causatum à prima causa. primo cæli. com. 20.
Corpꝰ quodlibet aut ẽ simplex, aut compositum. 1. cœli. 34.
Corpus infinitum non intelligitur nisi quia aut vnum, aut plura simplicia, ex quibus componitur sunt infinita, vel quia sunt infinita numero, licèt sint finita magnitudine. primo cæli. 34.
Cælum sumitur tripliciter. 1. cæli. com. 55. & t. com. 96.
Corpus omne aut finitũ, aut infinitum, aut anomiomerum totũ, aut omiomerum. 1. cæli. t. c. 56.
Corpus compositum ex graui & leui, aut est compositum per mixtionem, aut per partium vicinitatem, seu iuxta positionem, primo cæli. commen. 57.
Corpus omne aut est actiuum, aut passiuum, aut vtroque partiẽs pans primo cæli. commento 63. & text. commen. 68.
Corpus aliud sensibile, aliud intellectuale. 1. cæli. t. c. 69. & Com. 3. in taph. com. 17.

Corruptio alicuius est duobus modis, vel ex se ,ppter defectum naturæ, aut à suo cõtrario, vt corruptio ignis. 3. cæli. 52.

Compositorum differẽtium in grauitate & leuitate, quædam magis grauitant, q̃ quædam in eodem loco, & quædam in locis diuersis. 4. cęli. com. 28.

Comprehẽsibilia humana diuiduntur in duo 3. de anima. com. 33.

Corruptibile tripliciter 1. cæli. tex. com. 113.

Corporis potentia dupliciter potest dici, finita, aut in duratione, aut in velocitate motus. Comm. in paraphrasi. in fine primi de cælo.

Corpora quædam sunt rotunda ex sui natura, quędam ex continente 2. cœli. com. & t. 26.

Comprehensiones contingentes in somno, quędam dicuntur somnia, quædam diuinationes, & quædam prophetię. in libro de somno & vigilia.

Cognitio præcedens cognitionem creditam & intellectaz est duplex, agens & præparans, ex libro de diuinatione.

Corruptio dupli aut natura, aut accidente. ex libro de longitudine & breuitate vitæ.

Corporum quoddam est compositum, quoddam vero minime. 3. ca. de substantia orbis.

Calor duplex, naturalis & extrane⁹. 4. metheor. com. 1.

Causa difficultatis est duplex. 2. metaph. t. com. primi.

Contrarietas dupliciter, potentia & actu. 4. meta. t. com. 20.

Compisitio existens in eadem re, quædam est prima, & quædam nó prima. 5. meta. com. 4.

Contraria sunt tribus modis. 10. meta. t. com. vltimi.

Causę aut conueniunt specie & differunt numero, aut conueniunt in genere vero, & differunt specie, aut conueniunt in genere secundum proportionem & differũt in vero genere. 12. meta. com. 27.

Causę sunt tres, duę physicæ, & alia immobilis. 12. meta. t. com. 5. & t. com. 29.

Compositio triplex ex 2. de partib. animalium cap. 1.

Calidum, frigidũ, humidum & siccum quatrupliciter. cap. 3. in 2. de partibus animalum.

Diuisibilitas mobilis duplex, secundum vltima, & secundum accidentia contraria. 6. phy. com. 32.

Duplex est motus inseparabilis ab animalibus intrinsecis, qui fit ab anima nutritiua per calorem naturalem & extrinsecus, qui fit à continente. 8. physt. tex. com. 20.

Diuisio motus alia est in potentia, & est infinita, quia non est accipere primum, alia est in actu, & finita, & in ea est accipere primum. de prima Arist. egit in texto physicorum, de secunda in octano. te. com. 23.

Dialectica vtitatur in alijs scientijs dupliciter. Auer. com. 70. & 1. phy si. com. 35.

Dissolutio fit dupliciter. 3. cæli. tex. com. 52.

Differentię sex positionis inueniũtur veræ & non veræ. & non verę, aut ex similitudine, aut ex respectu tantum. Commen. 2. cæli. tex. com. 10.

Diffinitionũ scĩa potest haberi dupliciter, per dissolutionem, & per compositionęm. 2. meta. 11.

Dispo-

Dispositionum secundum Auicen. quædam sunt intentiones, quædam naturales seu essentiales. 4. metaph. com. 3.
Demonstratio alia simplex, alia cõposita. 5. meta. com. 4.
Diuisio alia secundum quantitatẽ, alia ſm qualitatem. 5. meta. 30.
Diffinitiones sunt duobus modis aut sicut symi, aut sicut concaui. 6. metaph. tex. com. 2.
Diffinitiones sunt duobus modis, quorum vnus est primo & simpliciter, & iste est substantiarum, alter est nõ primo, & simpliciter, sed modo contingenti naturæ, cuius est diffinitio. 7. meta. cõ. 15. & tex.
Diffinitio potest sumi dupliciter. 7. meta. com. 19.
Diuersitas duplex, quædam est per contrarietatem, & tales res diuersæ non possunt esse in eodem subiecto, & quædam sine, & tales res esse possunt in eodem, decimo metaph. com. 24.
Dicentes generationem esse & agẽs aliquod sunt bipartiti & valde cõtrarij, & habent medios. 12. meta. com. 18.
Diffinitio duplex ex genere vniuoco, & ex genere analogo, ex dispu. 7. in sol. primi.
Elementum autem pro principiis existentibus in re, vt sunt materia & forma, causa autem pro fine. Commen. primo physic. com. primo. Vide causam in contradictionibus meis.
Entium quædam fiunt ex natura & quædam ex aliis causis, puta ab intellectu & casu. 2. physi. commen. primo. & tex.
Entia naturalia inueniuntur in potentia, & actu altero trium modorum. 3. physi. com. 8. & 9.
Ens dicitur tribus modis, potẽtia & actu, & secũdum compositionem ex potentia & actu. tertio physico. com. 58.
Equalitas dupliciter, secundum continentiam, & ſm cõmunem mẽsuram, qua equalia mensurantur. 4. physi. com. 43.
Equalitas duplex, ſm dimensiones, & secũdum continentiam. 4. phy. com. 77.
Ens & nõ ens sunt duobus modis, semper & non semper. 4. physico. tex. com. 120.
Esse quod est in re essentiale est ab agente, & generante quod est, aut natura, aut anima, aut intellectus. 4. physi. com. 128.
Equiuocorũ alia sunt quorum diffinitiones sunt diuersę veræ & ratione, alia vero quorum diffinitiones sunt æquiuocè sicut nomina. 7. phy. com. 26.
Equiuocationes, alię sunt multum distantes, alię vero habẽtes quandam similitudinem, alię vero proximæ, aut genere, aut similitudine. 7. phy. tex. com. 31.
Entium quędam semper mouẽtur, vt cælum, quędã semper quiescũt, vt terra, quędam qñq; mouentur, & qñq; quiescũt, & sunt quæ sunt ĩfra cęlũ & supra terrã. 8. ph. c. 19.
Entia naturalia ſm motum & quietem diuidi possunt quinq; aut septem diuisionibus. 8. ph. 21.
Expellẽtis duo sunt modi, aut. n. separatur ab expulso, & expulsio remanet in motu, aut non separatur ab ea. 8. physico. tex. com. 85. idem 7. phy. tex. com. 10.
Elementa alia sunt respectu simplicium & compositorum, alia vero

respectu compositorum tantum. 3.cæli.com.31.
Exhalationum duo genera, fumosa & vaporosa. commen.primo. primi metheororum.
Eorum quæ sunt quedam sunt actu tantum, quædam vero potentia & actu.3.phys.tex.com.3.
Ens dicitur dupliciter, potentia & actu.4.meta.tex.com.20.
Ens aliud ſm se, aliud secundum accidens.5.meta tex. com.13.
Existēs in aliquo, aut existit vt substantia, aut vt accidēs, & vltimum istorum, aut cum medio, aut sine medio.5.metaph. tex.com.23.
Ex vna materia fieri plures contingit dupliciter, vel in eodē ordine ſm magis & minus, vel in diuersis.8.meta.tex.com.11.
Entium quædam sunt separabilia, quædam inseparabilia.12. metap. tex.com.25.
Eternorum quoddam semper facit vnam annotationem, quoddā annotationes diuersas.12. metaphy. text.com.33.& 2. de generatione & corruptione. tex.com.56.
Extremum aliud humidum, aliud siccum. primo de histor. animalium.com.2.
Fieri aliud simpliciter, aliud ſm qd fieri simpliciter est substātiarum, secundum quid vero accidentium. primo physic.tex.com.61. & primo de generatione & corruptione tex.com.18.
Formarū alię sunt in materijs,aliæ non in materijs. primo physico. commen.vltimo.& 12 metaphys. com.25.
Finis alius est cuius gratia, vt forma est finis materiæ,aliter vero est cui, vt homo est finis rerum creatarum propter ipsum,vt dicitur in secundo physic.text.commen.24. vide idem secundo de anima. text. com.37.
Forma quandoque sumitur large, quandoque propriè, quandoque magis propriè. quinto physicor. com.5.
Falsum duplex, possibile & impossibile.
Finis duplex, prima intentio, & secunda.2.cæli.17. & 21.& 12. metaphysicę.com.36.
Finis seu cuius causa, duplex est 2. de anima.35.
Fieri aliquid ex aliquo dicitur dupliciter.2.metaphysico.text. commen.7.idem primo physicor.tex. com.58.
Finis generationis & finis rei generatæ.2.phy.70.& 24.
Formarum sunt multi ordines, abstractæ à materia,& non abstractę. 2.physi.com.16.& primo physic. com.vlt.
Falsum duplex, semper, & falsum quandoque.5. meta.tex. com.34.
Falsum duplex, essentialiter, & per accidens. Commen.commen.34. quinto metaph.
Fieri hoc ex hoc, est duobus modis. 8.meta.tex.com.11.
Formarum quædam substantiales, quædam non, & substantialium, quædam materiales, quædā non. 12.meta.com.37.
Generabile & corruptibile dupliciter, per se, & per accidens. primo physi.com.82.& tex.
Generatio est tribus modis,aut simpliciū,aut organicorum, aut complexionis & mixtionis.texto phy com.59.
Generatio,alia simplex,& est quando

do vnum fit ex vno, alia composita,& est quando vnum fit ex pluribus. primo physi.com.& elicitur ex textu. 45.
Granitas & leuitas sumuntur,quandoque pro forma & habitu, qui est principium motus, & quandoque pro accidente, vt vulgariter sumitur. primo cœli.com. 17.
Generatio triplex,& similiter corruptio,simplicis ex simplici composito, ex simplicibus compositi, ex composito 1.cœli.com. 20.
Graue aliud simpliciter, aliud in relatione. primo cœli. in paraphrasi. summa quinta & inde ex 4. cœli. tex.com.26.
Generabile tripliciter. 1.cœli.112.
Generatio vera & sophistica.3.cœli. commen. 56.
Graue & leue,aliud simpliciter, aliud ad alterum. quarto cœli. tex. commen.3.
Genera in diffinitionibus, aut vniuoca, aut analogica. 2. de anima. commen. 30.
Gẽtes diuersantur dupliciter, secundum naturam, & secundum opiniones legum quas sequuntur, ex commen.lib.de diuinatione.
Genera rerum sitarum, aut sunt speculatiuæ,aut artes opatiuæ,aut virtutes cogitatæ particulares.
Genus aliud propinquum, aliud remotum. 5.meta.tex.com. 10.
Gnatio quælibet, aut à natura, aut ab arte, aut à casu. 7. metaphysic. commen. 22. & tex.
Generabilia ab arte sunt in duplici differentia, quia quædam ab arte, & à natura generari possunt.quædam vero ab arte tm̃.7.meta.29.
Generatio alia simpliciter, alia secundum quid,primo de genera. & corruptione. tex.com.18.& 1.ph. tex.com.62.
Generationes quædam necessariæ, quædam contingentes.2. de generatione.tex. com.66.
Habitus diuidũtur in habitus quiescentes, & in habitus mobiles. 5. physi.commen.9.
Homines multi non possunt recipere primas propositiones propter tres causas.1.cœli.com.22.
Instans quandoque sumitur transumptiuæ,quandoq; vere 4.physicommen.& tex.122. & sexto phy. commen.24.
Indiuisibile duplex, vz illud cuius genus innatum est diuidi, vt corpus cęleste,& illud cuius genus nõ est innatum diuidi, vt vox. sexto physic.92.
Illud quod est per accidens est duobus modis,principaliter, & secundario in motis & mouentibus per accidens, & tale secundario est illud quod mouetur, aut mouetur per suam partem.8.phy.com.27.
Illud quod est per accidens est duobus modis,semper,vz,& rarum. 4. physic.com.20.
Ingenitum tripliciter dicitur.1. cœli.tex.com.711.
Impossibile dupliciter. ibidem.
Inordinatum & informe dupliciter 3.cœli.tex.com.25.
Instrumentũ in modo vsitatur propter duo.3.cœli.tex.com.28.
Infinitum duplex,ſm circulum & recte. 2.de genera.tex.com.67.
Iuuamentum scientiæ de anima est tribus modis.
Id quod alit est duplex.2.de aĩa. 50.
Instãs duplex.vz in quo aliquid dicitur,& instans in quo aliquid cõprehenditur.2. de anima. cõ. 146.

Intellectus dicitur quadrupliciter. de intellectu materiali, agẽte, in habitu, & virtute imaginatiua. 3. de anima. com. 20.

Indiuisibile dupliciter, actu & potẽtia. 3. de anima. 23.

Intellectus, qui est in nobis habet duas actiones, vna ẽ de genere passionis, alia de genere actionis. 3. de anima. 36.

Intelligentiæ in nobis sunt duobus modis, naturaliter & voluntariè. 3. de anima. 36.

Indiuidua substãtiæ, quædam sunt substantiarum simpliciũ, quędã compositarum, & indiuidua substantiarum compositarum, quędã sunt animata, quędã sunt carentia anima. ex com. libri de diuinatione secundum quietem.

Indiuidua accidentium, quædã à cã nãli, quędã à volũtaria & nãli. ibi.

Infinitum dicitur dupliciter. 3. cap. de substantia orbis.

In aere sunt duo loca, superior in quo generantur cometę & flammæ, & inferior in quo generatur pluuia, nix, & grando. 1. metheoro. cap. 4.

Ingrossatio fit à frigido duobus modis, per se, & per accidẽs. 4. metheorum. com. 1.

Insolubilium quędam sunt liquabilia velut æs, & inliabilia sunt q̃dam, & non liquabilia, vt lignum, quædam vero vtrunq; sicut thus. 4. metheor. t. c. 48.

In tempore esse dupliciter dicit, vno modo vt aliquid sit dum tempus est, alio modo vt sit tanq̃ in numero. 4. phy. tex. com. 115.

In numero esse dupliciter dicit. ibidem.

In causis mouentibus inuenitur. primum, medium, & postremum. 2. metaph. te. com. 6.

Indiuisibile, aut ſm quantitatẽ, aut ſm ſpeciem. 3. metap. t. c. 11.

Logica vsitat duobus modis in sciẽtiis, aut ſm ꝙ est instrumentũ distinguens verum à falso, & hic est modus proprius, aut secundum ꝙ ea quæ declarata sunt in ea, accipiuntur pro maximis in destruendo & construendo aliquid. Et ista consideratio cum vsitatur in artibus particularibus est nõ propria. in arte aũt vniuersali est propria. 1. phy. cõ. 35. & 8. phy. com. 70. & 2. meta. cõ. 15. Aduerte ꝙ vt tradit Alex. in 1. topicorum. & Ioan. Gram. in princ. primi poster. logica est organũ tam scientię theoricæ q̃ practicæ, in theoricis distinguere docet verum à falso, in practicis malum à bono, quando autem logica sumitur in vsu aliarum scientiarum sumendo maximas declaratas in logica & ꝓpositiones, talis vsus si fuerit in scientia vniuersali est proprius. Et rõ est propter conuenientiam in vniuersalitate consideratorum. quia 4. met. tex. cõ. 3. circa idẽ versantur dialecticus, metaphysicus, & sophista, l3 diuersis modis & intentionibus.

Locus alius communis, alius proprius 4. phy. tex. com 14.

Locus alius maior, alius æqualis. 4. phy sicor. 32.

Locus cæli duplex, ſm imaginationem, & ſm naturam, colligitur ex com. 91. primi de cælo.

Latentia propositionis est duplex. 4. cœli. com. 22.

Longitudo & breuitas vitæ dicũtur multifariam, aut ſm genus, aut ſm ſpeciem, aut ſm indicium, aut ſm aliquem modum. ex libro de longitudine & breuitate vitæ.

Logi-

Logica dupliciter. 2. metaphysicæ. commen. 15.

Mouentia naturaliter, quędam sūt physica, quædam vero nequaquā. 2. phy. 73.

Motus pro persecutione & motus pro via. 3. physi. com. 4.

Motus in vnoquoque prędicamento est duobus modis, vz, secūdum esse & nobilius & vilius. 3. physi. tex. c. 5.

Mot⁹ habet duas diffinitiones, vnā ſm formam, aliam secundum materiam. 3. physic. commen. 16.

Mutatio aut de subiecto in subiectum, aut de non subiecto in subiectum, aut de subiecto in non subiectum. 5. phy. tex. c. 7.

Motus habet duplicem ꝓsiderationem secundū materiam & formā. 5. phy. com. 9.

Medium quoddam est secundū magis & minus, & quoddam secundū formam. 6. physi. com. 32.

Motus est diuisibilis dupliciter, vz, ad diuisionem mobilis, & ad diuisionem temporis. sexto physicor. commen. 32.

Mobilia alia mutant locum secundum formam, alia secundum formam & subiectum simul. 6. physi. commen. 85. & quarto physicor. commen. 43.

Motū esse prius tempore motu intelligitur dupliciter, vno modo ꝙ mobile in quo est potentia ad motum sit alterius speciei à specie moti. in qua est ipse motus, alter vero vt sit idem numero motū in potētia, cum moto in actu. 8. phy. c. 4.

Mouentiū vł agentium, quædam agunt vnum duorum motuū contrariorum tantum, vt sunt mouētia quę mouent per virtutes naturales, quædam vero habent potentiam ad vtrunque contrarium, & sunt virtutes comprehensiuę, 8. phy. t. c. 8.

Motor & motum, aliud per se, aliud per accidens. 8. phy. t. c. 27.

Mota ex se, quædam mouētur ex se. i. per principiū intrinsecū existens in eis, & quędam mouentur ab alio. 8. phy. t. c. 27.

Mota ex se & ab alio, dupliciter moueri possunt naturaliter, & præter naturam. 8. phy. t. c. 27.

Motor dicitur esse distinctus à moto, aut ſm diffinitionem & esse simul vt inanimata, quę mouentur à motore extrinseco, aut distīguūtur solum ſm diffinitionē, & non ſm esse, sicut ēst in habentib⁹ animas. anima. n. quę est motor ī eis distinguitur à corpore ſm diffinitionem, & non secundum esse, qa impose est animam esse sine corpore nisi ęquiuoce. 8. phy. c. 30.

Motores primi ſm Arist. sunt duo, materialis & immaterialis. 8. phy. commen. 44.

Motor quilibet aut mouet, & non mouetur, aut mouet, & mouetur ex se, aut mouet & mouetur ab alio. 8. phy. commen. 50.

Motor per accidens est duplex, quidam, qui mouetur motu sui subiecti. quidam vero, quia subiectum eius mouetur ab alio motore vltra motum quo mouetur à motore proprio. 8. phy. com. 52.

Motus potest sequi motū, vel quia secundus est perfectio prioris, vel per accidens, sicut illuminatio domus, sequitur motū candelę. 8. physi. commen. 71.

Medium tripliciter capitur pro terra, pro medio quod est centrum

ſpheræ,& pro medio, quod eſt inter duo extrema contraria. 1.cœli. commen. 45.

Motus & quies,aut eſt ſecundum naturam,aut violentia. 1.cęli.tex.cō. 62.& 76.& 2.cęli.tex.cō.83.& 84.

Motuum æternorum,quidā conſeruant entia,& quidam generant entia 2.cœli. commen. 2.

Mobilium quędam habent formam in materia,quædam ſeparatā. Commentator in paraphraſi in fine primi de cœlo.

Mobilia quædam intendunt momentum in finem propter debilitatem, & quædam propter calefactionem, vel expanſionem motus 2.cœli commen.35.

Motus irregularitas,aut eſt ex motore,aut ex moto,aut ex vtroq; 2.cœli.tex.commen.36.

Motus ſpherici corporis, aut eſt circūgiratio,aut volutatio.2.cęli.tex. commen. 48.

Mediū duplex, magnitudinis & naturæ.2.cœli,tex.com.74.

Motus violētus eſt dupliciter.ſ.ſimplex,vt quando lapis ſurſum proijcitur,& compoſitus, vt quādo proijcitur deorſum,tertio cœli, tex.cō men. 28.

Motuum, alij ſimplices, alij mixti. tertio cœli.tex.commen.35. & primo cœli.tex.com.7.

Medium aliud ſecundum qualitatē, aliud ſecundum quantitatē 3.cœli. commen.42.idem 3.metheororū. in cap. de iride.

Mouetur aliquid dupliciter 1.de anima. tex. com.27.

Motum quod dicitur motui quia eſt in alio,eſt dupliciter.ibidem.

Motus attributi animæ, quidam habent principium ab anima vt remoratio, & quidam terminantur ad animam,vt ſenſus,primo de anima.tex.com 64.

Motus duplex, vnus quòd eſt actus imperfecti,alter vero actio perfecta 3.de anima.28.

Motor duplex,immobilis, & motor motus 3.de anima tex.com.54.

Menſura duplex equinoca,ſeu ſecundum prius & poſterius, & vniuoca 4 phyſi.com. 133.

Medium poteſt eſſe compoſitū tripliciter 1.meta.com.39.

Materia duplex,omnino prima, aut ad ipſum prima. 5.metaphyſi.tex. commen.5.

Materia alia propinqua, alia remota 5.meta.tex. com.29.

Menſurarum quædam eſt indiuiſibilis ſimpliciter,& quædam ſecundum inſtitutionem. 10.metaphy. tex.commen.4.

Motum mouetur tripliciter 5.phy. tex.commen,primi.& in 11.meta. cap.10.

Motor tripliciter.ibid. 5.phyſi.tex. com.2.& in 11.meta. cap.10.

Non ens dicitur trib⁹ modis.5.phy. tex.comm.8.

Numerus & tempus differunt, quia numerus diuiditur per vnitatem, ſed non cōtinuatur per vnitatem, ſed tempus diuiditur per inſtans,& continuatur per inſtans 4.phyſic. commen.105.

Naturalium quædam ſunt corpus & magnitudo, vt corpora ſimplicia, quædam habent corpus, & magnitudinem,vt mixta,vt præcipue animata,quædam ſunt principia habētium corpos & magnitudinem, & ipſorum corporum, vt materia & forma 1.cœli, com.1.

Non generabile vere, & non vere 1. cœli.

cœli.commen.111.

Non generabile non vere dupliciter.ibidem.

Non generabile quinque modis, licèt philosophus posuerit tres. primo cœli. 111.

Naturalia sunt tribus modis. 1.cœli commen. 138.

Nihil simpliciter intelligitur duob⁹ modis 1.de generatione & corruptione. commen. 11.

Non odorabile tripliciter 2.de anima.tex. com 96.

Non visibile multiplex 2.de anima 103.

Necessarium secundum Auicen. duplex,ex se & ex alio. 3.cap.de substãtia orbis.

Numerorum tres sunt species 1.metaphy.com.38.nota quod sequitur secundum viam antiquorum.

Necessarium quædam est in naturalibus,& quædam in voluntariis 5. metaphy commen.6.

Non ens tripliciter 12.tex. com.11. & 5.metaphy.tex.com.8.

Nutrimentum duplex 2.de anima. tex.comm.45.

Omne ens aut est causa, aut causatũ 3.physi.com,30.& tex.

Omne corpus aut est intelligibile, aut sensibile. 3.phy.tex. com. 40.

Omne corpus, aut simplex,aut compositum 3.physi.tex.com.42.& 1. cœli.tex. comm.6.

Principium,causa,& elementum,dupliciter sumi possunt, cõiter & propriè,communiter sunt nomina synonyma,sed proprie distinguũtur. nam principiũ proprie sumitur prima causa agente & mouente 1. physic. commen.1.

Partium aliæ secundum quantitatẽ, aliæ secundum qualitatem. primo physi.36.commen.& 7.metaphy. tex.comm.33.

Per accidens, aliud necessariũ, aliud rarissimum 1.physi.com.66.

Potentia possiui duplex, alia est respectu cõtrariorum equaliter, alia vero ẽ magis respectu vnius. 2.phy. commen. 48.

Principium in operatiuis, aliud cognitionis,aliud operationis 2.phy. tex.commen.89.

Possibilitates quædam sunt partes vnius totalis possibilitatis, quædã vero nequaquam 3.physi com.69.

Ponentes vacuũ sunt bipartiti, quidam ponunt ipsum separari à corporibus,quidam vero non.4.physi. comm. 43.

Punctus & instans differunt, quia ista actio quæ est distinguere & diuidere est puncti principaliter, & est instantis secundario: item punctum reperitur actu in linea, quia potest bis in ea demõstrari. 4.phy. tex.com.105.

Potentia alia est naturalis, alia violentia.8.physi.commen.4.

Phantasia omnis,aut rationalis,aut sensibilis. 3.anima.tex.com. 56.

Perfectum duplex.in genere & simpliciter. 5.meta. 21.

Potentia ad motũ est duplex. essentialis & accidentalis. 8.physi. tex. commen 32.

Propositio aliqua potest esse communis,vel quia plures scientię ꝙ vna vruntur ea,vel ratione extremorũ, videlicet,subiecti & prædicati colligitur ex Auer.8 phy.co.70.

Potentię motiuę, infinitę dici infinitę dupliciter. 8.physi.com.79.

Principium aliud partis, aliud magnitudinis. 2.cœli.tex.com.13.

Passio dicitur cõmuniter & proprie

5.cœli.

3.cœli.commen.1.
Passiones omnes sunt diuisibiles dupliciter,aut ſm ſpecrem, aut ſm ſubiectum.3.cœli com.7.
Prioritas duplex ſm materiam, & ſm formam & finem.2.de generatione,com.7.
Passio duplex 2.de anima.57.& 58.
Potentia duplex.remota & propinqua.2.de anima.tex.com.61.
Puerum esse in potentia intelligentem dupliciter.3.de anima com.5. in ſolutione 2.q.
Potentia remota & propinqua.3.de anima.com.14.
Putrefactionis cauſa duplex per ſe. ſeu primaria:& ſecundaria, ſeu per accidens.4.metheo.com.1.
Putrefactionis eſt duplex cauſa, vna per ſe,alia per accidens. Commē.iu ſumma quarti metheororum.
Putrefactio duplex per viam congelationis & per viam combuſtionis.4.metheororum.com.9.
Principiorum quædam ſunt in eſſe, quædam ſunt in arte.5.meraphy. com.1.1.phyſi.comm.8.
Principiorum quædam intrinſeca, quædam extrinſeca.5.metaphyſi. tex.com.1.
Prioritas alia ſm potentiam,alia ſecundum actum.5.meta. tex.com. 16.in cap.de priori.
Perfectum duplex, in genere & ſimpliciter.5.metaphyſi.21.
Priuatio alia ſm ſe,alia ſm genus.5. metaphyſi.27.
Priuatio formæ aptæ naturaliter haberi eſt tripliciter.5.meta.27.
Pars quantitatiua,alia menſu.at totum alia non.5 meta. tex.com.30.
Pradicatio alia naturalis,alia nō naturalis.7.meta,com.59.
Potentia dupliciter, vere & traſumptiue.9.met.tex.com.2.
Passio aut eſt ad,peius, aut ad corruptionem.9.met.tex.com.2.
Potentiarum aliæ rationales,aliæ irrationales.9.meta. tex. com.3.
Potentiæ aliæ natura, aliæ conſuetudine,aliæ diſciplina.9.metaphyſic. tex.comm.9.
Potentia duplex, quædam quæ dicit reſpectu actus, & iſta eſt finita, & quædam quæ nunquam ſeparatur ab eo quod poteſt, & iſta non dicit reſpectu actus, & de hoc genere eſt potentia qua infinitum dicitur eſſe in potentia, & materia dicitur eſſe in potentia ad infinitas formas,& de hoc genere etiam eſt potentia, q̄ ponitur in diffinitione motus.9. meta.tex.com.11.
Permutatio quælibet altero quatuor modorum eſt.5.phyſi.tex. com.7. & in 11.meta.cap.10.aut ex ſubiecto in ſubiectum eſt.
Pluralitas eſt duobus modis,ſimplicium & corporum ſuperiorum. & pluralitas inferiorum, ex diſputatione 3.in ſolutione 12.
Partes animalium,alię ſimilares,alię diſſimilares.primo de hiſto.animalium.cap.1.
Partes ſimilares,alię molles & humidæ,aliæ ſolidæ & ſiccæ. ibidem.
Partes diſſimilares, aut ſunt eædem ſpecie,aut genere,aut proportione. ibidem.
Partes animalium,aliæ communes, aliæ propriæ ſunt. primo de hiſto. cap.2.
Quæ per accidens mouentur, quædam per ſe moueri poſſunt, quædam vero nequaquam.4.phyſico. tex.commen.32. idem 5.phyſico. commen.1.
Quies, alia vera, alia traſumptiue

uè dicta, quarto physicorum commento. 118.

Quacitatum attributarum alteratio ni, quædam sunt primæ. quædam secundæ, & sunt illæ quæ fiunt ex primis. septimo physi. text. commento 11.

Quærere de rebus difficilibus est, aut propter inuerecūdiam, aut propter philosophiæ studium. 2. cę. com. & text. 34. aut propter errorem aut quia ignorat difficultates.

Quies, aut est naturalis, aut violenta 5. cœli. tex. com. 19.

Quantum, aliud secundum se, aliud secundum accidens. 5. metaphysi. in cap. de quanto. tex. com. 18.

Quanta per se, alia secundum substantiam sunt, vt linea, alia sunt passiones & habitus. ibidem.

Qualitates quædam pertinent motui, & quædam non. 5. metaphysi. commento 19.

Qualitas generari potest dupliciter, vel à sibi simili, vel p viā sequelæ. inquantum sequitur mixtionem quatuor qualitatum primarum. 7. meta. commen. 32.

Raro cōtingentia sunt duobus modis, quædam proueninnt ex aliquo quod agit propter finem, quędam vero nequaquam. 2. physico. text. commen. 42.

Rerum quædam sunt in actu, & quędam habent potentiam admixtam cum actu. 3. physi. com. 57.

Resistentia motus, aut est ex moto, aut ex medio, aut ex vtroq; 4. phy. commen. 71.

Res motę sunt tribus modis, modus eorum quæ mouentur violenter, & modus eorum quæ mouentur naturaliter. & talia aut sunt animata, aut mouentur per declinationem. s. per grauitatem, & leuitatē. 8. physi. commen. 28.

Res sunt tribus modis, semper, nunquam, & quandoq;. secundo de generatione. tex, com. 51.

Res sensibilis habet duas formas, spiritualem & corporalē. ex lib. de diuisione.

Resolutio est duobus modis. s. aut in substantia vtriusq; relatiui, aut in substantia vnius. 5. metaphysi. co m. 20.

Relatiuum est duobus modis. s. per se & relatiuum per aliud, quia videlicet, aliud refertur ad ipsum. 10. metaphy. com. 21. & 5. meta. text. commen. 20.

Scientiæ speculatiuæ sunt duorum modorum, quædam sunt propter perfectionem, quemadmodum est scientia diuina & naturalis, quædā propter exercitium, vt mathematica. Commentator in prologo phy sico.

Scientia alia perfecta, & est per causam & alia imperfecta, & est sine causa primo physi. c. 1.

Subiectū aliud commune, & est illud quod dicimus esse non formatum per se, aliud vero est non formatū in respectu, & istud sunt materiæ propriæ. 2. phy. commen. 8.

Superius & inferius, alia sunt in respectu ad nos, alia sunt ex natura rei. 4 physi. tex. com. 5.

Subiectum motus dupliciter, vno modo pro moto, alio modo pro termino motus, quinto physi. com mento. 15.

Sensibilia sunt in triplici differentia, quædam præcise iudicantur esse vera, quædam præcise falsa, & quædam sunt ignota, donec surgat demonstratio. 8. physicorum com-

commento 26.
Simpliciter potest sumi pro communi ad id quod est essentialiter & accidentaliter, & potest sumi, vt distinguitur contra accidentaliter tantum. octauo physicorum commento 46.
Septuplum sumitur triplex. primo cœli. commen. 100.
Siccum & humidum dicuntur multifariam. 2. de generatione & corruptione. com. 14.
Scientia præcedit scientiam, aut certitudine demonstrationis, aut nobilitate subiecti, aut vtroque. 1. de anima. commen. 1.
Sensus dupliciter, in potentia & actu. 2. de anima. 53.
Sensibile tripliciter, secundo de anima. 63.
Sonus duplex, actu & potentia. 2. de anima. 77.
Scientia omnis aut actiua, aut factiua, aut theorica est. 6. metaphysi. tex. commen. 1.
Scientiarum quædam considerant de causis respectu alicuius, & quædam de causis simpliciter. 6. meta. tex. com. primo.
Sermones compositi ex accidētibus compositione ligata, aliqui sunt per se, aliqui per accidens. 7. metaphy. commen. 11.
Sanitas dicitur duobus modis, de sanitate quæ est in anima, & de sanitate quæ est habitus in corpore. 7. metaphy. commen. 23.
Substantiarum quædam sunt confessæ ab omnibus, quædam vero à quibusdam. 8. metaphy. commen. primo. & tex.
Substantiæ tres sunt. 12. metaphy. tex. commento 5.
Substantiarum quædam sunt sine accidentibus. quædā nequaquā 12. metaphy. commen. 25.
Substantiarum quædam animatæ. 12, metaph. tex. com. 25.
Species entium sunt duæ cum motu & sine, ex libro destructionum disputationum prima, in solutio. 14. & 15. dubij.
Simplex tripliciter sumitur. ex libro destructione disputatione 3. in solutione 23.
Situs in sphera inuenitur duobus modis. 2. cœli. commen. 57.
Transmutatio duplex, in. substantia, & in accidentibus. primo physico. commen. 63. & primo cap. de substantia orbis, & haberur à Philosopho primo physicorū. 62. primo de generatione & corruptione tex. commen. 11.
Trāsmutatum est tribus modis, per se, per accidens, & secundum accidens primum quandoq; sumitur, vt est synonymum ei quod est per se, & quandoq; sumitur magis proprie, quinto physicor. commento. 3.
Transmutatio simpliciter & quodammodo simpliciter, est inter extrema contraria, quodammodo est inter contraria quodammodo. 5. physi. commen. 19.
Trāslatio alia à naturali, alia ab anima, & alia recta, alia.
Translatio alia prior, alia posterior. 8. physico. tex. commen. 55. circularis. 6. physi. commen. 92.
Transmutationes sunt duobus modis, per se, videlicet, & non per se, sed sapiēs præcedentem transmutationem. 6. physi. 32.
Transmutationes principales sunt duobus modis, aut quando finis est eiusdem generis, aut quando

est

est de alio genere, sexto physicor. commen. 32.

Transmutatio alia in compositis & organicis, alia in corporibus simplicibus. 6. physi 59.

Transmutationum quędam dispo-nuntur simpliciter, & quædam secundum aliquid. 8. physicor. commen. 24.

Trāsmutatio alia simpliciter, & est in substantia, alia per accidens, & est in accidentibus 8. physicorum. commen. 46.

Tria sunt, motor primꝰ, motor medius, & postremum motum. octauo physico. 33.

Tres sunt compositiones, compositio speciei ex suis causis, cōpositio generis ex suis spēbꝰ, & compositio indiuidui ex suis partibus, quæ sunt secūdum sui qualitatem. Nota tamen ꝙ prima diuisio, & secūda idem sunt, sed aduerte ꝙ compositio speciei ex suis causis est duplex per Auer. ibidem in commē. 5. primo physicor. quia quædam est ex causis secundum imaginationem, & quædam sunt causæ secundum fidem, causæ secundum imaginationem speciei sunt genus & differentia, ex quibus species diffinitur, & ideo dicun tur causæ secundum imaginationem, quia genera & species sunt vniuersalia, qnæ apud Arist. non habent esse extra animam, vt posuit Plato 3. de anima. commē. 18. & 12. metaphysic. commento 4. vnde 1. metaphysi. commento 45. Aristo. opinabatur ꝙ intellecta vniuersalia notificant substantias rerum, & non sunt substantiæ earum, causæ autem secundū fidem sunt materia & forma, quæ habent esse extra animam; per partes indiuidui secūdum qualitatem intelligas in vi. eius partes essentiales, ex quibus constituitur indiuiduum, videlicet materiam & formam.

Vniersū triplex, videlicet, vniuersale quod continet species, & vniuersum quod continet causas ex quibus constituitur, species, & vniuersum in rei veritate, quod est in diuiduum demonstratum. primo phy. commen. 5. vbi per vniuersū intellige totum, iuxta modum Arabum.

Vniuocorū alia comparabilia sūt, alia vero non. 7. physicorum. tex. commen. 26.

Voluptas alia respectu prę sētis, alia respectu futuri, alia respectu præteriti. 7. physi. t. c. 19.

Vltimū duplex, nobile, & tale est finis motus, aliud est contingēs ex necessitate naturę, & tale non est finis, nec habet rationem boni, vel nobilis, vt mors, colligitur ex 2. phy. t. c. 23. vide etiam 2. physico. tex. commen. 87.

Vnum numero, specie, genere, analogia. 5. metaphysicæ. tex. commē. to 12.

Vnum secundum formam duplex, videlicet, secundum formam generalem, & specialem.

Volucrum alia penna volant, alia membrana sicca, aliæ cute. primo de histo. cap. 5.

FINIS.

Explicit Tabula dilucidationum in dictis Aristotelis, & Auerrois, Marciantonij Zimaræ Philosophi consummatissimi.

Registrum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ,
AAA BBB CCC DDD EEE FFF.
Omnes sunt Quaterniones.



VENETIIS APVD IVNTAS.
M. D. LXXVI.

